Digitized by Google

6
4-e
55 M

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
3 F
42

G.4.e.55

AI c 292 f 30

Digitized by Google

Digitized by Google

CALLIGRAPHIA ROMANA.

Sive

THESAVRVS LINGVÆ LATINÆ:

In quo omnes Phraſes, & Formulæ elegantiores, quotquot exſtant in tribus Linguæ Romanæ Claſſicis Authoribus:

M. Accio Plauto Sarſinate,
P. Terentio Afro,
M. Tullio Cicerone Arpinate;

In gratiam & uſum Philologiæ ſtudioſorum per certos Titulos Locorum Communium colliguntur, ac diſponuntur.

Studio & Operâ

JOH. PHILIPPI PAREI.



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

BIBL. S. A. V. ROM.

NEAPOLI NEMETVM
Impenſis Ionæ Rosæ Librarij Francofurtenſis,
Excudebat Heinricus Starckius.
ANNO ∞ IↃ CXVI.

Digitized by Google

Nobilitate generis, pietate, ac ſtudio florentiſſimis
Adoleſcentibus Frr.

CHRISTOPHORO à GROROD.
PHILIPPO à GROROD.

Magnifici, & Ampliſſimi viri

Dn. IOH. BERNHARDI à GROROD

Electoralis Palatinatûs Præfecti in VTZBERG & VMBSTAT &c.

Ad omnia ſumma natis Filiis:

Diſcipulis meis exoptatiſſimis,

Novam hanc & copioſam Calligraphiam Linguæ Latinæ

DONO. DICO. COMMENDO.

PAREVS.

DVO potiſſimùm ſunt, uti opinor, Adoleſcentes lectiſſimi, quæ hominem doctum reddunt, & litteratum: LECTIO inquam, & AUDITIO: quæ individuo quaſi quodam nexu cohærere mihi videntur, ita tamen, ut non æquabiliter ab omnibus promiſcuè requirenda eſſe cenſeã. Nam Auditionem

tionem tyronibus propriè deſtinandam, ſummèque commendandam eſſe, nemo ſanus inficiabitur. Provectioribus verò, & jam in arte, linguarumque cognitione nonnihil exercitatis, utramque, ſi quidem ita res & occaſio ferat, ſedulò conjungendam eſſe, prudentiorum omnium conſentientem opinionem eſſe autumo: hac tamen lege & conditione, ut quæcumque audita ſunt, atque lecta, fideliter memoriæ templo infigantur, & tamquam in ærario quodam tutiſſimo reponantur, indeque ad Vſum, qui laborum omnium Cynoſura eſt, & Helice, depromantur. Atque hinc eſt, quòd Veteres VSVM Muſarum Parentem, MNEMOSYNEN verò earundem Matrem ſapienter ſtatuerunt: quippe cùm neutra ſine alterius ope conſiſtere queat. Quoniam verò memoria quamplurimis ſæpe incommodis labefactari, atque debilitari ſolet, prudenter omninò ab ſtudioſis adoleſcentibus, quorum meſſis adhuc in herbâ eſt, EXCERPTA omnium eorum, quæ vel ab aliis audiviſſent, vel ipſi obſervatione laudabili digna legiſſent, conſcribenda cenſuerunt. Sic enim graviſſimè ſcribit Seneca Epiſt. 84. *Nos apes debemus imitari, & quæcumque ex diverſâ lectione congeſſimus, ſeparare. Melius enim diſtincta ſervantur. Deinde adhibitâ ingenii noſtri curâ & facultate in unum ſaporem varia illa libamenta confundere: ut etiamſi apparuerit, unde ſumptum ſit, aliud tamen eſſe quàm unde ſumtum eſt, appareat: quod in corpore noſtro videmus ſine ullâ operâ noſtrâ facere Naturam.* Idem ſenſit Plutarchus de Aud. Poetis. *Sicut inter paſcendum Apis florem, Capra germen, Sus radicem, aliæ beſtiæ ſemen, fructumve captant: ita legendis Poematis, alius hiſtoriam decerpit: alius ELEGANTIAE, & APPARATVI VERBORVM inhæret: alius*

verò quæ de moribus utiliter ſunt dicta : conſectatur. Huiuſmodi Excerpta Græci olim ἐκλογάς, ſive χρυσομαθείας, itemque σημειώσεις & παρεκβολάς appellarunt. Latini vel *Adverſaria*, vel *Commentarios* nominare voluerunt. Artifices LOCOS COMMVNES vocarunt. Optimè: meâ ſententiâ. Nam ut omnia naturæ tacito ſuo inſtinctо quodam in proprium ſuum locum feruntur; eâdem prorſus ratione, quæcunque ex quotidianâ hominum converſatione, aſſiduâque bonorum Auctorum lectione elicimus ea in Commentarios, ſive Locos Communes, tamquam in centrum, & locum proprium coniicimus, unde poſtmodum ſingula, ſi opus ſit, eruere iterum valeamus.

Non placet aliquibus viris doctis hæc ratio, ſcio. Sed profectò illi Excerptorum contemtores, pravam conſuetudinem Athenienſium mihi imitari videntur, qui ab eo tempore, quo Hyperbolus, abiectiſſimus nebulo, oſtraciſmo Alcibiadis fabricâ eſt condemnatus, neminem, cuius auctoritas urbi eſſet ſuſpecta, eo genere pœnæ, & exilii damnare voluerunt. Certè enim ingentem utilitatem huius ſtudii nondum pervidere illi potuerunt, qui operam iſtam excerpendi ſuſque deque habere ſolent. Quomodo enim ad ELOQVENTIÆ ſtudium (ut de hoc primùm dicam) longè præcellentiſſimum, quiſquam aſpirare poterit? quomodo dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere, voluntates impellere quò velit, unde autem velit, deducere valebit, niſi talem ſibi promum condum adornarit, illoque ſemper ſit inſtructus? Quomodo afflictos, iratos, crudeles, oratione ſuâ excitabit, delinibit, manſuetos reddet, niſi arma idonea ad eam rem ſibi conquiſiverit?

Sæpè equidem mirari ſoleo, quin & quandoque

Digitized by Google

deplorare non deſino, tot juvenes ſtudioſos inveniri, qui gravatim in hoc amœniſſimo florum fragrantiſſimorum Hortulo ſpatia faciant, ac potius ludo, ac joco, tempus conſumere ament ἐν τῇ λέσχαις, ſive etiam popinis, quàm in hoc Muſarum ampliſſimo campo ſe & ætatem ſuam firmare. Quid ni enim? Antigonus Rex Syriæ dicere ſolitus erat, ſe à libris accipere, quod à nullo amicorum reſcire poſſet. Verius id ego pronunciari poſſe credo de Excerptis, ſive Locis Communibus: illos videlicet ea nobiſcum communicare, quæ non ab amicis modò, verùm etiam ab ipſis libris nullo modo reſcire poſſumus. Tametſi enim Memoria multa complecti ſoleat, & debeat: non tamen illa omnia ita repetere poſſumus, uti quidem ante παράπτωμα τῶν πρωτοπλάστων parentum facultas illa ab Deo nobis conceſſa fuerat. Abiit illud tempus: mutata eſt hæc ratio. Quin potius ſic ſibi mecum perſuadebunt omnes Muſarum Myſtæ, Excerptorum Titulis adnotatis, ſummâque induſtriâ auctis, ceu imaginibus cereis nos torpentem ac languentem memoriam adjuvare, excitare, irritareque poſſe: ut omnia, de quibus dicere animus geſtiat, animo prius percurſa, & propè decantata habeamus: varia exempla, tàm veterum, quàm recentiorum adducamus: agenda, vel fugienda, dicenda, tacendave percalleamus: futura præſagiamus, cauſas rerum teneamus, maliſq; imminentibus præteritorum recordatione occurramus: de quibus omnibus copiosè & abundanter loqui valeamus. Nam ut in tabernâ medicamentariâ capſulæ ſingulæ in ſingulis locis, è quibus varia medicamenta depromi poſſunt, ſunt collocatæ: non aliter ſtudioſus ex ejuſmodi Titulis ſua verba juxta & res aufert, quas etſi adhuc diffuſas, & diſſipatas reperit: ita tamen dilata-

Digitized by Google

dilatare & explicare eas poteſt, ut auditores nihil illis inſtructius, nihil ornatius comprehendant. Antiſthenes olim cuidam ploranti librum amiſſum, in quem quicquid didiciſſet, retulerat, ita ſuggeſſit: Atqui iſta oportuit animo commendare, non chartis. Verè quidem. Sed quæſo te, num Memoria tibi tam firma, tam conſtans, ut quævis tibi audienti, legentive tàm ſubitò expromat? Vsque adeò profectò labilis illa eſt, ut omnia continere, divinitatis potius ſit, quàm mortalitatis: quemadmodum ſcitè loquitur *Imp. Iuſtinianus Conſtit. Tanta. §. 18. de confirm. digeſt. quæ inſerta Codici de Vet. Iur. enucleand.*

Conſideremus omnium Artium latifundia, & deprehendemus, nullam earum adminiculis iſtis carere facile poſſe. Hæc namque ſi deſint, adminiſtratorem Reipublicæ moroſiorem nullum, Theologum, Medicum, Philoſophum ineptiorem neminem, jure merito dicas. Proinde ſummi illi viri, Ariſtoteles, Plato, Xenophon ὁμοθυμαδὸν juvenes adhortari conſueverunt, ut contra ſenectutis infirmitatem, & memoriæ inconſtantiam, in herbeſcente ſuâ ætate, eiuſmodi Commentarios Verborum, & Rerum ſibi conficiant. Non alio certè fine Ciceronem legimus integrum ſibi Procemiorum librum ex variis Oratoribus concinnaſſe, quibus in Eloquentiæ ſuæ ſtudio commodè uti poſſet. Hortenſius Orator ſummus Theſes quaſdam, & Quæſtiones generales pro teſtibus & contra teſtes ſibi collegit. Eâdem diligentiâ Valerius Maximus variorum exemplorum theſaurum comportavit. Idem factitarunt Athenæus, ac Stobæus: & infiniti alii ex veteribus. Commemorarem quoque è recentioribus viros magnos, qui ſolo hoc Excerptorum ſtudio ad ſummum Eruditionis faſtigium

conſcenderunt, niſi in oculis omnium litteratorum cottidie jam verſarentur. Neq; ſane eſt, quod delicatuli multi ſibi abblandiantur in eo, dum lucubrationes virorum doctorum ſibi præſtò eſſe clamitant: èoque tædiosâ illâ diligentiâ nihil opus eſſe ſibi præpoſterè perſuadent. Quis enim illum hominem non monſtrum putet, qui alienis pedibus incedit, aut alienis oculis videt? Quis illum, qui ſpem & fiduciam rerum ſuarum in alio collocat, non dicat ſtultè plane agere? Similes prorſus mihi videntur Æſopico ruſtico, qui ſegetes ſuas demetendas amicorum fidelitati credidit: aut ſtolido illi Calviſio Sabino, qui effœtis & exoletis viribus, non proprio, ſed ſervorum robore armatus, in Campum Martium prodire auſus fuit. Quanto laudabilior Perſarum fuit conſuetudo? qui probro ſibi eſſe putarunt, ſi ferinâ veſcerentur carne, quam paterfamilias in proprio ſaltu non confeciſſet. Quapropter Plato in ſuâ Republicâ ſapienter hoc Edictum tulit, ne quis ex alieno puteo prius aquam hauriret, quàm Magiſtratui probaſſet, ſe diligenter operam navaſſe, ut ſibi in ædibus ſuis puteus foderetur, nec ſe id ullis ſumtibus impetrare potuiſſe. Nimirum rectè ab Ariſtotele pronunciatum eſt: τὸ ἴδιον ἐςὶν ἀγαπητότατον. Et Achilles Tatius inquit: τὰ αὐτοφυῆ ἔχει τ[illegible]ν ἡδονήν. Nam quemadmodum illi, qui feram aliquam in campo ſpatioſo inſectantur, multò plus delectationis percipiunt, quàm ſi ex Perſarum aut Romanorum conſuetudine in Amphitheatris amœniſſimis & ornatiſſimis, explicatis veſtibus, tabulis & ſignis propalam collocatis venarentur: ita etiam qui Locorum Communium ſylvam, proprio Marte, quod ajunt, adſtruunt, ita ut divitiæ, atque ornamenta eorum ingeniorum per quædam involucra atque inte-

integumenta perſpiciantur, ſibi melius conſulunt, quàm ſi iis, quæ alieno ſudore parata ſunt, fruerentur. Neque verò eadem eſt ratio ſtudiorum noſtrorum, quæ ſtirpium aut plantarum. Hæ etenim translatæ, & in alienam arborem inſitæ, uberiores ſæpè fructus proferunt, quàm forte naturali in loco protuliſſent: illa autem privatâ magis, quàm alienâ, domeſticâ, quàm externâ ope exſplendeſcunt. Nemo utique tam inſulſus erit, qui in alieno potius domicilio, ubi lites, iræ, odia, vindictæ vigent, quàm in proprio, tranquillè vivere eligat: ubi propriâ ſuâ ſupellectile ad omnem uſum liberrimè inſtructus eſſe poſſit.

Non mirabimini, Nobiliſſimi Adoleſcentes, me tanto conatu commendare vobis Electorum, ſive ἐκλογῶν curam, quam ab omni ævo quiſque litteratorum ſibi ſemper quàm commendatiſſimam habuit. Proprio equidem exemplo edoctus affirmare vobis poſſum, quantum hæc diligentia à primis annis mihi adjumenti attulerit.

Vt autem omnes ſanos in hoc, ad ſententiam meam accedere video, hujuſmodi χρηστομαθείας ad litterarum telam feliciter pertexendam, eſſe perquàm neceſſarias: ita paucos video, qui idem conſilium in iis fructuosè adornandis ſequi ſoleant. Ego verò ſalvis omnium aliorum judiciis, quid ipſe heic ſtudioſis adoleſcentibus conſulere ſoleam, breviſſimè & ſimpliciſſimè enarrabo.

Non hîc requirimus ambitioſam pompam, ceu multos curioſulos factitare ſcimus: neque ſubtiliòrem aliquam methodum Dialecticam attendendam eſſe arbitramur: ſed ſufficere judicamus, ſi Tituli quidam generaliores conficiantur, ſub quibus quaſi per Sa-

turam ſine ullâ compoſitionis illecebrâ, aut verborum delectu, exiliter, aridè, concisè, ac minutè adnotari poſſint ea, quę quiſque ex uſu ſuo olim futura perſentiſcere queat.

Omnis autem hæc ratio privati ſcrutinii (ut Apuleiano utar vocabulo) verſatur, vel in eruendis verbis: vel obſervatione Rerum. Hoc ceu filum Ariadnæ in perturbato ſtudiorum ſuorum labyrintho, ſequi neceſſe eſt omnes Muſarum candidatos. De Rebus poſterius dicam. Verborum obſervatio etſi levis videri poteſt, tamen ad omnem ſqualorem fœditatemque, quæ vel Silenos Alcibiadis exſuperet, abiici non poteſt, cùm omnes Eloquentiæ cincinni ex iis contexti ſint, & rerum ipſarum momenta inde pondus non exiguum ſortiantur. Vt enim Muſicæ occultæ (inquit fax illa Germaniæ *Melanchthon*) ita mutæ atque infantis doctrinæ nulla eſt gratia.

In Verbis igitur conſideratio ſuſcipi debet, vel Grammatica, vel Rhetorica. Grammatica ἐπιτήδευσις vel eſt ſimplex vel conjuncta. Simplex verborum ἐξεργασία verſatur in eruẽdâ ſignificatione vocabulorum ſingulorum: eâque vel propriâ vel tranſlatâ. Vbi diligenter notandum, quæ quibus attribui ſoleant: ac ſicubi inſolentior aliquis ſenſus ijs indatur, non inſuper habendus is humanitatis ſtudioſo. Atq; huic curæ peculiaris libellus aſſignandus, quem LEXICON appellare licet. Conjunctionem vocabulorum vulgó è Græco φράσιν nominant: Latini *Formulas.* Huic quoque obſervationi certum dabimus libellum: in quo ſub Titulis ſynonymis, omnes Elegantiæ ex præſtantiſſimis Authoribus conſignari debent. Dedimus iſtius καλλιγραφίας Linguæ Latinæ luculentum ſpecimen: quod vobis, adeòque omnibus philologiæ & Elo-

Eloquentiæ ſtudioſis nunc jam magnoperè commendamus. Rhetoricum ſtudium occupabitur in enotandis ijs Formulis, quæ ad partes Orationis ſive exornandas, ſive amplificandas, pertinere videbuntur. Atque hæc cura facilior eſt, neque tantum apparatum deſiderat. Oſtenderem hoc exemplis, niſi vivâ id potius voce, quàm ſcripto explicandum judicarem.

De Excerptis Realibus idem ſentiendum. Tituli quoque univerſaliores conficiendi ex omnibus diſciplinis, tam Theoreticis, quàm Practicis: in quibus ea, quæ ſub aciem oculorum & mentis ſeſe nobis ingerunt, conſignari debent: hoc tamen ordine, ut axiomata ſive Theſes, & πορίσματα primo loco ponantur, dehinc exempla ſubijciantur. Vbi non poſtrema cura quoq; eſſe debet ANTIQUITATIS, ſive Conſuetudinis omnium populorum. Huic verò ſtudio non quatuor, quinque, ſex, ſeptem Volumina comparanda dixerim, ſed Vnicum duntaxat: in quo unus quisque, quod ſuo inſtituto maximè conſentaneum viſum fuerit, excerpet. *Non eſt quod mireris*, (inquit Seneca Epiſt. 108.) *ex eadem materiâ ſuis quemq; ſtudiis apta colligere. In eodem prato Bos herbam quærit, Canis leporem, Ciconia lacertum.* Sæpè mirari ſubit vulgi errorem: quando quidam anxiè admodùm in hoc ſtudio Adverſariorum verſantes, omnium diſciplinarum præcepta, & Canones adnotare ſatagunt. Quam quidem curioſitatem rectè, ut opinor, Agellius in familiari quodam ſuo reprehendit lib 14.cap. 6. à quo cùm forte librum, ex multis, & variis ac remotis lectionibus elaboratum, accepiſſet, & ſine arbitris diligentius evolviſſet: *Proh Iupiter!* inquit, *Quæ miracula? Quo nomine fuerit, qui primus Grammaticus appellatus eſt, quot fuerint Pythagora*

goræ nobiles, quot Hippocratæ, & cuimodi Homerus fuiſſe dicat in Vlyſſis domo Σειρῆνες, *quam ob cauſam Telemachus cubans iuxtim ſibi cubantem Piſiſtratum non manu attigerit, ſed pedis ictu excitarit*: & quæ inibi ſequuntur alia vaniſſimæ curioſitatis argumenta. Talia negligi facile poſſunt: *quæ*, ut Seneca ait de brev. vitæ cap. 13. *ſive contineas, nihil tacitam conſcientiam iuvant, ſive proferas, non doctior videberis, ſed moleſtior.* Cæſaris Auguſti exemplum hic imitandum puto, qui teſte Tranquillo, *in evolvendis utriuſque linguæ Authoribus nihil æquè ſectabatur, quàm exempla, & præcepta publicè & privatim ſalubria: eaque ad verbum excepta, aut ad domeſticos, aut ad exercituum, provinciarumque rectores, aut ad urbis magiſtratus plærumque mittebat, prout quique monitione indigerent.* Eandem hanc rationem ſequuti ſumus in volumine noſtro, quod PHILOSOPHIAM COMICAM inſcripſimus: ac propediem cum ſtudioſis Antiquitatis, & Philoſophiæ communicaturi ſumus. Igitur jam hæc de Excerptis ſtrictim à nobis propoſita, ſufficere poſſunt, quorum πρᾶξιν ipſam in triplici noſtro FLORILEGIO luculentè propoſuimus.

Vobis verò, Diſcipuli ſuaviſſimi, ΚΑΛΛΙΓΡΑΦΙΑΝ noſtram, Linguæ Romanæ uberrimum quaſi quoddam Cornu-copiæ, propriè donare ac conſecrare viſum fuit, ut hac ratione publicè mei erga vos Amoris hoc documentum proſtaret: atque ita in Eloquentiæ ſtudio, cui operam ſedulam nunc datis, paratam aliquam dicendi copiam, ac varietatem orationis haberetis. Agite igitur, Iuvenes nobiliſſimi, & Magnifici veſtri parentis veſtigia inſiſtite, qui ſuo exemplo ad veræ Virtutis, & Honoris templum vos

pari

pari greſſu vult incedere: adeòque litteratæ Nobilitatis, cuius flos eſtis illibatus, omne punctum cum ſummo familiæ veſtræ Ornamento quondam reportare. Facite, Facite. Sic voveo in Deo, cuius benedictio ſpiritualis pariter ac corporalis vos cumulatiſſimè beet! Neapoli Nemétum. ANNO CHRISTI ∞ IↃ CXVI. Kall. Martij.

SENECA Epiſt. II.

Non prodeſt cibus, nec corpori accedit, qui ſtatim ſumtus emittitur.

ANDR. SCHOTTUS Lib. 2. Obſerv. Hum. cap. 58.

Ad hanc ferè formam concinnari exoptem SYNONYMA, *ſeu Polyonyma Linguæ Latinæ, locis Authorum breviter adſcriptis.*

LECTO-

LECTORI PHILOLOGO Salutem.

MEMINISSE *te credo, Lector benevole, quas ſpes tibi fecerim annis abhinc aliquot, quando primitùs in lucem darem M. Accij Plauti Comœdias, noſtrâ curâ elaboratas. Nimirum triplex* FLORILEGIUM *continuare inſtitueram ex Authore illo profundæ Latinitatis primipilari. Partem unam nunc nuper accepiſti,* LEXICON PLAUTINUM. *Alteram* PHRASEOLOGIAM *indigitavimus. Eccillam iam nunc tibi cum maximo fœnore. Neq; enim Plauti inibi continentur duntaxat purioris ſermonis floſculi: verùm etiam Afri Comici: nec non diſertiſsimi Romuli nepotum M. Tullij Ciceronis. Laudabilis ſcil. Antiquitatis Triga hæc eſt. Deſiderabis tertium ſtudij noſtri penſum* PHILOSOPHIAM. *Hîc ego aliquantulam moram deprecor. Vulgi veriverbium eſt:* Sat citò, ſi ſat benè. *& Comicus noſter:* Incipere multò eſt, *inquit*, quàm patrare facilius. *Neque enim nonum adhuc preſsi in annum.*

Cæterùm, quod monendus mihi eras: in præſenti Calligraphiâ ſæpiùs offendes Vindicationes meas in Plautum, contra punctiones Friderici Taubmanni: *quas ne in ſequiorem partem interpreteris*

ris, etiam atq; etiam rogo. Neque enim exiſtimare te velim, immemorem me fuiſſe illius Homerici: οὐχ ὅσιον φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι. Notum quippe æquis iniquiſq; eſſe cupio, non poſt doctiſſimi viri mortem hanc mihi ſcribendi fiduciam natam eſſe, ſed iam paratam Editionem morte illius præventam. Fuit is, dum viveret, Amicus noſter haud è multis: quod ex quadam eius epiſtolâ ad me, tibi nullo negotio, uti confido, perſuadere potero: Illam ego nullo alio fine tibi legendam hîc exhibebo, quàm ut piiſſimis eius Manibus aliquod redhoſtimentum Felicis Memoriæ, & gratæ Recordationis Monumentum palàm heic ſtatuam. Sic igitur ille ad me.

Quæ in Plautum molitus es, Vir CL. vidi ante menſem, & gratulor hunc animum tibi, qui hodie paucorum, tui præſertim loci & ordinis. Gratulor etiam, te ibi copiam habere poſſe doctiſſimorum, & in his ſtudiis ſubactiſſimorum hominum, qui te juvare omni modo poterunt. Perluſtravi obiter, & multa præclara inibi, & emendata abs te, & explicata vidi, &, ut minas tuas video, præclariùs id fiet in Opere illo, quod aut edidiſti, aut propediem editurus es. Deus tibi det illud abſolvere bono iuventutis! Hac æſtate mea editio, cuius me pudet pigetq; (quod & publicè ſum profeſſus) iterùm ſub prælum vocabitur: quod te ſcire volui,

volui. Salve mi eruditiſſime Paree, & tecum ille compar tuus Rhodius. VVittebergæ 17. Martii 1610.

Hunc Amicum quis follis ſcævior mihi in noviſſimâ Plauti editione inſlarit, cur laborem? Socratis Oraculum nonne veriſſimum? Οὐ πάνυ ῥάδιόν ἐστιν εὑρεῖν ἔργον, ἐφ᾽ ᾧ οὐκ ἄν τις αἰτίαν ἔχοι. χαλεπὸν γὰρ οὕτω τι ποιῆσαι, ὥστε μηδὲν ἁμαρτεῖν, χαλεπὸν δὲ καὶ ἀναμαρτήτως τι ποιήσαντας μὴ ἀγνώμονι κριτῇ περιτυχεῖν. *Certè* Nulli patientius reprehenduntur, quàm qui maximè laudari merentur, *effatum Plinij eſt. Sed hæc hactenus.*

Illud quoque etiam præterire nolui, quibus editionibus uſus ſim, ut noris. In PLAUTINIS *ſecutus ſum Editionem meam, non illam quidem primorem, de quâ idem pronuncio, quod Taubmannus de ſuâ, eius me pigere, & tædere: ſed alteram, quam ſub acumine ſtyli adhucdum habeo: & cum tempore publicabo.* TERENTIANA *itidem ex illâ Editione deſumſimus, quam edere unà cum Plauto deliberatũ nobis eſt.* CICERONIS *exemplũ adhibui, quod mihi in manibus tum fuit, Pariſiis olim excuſum ab* Roberto Stephano *in octavâ formâ. Anno 1543. Quod ſi Gulielmianum, à Clariſſimo viro* Jano Grutero *foràs datum fuiſſet, utique illud unicè-unica norma mihi eſſe potuiſſet. Tantum eſt. Vale Lector Philologe: meisque cuicuimodi laboribus favere perge.*

Pareus.

THESAVRVS LINGVAE LATINÆ.

E tribus Claſſicis Authoribus M. Accio Plauto: P. Terentio Afro: M. Tullio Cicerone congeſtus.

A

Abalienandi, Abducendi.

Wenden/ Abwendig machen/ Abführen/ Abſondern/ Feind ſehlig machen/ Verſtoſſen/ Wegführen.

Sylla à me abalienatur, atque abducitur. Pſeud. 1. 1. v. 93.

Hanc alienam ab ſe videt. Hecyr. 1. 2. v. 83.

Ea res diſiunxit illum ab illâ. Hecyr. 1. 2. v. 85.

Ita nos abalienavit. So gar hatt er vns verſtoſſen. Heaut. 5. 2. v. 26.

Quid: ego vobis, Geta, alienus ſum? Phorm. 3. 3. v. 12.

Nec iſtuc in animum inducas tuum, alienum eſſe te. id eſt, te non eſſe meum filium. Heaut. 5. 4. v. 5.

Hic animus partim uxoris miſericordiâ
Devictus, partim victus huius iniuriâ,
Paullatim elapſu' eſt Bacchidi, atque tranſtulit
Amorem. Hecyr. 1. 2. v. 92. v. 93. 94.

Alius ab oculis meis illam in ignotum abducet locum? Phorm. 3. 3. v. 15.

Quoquò hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi. ibid. 3. 3. v. 18.

Abducere cognationem à conſuetudine. Tuſc.156.a
Aciem mentis a conſuetudine oculorum abducere. de Nat.54.b
Animum à cogitationibus abducere. de Fin.145.a
Animum à ſolicitudine abducere. Epiſt.48.a
Animos à defenſione abducere. de Orat.136 a
Aliquem à meretricio quaſtu abducere. pro Qu. 15. b & in Ant. 169.a
Se ab angoribus & moleſtiis abducere. Epiſt.70.a
Seruum ab aliquo abducere. pro Deiot.149.b
Diſcipulum à doctore abducere. de Orat.112. a
A religione ad quaſtum abducere. de D.99. b
Odoror quàm ſagaciſſimè, quò iudices deduci oratione facillimè poſſe videantur. Or.125.b
Vt is qui audit, ad fletum, miſericordiamque deducatur. de Orat. 125. b
Illud quod eò, quò intendas, ferat, deducatq;, cognoſcendum eſt. de Or.96 a
Eloquentiâ deducimus perterritos à timore; & conſolamur afflictos. de N.56.a
Voluntatem impellere quò velis: vnde autem velis deducere. de Orat.87. a
Quem nulla conditio pecuniæ ab ſummâ integritate continentiaq; deduxerit. Qu.Fr.291.a
De prauitate animi deducere aliquem. Qu. de F.211.a
Quod inſtituit referre de religione, ab eo deduci non poteſt. Epiſt. 2. b
Neque legis improbiſſima pœna deductus eſt, quo minus, &c. Epi. 236.a
De ſententiâ deduci aliquem. At.25.a
De fide deducere aliquem. in Ver.71.a
De animi lenitate deducere. in C.110. b
A mente conſilioq; deduci aliquem, in V.27.b.*pro*: amentem, aut dementem fieri.
Cùm ipſa res animum auditoris à nobis alienat. Ad Heren. lib. 1.p.7.
Non alienos animos habemus. De Amicit.*p.195.*
Alienatus eſt à Collegâ noſtro Metello. De Amicit.*p.211.*
Voluptates ſæpe maiores partes animi à virtute detorquent. Off. lib.1.p.78.
Agros vectigales pop. Romani abalienare. contra Rullum p.128.

Vectiga-

Vectigalibus abalienatis, ſocijs vexatis Ibid.p.131.

At verò Pompeij voluntatem à me abalienabat oratio mea. Phil. 11.p.353.

Totum ſe à te abalienavit Dolabella. Ad Attic.lib.14.p.456.

Qui vos, quos favendo retinere potuerunt, invidendo abalienarunt. Epiſt. ad Fam.lib.1.pag.16.

Qui à Senatu hominem clariſſimum abalienauerunt. Epiſt. ad Fam.lib.1.p.19.

Abbreviandi. *Vide* Brevitatis.

Abdendi. Abſcondendi. Includendi. *Vide Titulo*, Occultandi.

Aberrandi. *Vide etiam* Erroris.

Fehlen/ Verfehlen/ Irre gehen.

P*Ver aberravit inter homines à patre.* Men.Prol.v.31.

Si aberrare ad alia caperit, ad hac revocetur oratio. Offic. lib.1.p.54.

Vereor ne nihil coniecturâ aberrem. Ad Attic.lib.14.p.462.

Animus aberrat à ſententiâ, ſuſpenſus curis maiorib. Phil. 7. p. 476.

Abeſſe non poteſt, quin: Tantum abeſt vt: Tantum abeſt ne. Elegantes formulas efficiunt, quas vulgus ignorat. Diſcantur itaque ex Cicerone. Idem valent quod: *Alienum & diſiunctum eſſe, abhorrere, aberrare.* *Ger.* Es fehlet ſich nicht/ Es wirt kaum fehlen. *Galli ſic efferunt:* Il ne s'en faut gueres.

Abeſſe non poteſt, quin eiuſdem hominis ſit probos improbare, qui improbos probet. Orat.220.a

Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus. At.180.a

Aberis non longè, quin hoc à me diſcerni velit. At.143. b

Tantum abeſt vt libertatis inimicos ornem, vt effici nō poſſit, quin eos tam oderim, quàm Rempublicam diligo. in A.231.a

Tantum abeſt vt aliquam bonam gratiam mihi quaſiſſe videar, vt multas etiam ſimultates intelligam me ſuſcepiſſe. pro Clu. 17.b

Tantum abeſt vt id conſentaneum eſſet, vt maxime etiam repugnaret. A.8.b

Is enim qui occultus & rectus dicitur, tantum abeſt vt ſe indicet, perficiet etiam vt dolere alterius improbe facto videatur. de Fin.76.a

Tantum abeſt vt malum mors ſit, vt verear ne homini nihil ſit non malum aliud certè, ſed nihil bonum aliud potius. Tuſc. 164.b

At Philoſophia quidem tantum abeſt, vt perinde ac de hominum vita eſt merita, laudetur, à pleriſque neglecta, à multis etiam vituperetur. Tuſc.164.b

Tantum abeſt vt ſcribi contra nos nolimus, vt id etiam maximè optemus. Tuſc.173.b

Tantum abeſt vt hæc beſtiarum cauſſa parata ſint, vt ipſas beſtias hominum cauſſa generatas eſſe videamus. de N.58.a

Tantum abeſt vt amicitiæ propter indigentiam colantur, vt ij qui opibus & copiis, maximè virtute præditi, in qua plurimum eſt præſidij, minimè alterius indigeant, liberaliſſimi ſint & beneficentiſſimi. de Am.106.a

Tantum abeſt, ne (quod ij, qui hoc aut magiſtrorum inopia, aut ingenij tarditate, aut laboris fugâ non ſunt aſſecuti, ſolent dicere) eneruetur oratio compoſitione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus, nec vis eſſe poſſit. Or.219. b

Itaque tantum abſuit, vt inflammares animos noſtros, ſomnum iſto loco vix tenebamus. deClar.190. b

Tantum porro aberat, vt binos ſcriberent, vix ſingulos confecerunt. Att.211. a

Dixerim me vel plurima vincula tecum ſummæ coniunctionis optare, & ſunt amoris arctiſſima: tantum abeſt, vt ego ex eo quo adſtricti ſumus, laxari aliquid velim. Att.89. b

Qui altiore animo ſunt, totos ſe ad ſtudia doctrinæ conferunt: qua in vita tantum abeſt, vt voluptates conſectentur, etiam curas, ſolicitudines, vigilias ſuſcipiunt. de Fin.138.b

---

Abducendi. *Vide* Abalienandi.

Abeundi. Abſcedendi. Abſentiæ. Diſcedendi.
Eundi. Exeundi. Itineris. Migrandi.
Proficiſcendi.

Weichen/

Weichen / Abweichen / Abtretten / Außtretten / Vertriechen / Wandern / Weggehn / Heraußgehn / Heraußfallen / Scheiden / Abſcheiden / Heimgehn / Von dannen gehen / Zu hauß ſich begeben / Abweſend ſein / Verreiſen / Außgehn / Verrucken / Fortgehn / Hinaußmachen / Außlauffen / Außfallen. Durchwandern / Herfürtretten.

N*Vnquid vis?* Formula eſt diſcedentis apud Plautum ſæpius repetita: etiam Terentio vſurpata. Amph. 5. v. 45. *Vide Lexicon Plautinum.* Horat. 1. 1. Satyr. 9. v. 6. Terent. Eun. 2. 3. v. 48. *Rogo numquid velit.*

Ab iſtâ non pedem diſcedit. Aſin. 3. 3. v. 13.

Ne quoquam pedem efferat. Capt. 2. 3. v. 96.

Quò illum nunc proripuiſſe foras ex ædibus dicam? Capt. 3. 4. v. 1.

Migrare certum eſt iam è fano foras, Curc. 2. 1. v. 1.

Ego abſceſſi ſilens, paulùm ab illis. Epid. 2. 7. v. 53.

Num oculis conceſſi tuis. Pro, *ab oculis.* Epid. 5. 2. v. 16.

Duc te ab ædibus. Pack dich von hauß. Bacch. 4. 2. v. 11.

Abire ab aliquo per bonam gratiam. Mitt guttem willen ſcheiden. Mil. 4. 3. v. 32.

Nimis diu abſtineo manu. Moſt. 1. 3. v. 133. *Abſtinere manu* eſt, *non accedere ad aliquem. Contrarium eſt:* Adire manum: *pro, ad aliquem aggredi.*

Iam ego me recipiam domum. Perſ. 3. 3. v. 4.

Age illuc abſcede procul è conſpectu meo. Gehe mir auß dem geſicht. Perſ. 4. 2. v. 6.

Abire hinc non properas grandi gradu. Truc. 2. 2. v. 31.

Ceſſo hinc me aboliri. Truc. 2. 7. v. 68.

Concede huc à foribus. Men. 1. 2. v. 48.

Seſe commodùm huc advorterat in plateam noſtram. Eunuch. 2. 3. v. 48.

Non domo exſulo nunc. Eunuch. 3. 5. v. 63.

Ab eâ ſeſe revellere. Hec. 4. 1. v. 30.

Iam ut limen exirem. Wie ich zur Thür hinauß gieng. *Hecyr.* 3. 3. v. 18.

A fratre quæ egreſſa eſt meo: id eſt, ex ędibus fratris. Phor. 5. 1. v. 5.

Quod ſi ſit, ut me excutiam, atque egrediar domo, id reſtat. Phorm. 4. 1. v. 20.

Quæ me propter exanimatum citius eduxi foras. Ich hab mich bald hinauß gemacht. Hecyr.3.3.v.4.

Foras ſimul omnes proruunt ſe. Sie lauffen alle hinauß. Eunuch.5.5.v.51.

Homo ipſe nuſquam eſt. Man kan jhn nirgends finden. Eunuch.3.4.v.5.

Iter hac habui. Eunuch.5.9.

Evénit ſenibus ambobus ſimul iter, illi in Lemnum, ut eſſet, noſtro in Ciciliam ad hoſpitem antiquum. Phorm.1.2.v.15.

Pergam quó cœpi hoc iter. Hecyr.1.2.v.119.

Ain' tu tibi hoc incommodum eveniſſe iter? Hecyr.3.4.v.11.

Ille autem bonus vir nuſquam apparet Eunuch.4.3.v.17.

Profectò hoc verè dicunt: ſi abſis uſpiam, aut ubi ſi ceſſes evenire ea ſatius eſt, quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat irata, quàm illa, quæ parentes propitij: uxor ſi ceſſes, aut te amare cogitat, aut amari Adelph 1.1.v.3.4.5.6.7.

Præterquàm tui carendum quòd erat. Heaut.2.4.v.20.

Modò me intrò ut corripui timidus. Hecyr.4.3.v.5.

Audi ne longè abeam, moriens quid dicat Epicurus. de Fin.84.b *Vbi obſervetur formula:* longè abire: *Latini, quod alio modo dicitur,* alte repetere, *aut ut Barbari dicunt,* petere aut ſumere aliquid à longinquo, remotiora exempla petere.

Quaſi vero mihi difficile ſit, quamvis multos nominatim proferre, ne longius abeam, vel tribuleis, vel vicinos meos. pro Sext. Roſc.25.b

Vt ne longius abeam, declarat iſta aſcriptio eſſe aliquid. pro Cæcin.303. b

Non longè abieris: num ius civile veſtrum ex libris cognoſci poteſt? Ep.104.b

Etſi hoc fortaſſe non poterit ſic abire. de Fin.125. b. *Vbi peculiaris formula notanda, pro quâ vulgus dicit:* Hoc non ſic tranſibit: tu plus audies.

Ad ſummum non poſſunt iſthæc ſic abire. Att.222. b

Mirabar, ſi hoc ſic abiret. Terent. in And.

Non hoc tibi ſic abibit. in Catil.

Videte quò deſcendam, iudices. pro Font.276. a

Viri boni, cùm experiundi poteſtas non eſt, timide & pedetentim huc deſcendunt. pro Qu.9. a

Subito nunc mutata voluntate ad accuſandum deſcẽdere. in V. 53.a

Non

Non qui odio inimicitiarum ad accuſandum, ſed qui ſtudio accuſandi ad inimicitias deſcenderent. pro Muræn.137.a

Sic conſtitueris iudicē non deſcenſurum quenquam ad hanc accuſationem fuiſſe, cui vtrum vellet, liceret. pro Cæl.37.b

Quanto minus eſt ad iuris ciuilis per diſcendi occupationem deſcendendum. de Or.107.a

Si nihil in Lepido ſit, deſcenſurum ad extrema. &c. Epiſt.166.a

Alterutram ad conditionem deſcendere vult Cæſar, vt &c. Epi. 118.b

Ad omnem animi remiſſionem ludumq; deſcendere. in V.96.a

Conſenſus populi Ro. iam deſcendit in cauſſam. in A.225.a

Deſcendere in aliquod certamen. Tuſc.118.b

Deſcendere in magnam dimicationem vitæ. ad Her.27.b

Cur ipſe Pythagoras & Ægyptum luſtravit, & Perſarum magos adijt? cur tantas regiones Barbarorum pedibus obijt? de Finib. 145.a

Cùm obierit Legatus Ægyptum & Syriam. de Som.127.

Vt noſtras villas obire, & mecum lecticula concurſare poſſis. Epiſt. 95.b

Cui noſtrûm non licet fundos ſuos obire, aut res ruſticas inuiſere? de Or.126.b

Obire omnes provincias. contra Rull.73.a

Quò facilius & noſtras obire domos, & ipſe à ſuis coli poſſet. pro Cæl.41.a

Ego Siciliam totam L. diebus obij. in V.133.b

Altera nota eſt, cùm tribuatur rebus aut negotijs quæ exequimur aut peragimus.

Quantum cæteris ad res ſuas obeundas conceditur temporis. pro Arch.189.a

Cùm neque privatam rem maritimam, neque publicam iam obire poſſemus. pro Pomp.14.a

Obire negotia. pro Pomp.10.b

Qui tantum modò reciperet, quantum videret ſe obire poſſe. Qu. de Pet.121.a

Id enim, etſi erat deliberationis, tamen obire non potui. id eſt, mare tranſire. At.128.b

Tantum reſtitiſſet urbis, quantum flamma obire non potuiſſet. in Catil.116.b

Vrgere illi vt loco nos moverent. Qu.Fr.308.a

Movere aliquem ſenatu. pro Clu:42.b

Poſtquam ille Canuſio moverat. At.134.b
Sed moveri poſſeſſionibus, amiciſſimis ſedibus ac diis penatibus, negant oportere. contra Rull.77.a
Vt veros herades moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat. Offic. 67.a
Nec te moveas iſtinc tam infirmâ valetudine. Ep.77.b
Movere caſtra ex aliquo loco, & vaſa colligere. in V.209.a
Ac vero Diogenes liberius, vt Cynicus, Alexandro roganti, ut diceret, ſi quid ſibi opus eſſet: Nunc quidem paululum à Sole abſis: officiebat videlicet apricanti. Tuſc.246.b
Grues loca calidiora petentes, mare tranſmittunt. de Nat.51.a
Crotonem petamus. At.154.a
Per Macedoniam Cyzicum petebamus. Ep.235.a
Naves Rhodum petentes vidi. Off.62.a
Iter à Vibone Brunduſium petere contendi. pro Plan. 279.b
Dyrrachium petere contendi. pro Plan.280.a
Si potuiſſemus, quò contendimus, pervenire. Or.206.a
Tarſum veni, inde ad Amanum contendi. At.79 a
Mihi dubium non eſt, quin Brunduſium contendam. Att.127.a.
Plato Ægyptum peragravit. de Fin. 141.a
Agros & nemora peragrare. de Ar.249.a
Cùm quidam omnes provincias ſe peragraſſe gloriaretur. de Or. 132.b
Arabes autem, & Phryges, & Cilices, campos & montes hyeme & æſtate peragrantes. de Diuin. 100.a
Ægyptum peragrare, luſtrare, pedibus obire. de Fin.145.a
Et ob eam cauſam urbe relictâ, rura peragrantes, ſæpe ſoli ſumus. Off.52.b
Eloquentia omnes peragrauit inſulas: & peregrinata tota Aſia eſt. de Clar.169.a
Poſſum omnes latebras ſuſpicionum peragrare dicendo. pro Cor. 48.b
Oratorem dicendo peragrare per animos hominum, ſenſus, menteſque pertractare. de Or.104 a
Maria pedibus peragrare, claſſibus montes. Or.88.a
Fama de interitu Clodij fines imperij Rom. iam peragrauit. pro Mil.420.b
Cn. Pompeij res geſtæ omnes gentes cum clariſſimâ victoriâ terrâ mariq; peragrarunt. pro Cor.57.b
In his locis, quæ à Brunduſio abſunt propius quàm tu, biduum aut triduum,

triduum, nihil auditur novi. Att.232.a

Tu illam manum mihi cura vt praſtes, quoniam propius abes. Att.lib.1.p.5.

Propius à morte abeſſe. de Senect 93.a

Antiquitas, quæ quò propius aberat ab ortu, & divina progenie, hoc melius ea cernebat. Tuſc.153.b

Cùm cœlum diſceſſiſſe viſum eſt, atque in eo animaduerſi globi. de D.100.a.b.

Marſico bello cœlum diſceſſit. h. e. ut vulgus: Cœlum ſe aperuit. de Diu.121.a

Ita te nec terræ fremitus, cœli diſceſſus, &c. terrebunt. de Diuin. 128. a

Cœlum diſceſſu meo diſceſſit à ſeſe. de Cla.190.a

Qui cùm terra diſceſſiſſet, magnis quibuſdam imbribus in illum hiatum deſcendit. Offic. 59. b

Is magnitudine timoris à conſtantia, atque à ſeipſo diſceſſit. de D. 132. a *A ſe diſcedere, pro:* immutari, & ſui diſſimilem fieri, *ſæpe vſurpatur.* Vulgò dicitur: *in ectaſin incidit.*

Modò audivi quartanam à te diſceſſiſſe. At.122.b

Si iſtius hæc tanta iniuria impunita diſceſſerit. in Verr.215.b

Mihi placebat ſi firmior eſſes, vt te Leucadem deportares, &c. Epiſt.256.b

Studium nihil prodeſt perveniendi aliquò, niſi illud, quod eo, quò intendas, ferat, deducatq; cognoris. de Or.96.a

Hoc tibi antea explicandum eſt, quàm illuc proficiſcare, quò te dicis intendere. de Or.114.a

Si iſte quò intendit, in Manliana caſtra pervenerit. in C. 101.b

Vt eò, quò intendit, maturè cum exercitu perveniat. pro Mur. 128. b

Ego dum naves, &c. parantur, excurro in Pompeianum. At. 168.b & 231.b

Fortaſſe excurremus menſe Septembri legati ad Piſonem. Att. 1. b

Excurrat aliquis, qui hoc tantum malum filio ſuo nuntiet. in Ver.89. b

Mandavi vtriq; vt ante ad me excurrerent, vt tibi obviam prodire poſſem. Ep.35. b

Sic, *Excurro in fines hoſtium & agros. id eſt,* depopulor. **Ein auß fall thuen/Streiffen.** vnde *Excurſiones.*

Habent propinquam provinciam, quò facile excurrunt. in Verrem.110.a

Carthago excurrere ex Africâ, & imminere populo Rom. videtur. contra Rull.83.b

Via illa excurſionibus Barbarorum eſt infeſta. de Pro.60.b

Nam qui volunt pœnam in aliqua ſubterfugere aut calamitatem, eò ſolum vertunt: hoc eſt, ſedem & locum mutant. pro Cæc. 304 a

Hanc ante amittere non potuiſſent, quàm huius ſolum ciuitatis mutatione vertiſſent. pro Cornelio.

Vertere ſolum exilij causâ. pro Qu. 10.a

Quò vertendi, hoc eſt, mutandi, *ſoli causâ venerant.* pro Dom. 229.a

Paulò poſt eſſe ferunt nunciatum Simonidi, vt prodiret. de Orat. 141 a

Scio te in publicum non prodire. At.125.b

Cauendum eſt etiam, præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentiâ prodeas. Off.28.b

Vt in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo. Off.26.a

Citat præco voce maxima Legatos Æmonenſes, procedit vnus Aſclepiades: prodeant. pro Flac.153.a

Teſtes vna ex domo prodeant. pro Flac.150.b

Prodire in aciem. E p.79.a

Si hac conſuetudo ſerpere ac prodire cœperit. I.V.65.b

Prodire obviam alicui. pro Mur.140.b

An ego tibi obviam non prodirem E p.39. a *Vide Tit.* Obviandi.

Miſſos faciant patronos, ipſi prodeant. Or 219. a

Eloquentia ſerò prodijt in lucem. de Cla,168. a

Nec ita multum provectus, reiectus ſum. in A.354.a

Atque etiam homines agreſtes inani ſpe ad aquas vſque Puteolanas provehuntur. in A.216. a

Nihil ergò adiuvat procedere & progredi in virtute, quo minus miſerrimus ſit, antequam ad eam pervenerit. de Fin.120 b

Qui naturâ doctrinaq; longe ad virtutem proceſſerunt. de Finib. 111. a

Qui proceſſerit aliquantulum ad virtutis aditum, nihilominus in miſeriâ eſt, quàm ille, qui nihil proceſſit. de Fin.100.a

In fugam ſe conferre. pro Cæc.198. a

Aliquò ſe conferre. de Or.161. b. Ep. 1990.b.

Iter aliquò conferre. Ep.174. a

Iter

Iter aliquo verſus conferre. At.10.b. *Vulgo* vertere, *aut* convertere ſe aliò, Viam ſuam vertere aliò.

Cùm autem anno poſt è Siciliâ me recepiſſem. Brut.p.616.

Ego me de Cumano movi ante diem. Jch hab mich vor tag vfgemacht. Ep.Att.l.4 p.121.

A rectâ conſcientiâ non tranſverſum unguem diſcedere. Nicht eines fingers/ oder haar breit abweichen. Ep Att. l. 13.p. 410.

Tranſverſum digitum diſcedere. Acad.l.2 p.32.

A ſenis latere nunquam diſcederem. de Attic.p.183.

In veſtra tecta diſcedite. In Catil. p.205.

Qui ſimulac pedem limine extulerat. Cœl.104.

Abigendi. Amoliendi. Amovendi. Arcendi. Depellendi. Deiiciendi. Deturbandi. Expellendi. Extrudendi. Fugandi. Reſiſtendi.

Außſtoſſen / Wegjagen/ Abſchaffen/ Hinaußwerffen/ Ablehnen/ Außjagen/ Verſtoſſen/ Verjagen/ Abwerffen/ Vmbſtoſſen/ Vmbreiſſen.

Anum foras extrudit. Aul.prol.v.38.

Quin tu mihi adornas ad fugam viaticum. Epid. 5. 1. v.9.

Iurgio tandem vxorem abegi à januâ. Men.1.2.v.18.

Protelat virum. h. e. longè abigit. Merc.Arg.2.v.12.

Simul autem pleniſſimè eos, qui adverſum eunt, ciſpellito. Merc. 1.2.v.5.

Iam hinc olim invitam domo extruſit ab ſeſe. Merc. 2.3. ver. 22.

Sarcinam imponam ſeni. Jch will den alten abſchaffen. Moſt. 1 2.v.28.

Vbi odium occaperit, illam extrudet. Ciſt. 2.1.v.53.

Vt properes noſtra amoliri omnia. Pſeud 2.v.67.

Libidinem, odium, inuidiam, metum, cupiditatesq; omnes amouere. Pro Aulo Cluent.p. 73.

Exigam hercle ego te, ex hac decuriâ. Perſ.1.3.verſ.63.

Ego cum meis dictis malis his foribus atque hac repuli, reieci hominem. Bacch.4.3.v.19.

An legibus daturum pœnas dices, ſi illam ejecerit ſcil. *domo:* Phorm.4.3.v.2'.

Vno ore auctores fuère, ut præcipitem hanc daret: id eſt, eiiceret, expelleret. Ibid. v.20.

Eò amantem invitum Pamphilum extrudit pater. Hecyr. 1. 2. v. 98.

Quod ſi ſciſſem, illa hic maneret potius, tu hinc iſſes foras. Du hetteſt hinauß gemůſt. Hecyr 2.1.v.15.

Tyndaritani ſtatuam iſtius deturbarunt. in V.221.a

Cùm parietes diſturbabas. Par.119 a

Quid ſi cæmentum bonum non haberem, deturbarem ædificium. Quint.Fr.328. b

Deturbare aliquem de poſſeſſione. Parad.121.a

De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt. pro Quint. 8.a.

Illi ſtatuam iſtius deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. in P.99.a

Deturbari ſpe & poſſeſſione. Ep.198.b

Sed hoc ſcito, tuos veteres hoſtes, novos amicos, vehementer literis perculſos, atque ex magna ſpe deturbatos iacere. Ep.61. b

Quæro qui ſint iſti optimates, qui me exturbent, cùm ipſi domi maneant. At.134 a

Cùm Senatum à gubernaculis deieciſſes, populum è navi exturbaſſes. pro Dom.218.a

Exturbare homines è poſſeſſionibus. pro Syl.180.b

Exturbari & expelli ex agris. contra Rul.82. a

Exturbare aliquem bonis patriis. in V. 118. a

Miſerum eſt, exturbari fortunis omnibus. pro Qu.17.b

Exturbari domo, & expelli domo. pro Clu 20. b

Conſules ex Italiâ profugiſſe, cunctum Senatum, totam Italiam eſſe effuſam. pro Deiot.145.b

Magno timore perculſa civitas tota ad te ſe cum coniugibus & liberis effundebat. ad Att.274.a

Antonij immanem & fœdam crudelitatem è iugulis noſtris, membris & viſceribus avertit. Phil.14.p.541.

Cuius acerrimum impetum cohibere potuit. Phil.14 p. 541.

Ab aris & focis ferrum flammaq́; depellit. Sest.p. 45.

De manibus veſtris effugit. Pro Sext. Roſc. p.48.

Ex vrbe aliquem repellere. Auß der ſtadt jagen. pro L. Flacc. p.g.264.

Ipſum cautorem alieni periculi ſuis propriis periculis terruiſſet. Sest p.9.

Magni animi eſt, quem de ſuſceptâ causâ nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum poſſit depellere. Ligar.p 302.

Ita avocatur à Mutinâ, vt ab vrbe tanquam peſtiferâ flammâ arceatur. Phil.6.p.431.

Vt poſſeſſores ſuis ſedibus pellantur. Offic.lib.2.p.96.

Vt avaritia pellatur etiam minima ſuſpicio. Offic.lib.2.p.96.

Quæ magis arceat homines ab improbitate omni. Paradox. 3.p. 229.

Abliguriendi. Abſumendi Conſumendi. Dilapidandi. Ganei. Heluandi. Intemperantiæ. Libidinis. Luxuriæ. Luxus. Patrimonij. Prodigalitatis. Profuſionis.

Vide etiam Sumtuum.

Verſchwenden / Verſchwelgen / Verzehren / Verthuen / Verfreßen / Verpauſiren / Schwelgen / Gut verpraſſen / Durchjagen.

N*Emo illorum explere tartaream ingluuiem poteſt.* Aul. ſc. Fetam velis.p.3.

Tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis delaceraviſti, deartuaviſtiq; opes. Capt.5.v.13.

Rem confregit filius. Trin.1.2.v.71. Horat. lib.1.Sat.2.v.62. *Rem patris oblimare.* Sein gut verfeihlen.

Comedere rem. Sein gut verfreſſen. Trin.2.4.v.15.

Luxuria ſumptus ſuppeditare vt poſſis. Aſin.4.1.v.10.

Rem omnem abſente patre abſumit. Moſt.Arg.v.2.

Contruncare cibum. Stich.4.1.v.48.

Is rem paternam me adiutrice perdidit. Trin.Prol.v.13.

Itidem patria abligurierit bona. Eun.2.1.v.4.

Quid te futurum cenſes, quàm aſſiduè exedent? Heaut.3.1.v.53.

Dies noctesq; bibite, gracamini, amicas emittite libertate, paſcite paraſitos, obſonate pollucibiliter. Moſt.1.1.v.61.

Haud intermiſſum eſt bibi, ſcorta duci, gracari, fidicinas, tibicinas ducere

ducere. Moſt.4.2.v.43.

Amare validè capi hic meretricem: illicò res exulatum ad illam ibat clam patris. Mercat.Prol.v.42.

Lacerari valde ſuam rem. Ibid. v.48.

Per nos quidem hercle egebit, qui ſuum prodegerit. Merc.5.4.ver. 63.

Si quis prohibuerit, plus perdet clam, quàm ſi prohibuerit palàm.

Trahere, exhaurire me, quod qui rem ab ſe, domum
Ratione peſſumâ, atque lenonis optumâ:
Omni quod modo, quoi iuvenis ipſe parſerit:
Ne videret funditare ac perdere. Merc.Prol.v.56. & ſeqq.

Pergite quomodo occapiſtis, bibite, pergræcamini, Eſte, effercite vos, ſaginam cædite. Moſt.1.1 v.61.

Dies noctesque eſtur, bibitur, nec quiſquam parſimoniam adhibet: ſagina planè eſt. Moſt.1.3.v.79. *Vide Lexicon Plautinum* Sagina.

Lepidam & ſuavem aliquam cantionem occipite comœdicam, vbi perpruriſcamus, vſque ex vnguiculis. Stich.5.5.v.19.

Argentum οἴχεται : periit, evanuit. *Vide Lexicon Plautinum:* Argentum. Trin.1.4.v.17.

Dum tempus ad eam rem tulit, ſivi animum vt expleret ſuum. And.1.2.v.17.

Animo morem geſſero. And.4.v.17.

Domus ſumptuoſa, adoleſcens luxu perditus. Adelph. 4.7.v.42.

Id illa vniverſum abripiet, haud exiſtimans, quanto labore partum. Phor. . .v.11.1.

Dilapidare argentum. Phor.5.8.v.4.

Et tibi perdere talentum hoc pacto ſatius eſt, quàm illo minam. Heau.3.1.v.66.

Sumat, conſumat, perdat: decretum eſt pati Heaut.3.1.v.56.

Priuſquam dilapidet noſtras triginta minas. Phor.5.8 v 4.

Vtinam tam aliquid facilè invenire poſſis, Phædria, hoc quàm peribit. Eunuch.2.1.v.4.

Rei minùs temperans. Phorm.1.5.

Itidem patria qui abligurierat bona. Eunuch. 2. 2.v.4.

Sane hercle homo voluptati obſequens fuit, dum vixit: & qui ſic ſunt, haud multum hæredem adjuvant: ſibi verò hanc laudem relinquunt: vixit, dum vixit bene. Hecyr.3.5.v.9.

Illius animum, qui nunc luxuriâ & laſciviâ diffluit. Heaut. 5.1. 1v.36.

M. Antonius publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat vectigalia. Octa.329. b

Cùm omnem pecuniam ex ærario exhauſiſſetis. contra Rullum 86.

Exhaurire ſentinam urbis. At.18.a

Si exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna & pernicioſa ſentina reipub. in C.99. b

Ærarium exhaurire, remp. compilare. in Vat.29.b

Immanes quæſtus, quos M. Antonij tota exhauſit domus. in Ant. 169.a

Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet vomere. in Ant.172. b

Vno mehercule Catilina exhauſto, releuata mihi videtur reſpub. in C.205.b

An temperantem eum dices, qui ſe in aliqua libidine continuerit, in aliquâ effuderit? Par.116.a

Plures iam pavones confeci, quàm tu pullos columbinos. Epiſt. 138. a

Qui ſuam rem non minus ſtrenuè, quàm poſtea publicam confeciſſet, egeſtatem & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentauit. Poſt. 06.a

Res iam univerſas profundam. Att.22.a

Pecunias profundere in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam ſint relicturi omnino. Off.44.b

Profuſis ſumptibus vivere. pro Q. 7.b

Quanti & quàm profuſi ſumptus. pro Clu.25. a

Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas abligurierunt. in Catil.106.a

C. Cæſar patrimonium ſuum effudit. Quanquam non ſumus uſi eo verbo, quo decuit: non enim effudit, ſed in ſalutem reip. collocavit. in A.24.a

Effundere patrimonium. Off.44.a

Quis tam profuſus ac perditus nepos ſic diſſolutus fuiſſet? pro Qu. 7.a

Privata luxuria, profuſa epulæ. pro Mur.141. b

Profuſa luxuries. pro Cæl.46.b

Conſumere Matrimonium. Contra Rull.p.94.

Veteres illorum, illibataſq; divitias in profundiſſimum ſuarum libidinum gurgitem profundit. Seſt.p.47.

Vt bona ſolus comeſſet. Seſt.p.54.

Qu'

Qui quaſi meâ culpâ bona perdidit. Seſt. p.55.

An tu comediſti? tu meo periculo gurges, & vorago patrimonij heluabare. Seſt. p.55.

Effundit patrimonium, ne fœnore trucidetur. Cœl. 108.

Num ærarium exhauſerit, & rempub. compilarit. in Vat. p.76.

Libidines totum diſſipaverunt. de Orat. 12. p.410.

Profuſis ſumptibus vivere. pro Quint. p.54.

Sperat ſe poſſe, quod adeptus eſt, per luxuriam effundere, atque conſumere. pro Sext. Roſc. p.38.

Domum per hoſpitium exhaurire & exinanire. in Verr. p.533.

Perfregit ac proſtrauit omnia cupiditate, ac furore, vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. pro Aul. Cl. pag.9.

Verùm fac me multis debere, & in his Plancio, utrum igitur me conturbare oportet? pro Plancio p. 323. *Hoc enim propriè eſt* conturbare & Decoquere fortunas ſuas *apud Ciceronem: quod docuit Budæus in ff. prioribus pag. 363. & pag. 347. vbi explicat locum* Ciceronis de Finib. lib. 2. p.137. *Nolim enim mihi fingere ἀσώτους, ut ſoletis, qui in menſem vomant, & de conuiuiis auferantur, crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent: qui ſolem (ut aiunt) nec occidentem umquam viderint nec orientem, qui conſumtis patrimonijs egeant.* Plautus *noſter vocat,* Lacerare ſuam rem. *Vide locum paulò ante.*

Pecuniam profundere. pro Aul. Cluent. p.31.

A maioribus noſtris poſſeſſiones relictas diſperdere, & diſſipare. Contra Rull. p.92.

Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas abligurierunt. in Luc. Cat. p.183.

Exhauſiſti ærarium. Piſ. p. 191. & pro Seſtio p.52. *Ærarium exhauriri videbatur. Vide* Ærarij.

Omnes fortunis privavit. Piſ. p.195.

Summas frangit infirmatq́; opes. Rab. p.274.

Per eaſdem tabulas innumerabilem pecuniam diſſipaviſti. Phil. 2. p.532.

Quonam modo illa tam multa, quàm paucis non dico menſibus, ſed diebus effudit? Phil. 2. p.363.

Oceans mediusfidius vir videtur tot res tam diſſipatas, tam diſtantibus in locis poſitas, tam cito abſorbere potuiſſe. Phil. 2. 4. 363.

Nolite mirari hæc tam celeriter eſſe conſumta: non modò unius patrimo-

patrimonium, ſed vrbes, & regna celeriter tanta nequitia devorare potuiſſet. Phil. 2. 164.
Patrimonium ſuum effudit. Phil. 2. p. 385.
Portenti ſimile videbatur, tantam pecuniam tam brevi tempore perdi potuiſſe. Phil. 5. p. ...
Pecunia publica diſſipata eſt, atque effuſa. Phil. 6. p. 629.
In Conſulatu pecuniam publicam maximam diſſipavit. Phil. 7. p. 441.
Fortunas noſtras diſſipat. Phil. 8. p. 448.
Non poſſunt non prodigè vivere, cùm effundunt ſua. Philip. 11. p. 482.
In luſtris, popinis, aleâ, vino, tempus ætatis omne conſumpſit. Phil. 13. 518.
Intemperans ſum in eius rei cupiditate. Epiſt. Att. lib. 13. p. 416.
Caueant intemperantiam meminerint verecundiæ. 1. Offic. p. 29.
Profundere pecunias. Offi. 2. p. 86.
Quæ brevi tempore maximas copias exhaurire poſſint. Paradox. 6. p. 237.

Abſolvendi. Ceſſandi. Concludendi. Deſiſtendi. Exitûs. Finiendi. Finis. Extremitatis. Deſinendi.

Enden/ Volbringen/ Verfertigen/ Volführen/ Außmachen/ Zu ende bringen/ Vergehn/ Auffhören/ Außgehn.

Poſtquam opus meum, vt volui, omne perpetravi, hoſtibus fugatis. Pſeud. 5. v. 54.
Aliquando oſculandi melius eſt, vxor, pauſam fieri. Rud. 4. 6. v. 1.
Finem ſtatuere orationi. Hecyr. 1. 2. v. 21.
De illo iam finem faciam dicendi, mihi peccandi cùm ipſe de ſe finem non facit. Phorm. prol. v. 23. 24.
Hominem iſtum impuriſſimum quàm primùm abſolvitote. **Fertiget jhn ab.** Adelph. 2. 4. v. 17.
Defunctus iam ſum. **Ich hab die Sach zum Ende gebracht.** Phorm. 5. 3.
Cupio in hac re iam defungier. Phorm. 5. 8.
Tranſegi: id eſt, rem ad finem perduxi. Phorm. 5. 3. v. 16.

Tute ipſe his rebus finem præſcripſiſti pater: id eſt, termi-num, metam. Andr.1.1.v.120.

Quid hic cœptat? aut quò evadet hodie? Phorm. [illegible] 1.

Quám timeo, quorſum evadas? Andr 1.1.v.96.

Denique ita tum diſcedo ab illo, ut qui ſe filiam neget daturum. ibid.v.117.

Heri ſemper lenitas verebar quorſum evaderet. And.1.2.

Miſera timeo, hoc incertum quorſum accidat. Andr.1.5.

Poſt illa nunc primum audio, quid illo ſit factum. Andr.5.4.v.34.

Poſtremò adeò res rediit: **die Sach iſt endlich dahin kommen.** Heaut.1.1.v.61.

Quid illâ filiâ amici noſtri, quid futurum eſt? Phorm.5.3.

Ni ſanè cura eſt, quorſum eventurum hoc ſiet. Hecyr.1.2.

Ni hæc ita eſſent, cum illo haud ſtares, Phædria. Du würdeſt jhm nicht beyſtehen. ibid.
Aliquot amicos mihi advocabo ad hanc rem qui adſient, ut ne imparatus ſim, cùm adveniet Phormio. ibid.
Qui me dudum, ut dixti, adjûris comiter. Phorm.3.3.
Opus eſt mihi Phormionem adjutorem ad hanc rem dari. Phorm. 1. 5.
Veſtra intelligentia ſi erit adiutrix noſtræ induſtriæ. Hecyr. Prolog.
In hac re adjutor ſis mihi. Phorm.4.4.
Neque notus quiſquam aderat, qui adjutaret funus. Phorm. 1.1
Quæ ſucceſſori commodare poteſt, is qui provinciam tradit. Epi. 31.b
Quibus tu quæcunque commodaveris, erunt mihi gratiſſima. ibid. 222.a
A te peto, quando apud gratos homines beneficium ponis, vt eo libentius commodes, operamque des, &c. Ep. 223.
Quamobrem peto à te maiorem in modum; vt his omnibus in rebus; quantum tua dignitas fidesq́ patietur, commodes. Epiſt. 218.b
Peto igitur abs te, vt omnibus rebus, quo ſine moleſtia tua facere poſſis, ei commodes. Epiſt.219. a
Cupio ei ſocietati, quibuſcunque rebus poſſim, commodare. Epiſt. 297. a
Quicquid ei commodaveris, erit mihi maiorem in modum gratum. Epiſt.211.a
Hæc à virtute donata, cætera à fortuna accommodata eſſe videntur. pro Mar.134.a

Commodare

Commodare alicui. At.31.b

Tranquilla repub. ſine me ipſo, ſed per me tamen perſi uantur. pro M.l.120.a

Tu qui rationem dicendi per teipſum, vſum autem per nos percipere voluiſti. de Or.109.b

Exturbare aliquem, qui & per ſe, & per ſuos, & vero etiam per alienos defendatur. pro Mur.135. a. *Per* opem notat.

Cum meam domum refertam viris bonis per amicos ſuos complerent. pro Dom.224.b

Nihil intereſt, utrum per procuratorem agas, an per teipſum. 66.b

Recede de medio, per alium tranſigam. pro S.R.27.a

Per binos tabellarios miſi Romam literas. At.86.b

Tu autem ſæpe dare poteris tabellariis publicanorum per magiſtros ſcripturæ, & portus, & noſtrarum diœceſium. At.76.a

Vtinam aliquod in hac miſeria Reip. πολιτικὸν *opus efficere & navare mihi liceat!* Att.147.a

Nemo eſt tam afflictus, qui ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id quod agit, non poſſit navare aliquid, & efficere. Ep.79.b

Equidem iam mihi videor navaſſe operam, quòd huc venerim. de Or.111.a

Tibi omnes navare operam & ſtudium volunt. Att.277.b

Qui etiamſi ſuffragandi ſtudia non navant, tamen afferunt petitioni aliquid. Qu.de Pet.107.b

Quàm vellem! Bruto ſtudium tuum navare potuiſſes. Attic. 140.a

Petitionis quidem tuæ ratio mihi ſemper fuit explorata, ſed tamen operam navare volebam. Ep.250. b

Et ſi minus in curia atque in foro, at in literis & libris, vt doctiſſimi veteres fecerunt, navare operam reip. & de moribus ac legibus ſcribere. Ep.127.a

Sed ſi me audiant, navent aliam operam, aliam ineant gratiam pro Cæl.52.a

Nauare operam alicui, atque ei ſeſe venditare. pro Deiotar. 243.

Navare operam Reipbul. Ep.159. b

Qui nauaret miles operam Imperatori. de Clar.191.

Spero hunc locum eius fortunæ miſeræ atque iactatæ portum ac perfugium futurum. pro Clu. 19. a

Tota domus, quæ ſpectat in nos ſolos, neque aliud poteſt habere

perfugium. Off.12.a

Vt nullum ſit extremis Reipubl. temporibus perfugium & præſidium ſalutis. pro Rab.9 .a

Munite communem arcem bonorum, obſtruite perfugia improborum. pro Syl.182.a

Hæc ſtudia rebus adverſis perfugium ac ſolatium præbent. pro Arch.188.b

Domus commune perfugium. in C.:18.a

Somnus eſt perfugium omnium laborum ac ſolitudinum. de Diu. 159.a

A portu & perfugio excludere aliquem. Ep.7..b

Poſtremo illo deſperatiſſimo perfugio uti poſſet. in Verr.129.a

Senectuti verò celebrandæ & ornandæ quod honeſtius poteſt eſſe perfugium, quàm iuris interpretatio? de Orat.101.b

Vnum perfugium, una ſpes rel qua eſt. pro S. Roſc.43.b

Portum potius paratum nobis & perfugium, putemus. Tuſc.274.b

Si orabimus ut nobis ſint auxilio. ad Heren.lib.. p.34.

Nam ferè non difficile eſt, invenire quid ſit cauſæ adiumento. Ad Heren.lib.2.p.35.

Nullam rem fore, quæ incommodo mederi poſſit. ad Heren. lib. 2.p.49.

Nihil Fregellanis morum & ſermonis ſocietas opitulata eſt. ad Heren.lib.4.p.104.

Magno ſe prædicat auxilio, qui paululum in rebus difficillimis aſpiravit. Ad Heren.lib.4.p.104.

Cùm verò ſiniſtrâ mentum ſublevat. ad Herenn. libr. 4. pag. 126.

Auxilia quædam in oppidum recepit. de Invent. lib.2 p.247.

Tibi verò frater, neq; hortanti deero, neq; roganti. de Orat. lib. 1. p.270.

Opem ferre ſupplicibus, excitare afflictos, dare ſalutem. de Orat. l.1.p.277.

Nunquam mihi percontanti, aut quærenti aliquid defuiſti. de Or. l.1.p.295.

Laborantibus ſuccurrat, ægris medeatur, afflictos excitet. de Or. lib.1.p.313.

Præſidium clientibus atq; opem amicis porrigere atq; tenere. de Orat.lib.1.p.317.

Auxilium ſuum ſæpè à viris bonis fruſtrà implorari patietur. de Orat.lib.11.p.383.

Orat.

Sodali meo auxilium ferre non poſſum. de Orat. li 2. p. 402.
Expectationi, eorum qui audiunt, quàm celerrimè ſuccurratur. de Ora. l. 2. p 436.
Qui ſibi firmius in virtute, quàm in caſu præſidium collocavit. ad Heren lib. 4. p. 96.
Eo unde plus opis auferret, quo minus attuliſſet gratiæ. pro Qu. p. 10.
Innocentium calamitatem levare. pro S. Roſc. p. 39.
Quo quaſi in portum reiectus à cæteris ſuſpicionibus confugere poſſes, ubi ſcopulum eiuſmodi offendis. Omnem ſuſpicionem in vos ipſos recidere intelligis. pro S. Roſc. p. 64.
In re aliqua operam ſuam alij profiteri. pro Sext. Roſc. p. 90.
Multis ſæpè in difficillimis rebus præſens auxilium eius oblatum eſt. in Verr. p. 465.
Siciliam multis undiq; cinctam periculis non terrore belli, ſed celeritate conſilij explicavit. pro lege Manilia. pag. 639.
Alicuius innocentiæ, quaſi in aliqua pernicioſiſſima flamma, atque in communi incendio ſubvenire. pro A. Cluent. p. 4.
Acrioribus ſaluti ſuæ remedijs ſubveniendum putavit. pro Aul. Cluent. p. 31.
Auxilium petere ab aliquo capiti & fortunis ſuis. Ibidem.
Ferre opem patriæ. pro C. Rabir. p. 150.
Aliquem periculis ſuis ex flamma atq; ferro ac penè ex faucibus fati eripere, conſervare ac reſtituere. in Luc. Catilin. pag. 192.
Opem & auxilium alicui afferre. in L. Catil. p. 200.
Qui mihi ſtudio penè præcurritis. in L. Cat. 215.
Ad opem auxiliumq; alicuius concurrere. pro L. Mur. p. 244.
Auxilium alicui ferre. pro L. Flac. p. 307.
Nullum auxilium requiſivit. pro L. Sylla p. 307.
Aliquid adiumenti, opis, atq; auxilij alicui ferre. pro L. Sylla pag. 340.
Opem & ſalutem ferre. pro Arch. poeta p. 345.
Auxilium ab alienis efflagitabo. Orat. ante exil. p. 361.
Alicuius invocare ſubſidium. ibid.
Opem alicui ferre. in orat. ante exil. pag. 364.
Auxilium implorare & fidem. pro Dom. p. 404.
Auxilium & opem meæ ſaluti tulit. pro Dom. p. 411.
Auxilio diminuti deficiantur. de Aruſp. Reſp. p. 481.

Fidem alicuius implorare. pro Cn.Planc.p.537.
A ſummo imperio petendum eſſe auxilium arbitrabantur, ut præcipitanti patriæ ſubvenirent. Seſt. p. 13.
Adiutor fuit datus ad excitandum Antonium. Seſt.p.8.
In Magiſtratus tutela Reges atque exteræ nationes ſemper fuerunt. Seſt.p.13.
Cum legationis perfugio uti noluiſſe, appellatione improbiſſimâ ad auxilium nefariorum confugiſti. Var.p.88.
Ego voluntati tuæ in periculis nullo modo deeſſe poſſum. Corn. p. 128.
A quo ſenatus ſæpè communis ſalutis auxilium expetit. Corn. p.131.
Summâ utilitate, ac maximo ſæpè præſidio in periculis atque aſperrimis temporibus carendum erit. Corn.p. 1,4.
Hoſtes ad noſtros imperatores aufugerunt. Corn. 134.
Iure id graviter ferremus, minui & debilitari auxilia populi Romani. Corn.p.135.
Quibus vos in his anguſtiis ærarij ſubveniatis neceſſe eſt. Provinc.160.
Nullum in mè præſidium ſuis fortunis eſt conſtitutum. in Verr. p.112.
Fœminæ gignere ipſæ ſibi præſidia, & habere domi fortunarum omnium ſocium, participemq́; poſſunt. pro Font.p.584.
Amplitudine alicuius præſidia periculis ſuis, aut adiumentà honoribus quærere. Pericula innocentia tecti pellimus: honores ex loco; ſed eadem noſtra illa laborioſiſſimâ ratione vitæ, ſi veſtra voluntas feret, conſequemur. pro leg.Man.p.80.
Eſſe alicui præſidio. Ep.ad Fam.l.5. p.120.
Literæ Q. Fratris, & T. Pomponij neceſſarij mei, tantum mihi ſpei dederant, ut in te non minùs, quàm in tuo collegâ mihi conſtitutum fuerit. Ep.ad Fam.l.5.p.120.
Petere auxilium. Ibid.
Quòd ſi mihi tuâ clementiâ opem tuleris, omnibus in rebus me fore in poteſtate tuâ tibi confirmo Ep.ad Fam.lib.5.p.121.
Etſi Reipub. cauſâ maximè gaudere debeo, tantum ei te præſidij, tantum opis attuliſſe extremis penè temporibus. Ep.ad Fam. l. 10.p.288.
Magnis ſubſidiis fulta eſt reſpublica. Epiſt. ad Fam. lib. 12. pag. 354.
Sulpitij morte magnũ præſidium amiſimus. Ep.ad Fam.l.12.p.355.

Cuius

Cuius rei dum tempus erit, cùm quid opis Reipublicæ laturus exercitus ſit. Ep. ad Fam. lib. 12. p. 358.

Præſidium voluntarium, neceſſariumq́; comparavi. Ep. ad Fam. lib. 12. p. 370.

Puer egregius præſidium ſibi primùm, & nobis, deinde ſummæ Reipub comparavit. Ep. ad Fam. lib. 12. p. 380.

Huic ferri auxilium oportet. provinc. p. 161.

Præſidium conſulum exploravi. Piſ. p. 182.

Multis ſæpè auxilio fui. Piſ. p. 185.

Auxilium alicuius retardare. Piſ. p. 211.

Neque generum neque collegam ſuum Tribuno plebis defuturum. Piſ. p. 212.

Tibi magna præſidia & auxilia à Beſſis peditum, equitumq́; pollicitus eſt. Piſ. p. 214.

In illâ omnium Barbarorum defectione Seſtium prætorem tutata eſt. Piſ. p. 214.

Præſidiis ſalutaribus & neceſſariis ſeptiſſumus. Mil. p. 222.

Arma, Centuriones, cohortes, non periculum nobis, ſed præſidium denunciant. Mil. p. 221.

Vnius amici opes mihi ſubvenerunt. Rab. p. 281.

Tu nunquam meis liberis me abſente, nunquam coniugi meæ defuiſti. Rab. p. 281.

Memoriam tuam implorat, quâ vales plurimum. Deiot. pag. 322.

Negat ſe à te unquam in Deiotari Tetrarchiâ pedem diſceſſiſſe in primis finibus tibi præſtò ſe fuiſſe dixit, uſque ad ultimos perſecutus. Deiot. p. 322.

Occurrere ſolet miſericordia tua ſupplicibus. Mil. 124.

Tibi victori non ſolum ad hoſpitium, ſed periculum etiam atq; ad aciem præſtò fuit. Deiot. 1. p. 314.

Ego nec Reipublicæ, nec amicis unquam deſui. Mil. 2. p. 346.

Quæ res egeſtati & æri alieno tuo propter mortem Cæſaris ſubvenire potuiſſet. Phil. 2. p. 152.

Libantem & prope cadentem Rempublicam fulcire cuperetis. Phil. 2. p. 358.

Auxilio veſtro oportet ſubvenire ſaluti communi. Philipp. 5. p. 407.

Alter ad evertendam, alter ad conſervandam Rempublicam præſidia quærebat. Phil. 10. p. 470.

A quo inſperatum & repentinum Reipublicæ præſidium legionum

 equitatus

equitatus auxiliorum magna & firma copia comparantur. Phil.10.p.475.

Adiutorem ſe Bruto fideliſſimum & conſtantiſſimum præbuit. Phil.p.475.

Eius auxilium ad Italiam vergere. Phil.1·.p.428.

Caſſium Proconſulem copijs ſuis opibusq; iuviſſent. Phil. 11. pag. 48.

Ab eodem Rege adiuti ſumus equitatu & pedeſtribus copiis. Phil. 11.p.9.

Subveni olim impendentibus periculis maximis cum dimicatione capitis. Phil.119.p.495.

Ad omnes inſidias præſidia quærenda ſunt. Phil.12.p.504.

Militibus incluſis opem fertis. Phil.p.525.

In omnibus rebus me ille ſibi affixum habebit. Epiſt. ad Fam. lib. 1.p.19.

Huic te unum tanto adiumento eſſe, ſi volueris, poſſe intellige, ut nihil ſit præterea nobis requirendum. Epiſt. ad Fam. lib. 2. pag.41.

Illam manum tu mihi cura, ut præſtes Att. lib. 1. p. 6. Loquitur de ſuffragatoribus in petitione Conſulatûs.

Gravedini omni ratione ſubveni. Ep.Att.lib.16. p.509.

Ferre præſidium labenti. Ep.Brut.p.565.

Quos tibi comites ac adiutores negotiorum publicorum dedit Reſpublica. Ep.Qu.Frat.lib.1.p.572.

Ego cum forenſibus operis, laboribus periculis non deſeruiſſe mihi videre præſidium. de Fin.lib.1.p.:00.

Cùm opera indigentibus ſalutemq; ferres. de Fin.l.2.p.277.

Præſidium petere ab aliquo. de Fato.p.291.

Magnum ſibi præſidium ad beatam vitam comparare. Qu. Tuſc. l.1.p 147.

Cæli partes ſibi definitas eſſe traditas, è quibus ſæpè opem referre poſſit. de leg.l.3.p.366.

Deſcriptus populus cenſu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad ſuffragium auxilij. Ibid.

Propter noſtrum præſidium reliquit. Qu.Tuſc.lib.3.p.383.

Si verò etiam præſidij ſe aliquid ſibi conſtituere putant. de petit. Conſ. pag.396.

Alicui opem ferre. Tuſc.l.4.p.451.

Petere ab aliquo opem. Tuſc.l.5.p.252.

Cuius igitur potius ope utamur quàm tuâ? Ibidem.

Omnia

Omnia præſidia habere. Qu. Tuſc.l.5.p.458.

Hoc maximè officij eſt, ut quiſque maximè opis indiget, ita ei potiſſimum opitulari. 1.Off. p.2.

Spectat in nos ſolos, neque aliud ullum poteſt habere perfugium. 1. Off.p.6.

Quorum opere efficitur aliquid hominum uſum atque vitam. Off. 2.p.69.

Præſidium ſibi paratum viderit. Off.lib.2.p.93.

Profectò aliquid opis occidenti Reipublicæ tuliſſemus. Ep. ad Fam. l. .p.90.

Vti alicuius operâ. Ep.ad Fam.lib.9.p.272.

Si mediocre auxilium dignitatis noſtræ habuiſſemus. Fam.lib. 11. p.321.

Ad auxilium patriæ accedere. Ep.ad Fam.lib.11.

Habere auxilium dignitatis. Ep. ad Fam.lib.11.p.327.

Si melior caſus fuerit, revertemur Romam: ſi mediocris, in exilio vivemus: ſi peſſimus, ad noviſſima auxilia deſcendemus. Ep. ad Fam.l.11.p.321.

Quòd tuam dignitatem amplificari velim, tuis optimis conſilijs, amplitudini, gloriæ numquam defuturum. Fam.lib. 11. pag. 329.

Tuis laudibus nullo loco, nec conſilium, nec ſtudium meum defuturum, Fam.l.11.p.326.

Me neque deeſſe ullâ in re, neque umquam defuturum dignitati tuæ. Fam.l.11.p.328.

Vt illud ſubſidium ſenectuti parem. Ep. Att.lib.1.p.14.

Niſi quis Deus nos reſpexerit. Ep. Att.lib.1.p.26.

Huic rei ſubventum eſt maximè à nobis. Ep.Att.lib.1.p. 34.

Vt ſubſidio venirem. Ep.Att.lib.6.p. 88.

Vt communi conſilio Reipublicæ afflictæ opem atque auxilium feramus. Ep.Att.lib.8.p 249.

Subſidio ire poſſum. Ep. Att.l.8.p.255.

Cives ferte opem, & reſtinguite. Diuin.1.p.184.

Auxilium expetere. Qu.Tuſc.l.2.p.154.

Deinde quod attulit auxilium non modò reliquis magiſtratibus, ſed etiam privatis. Cic.de leg.lib.3.p.353.

Auxilium & veſtras manus peto. Qu. Tuſc.lib.2.p.362.

Quam quidem ad rem nos (ut videmur) magnum attulimus adiumentum hominibus noſtris. Off.1.p.

Habent à natura adiumenta rerum gerendarum. Off.1. p.30.

Niſi communi vita ab hominibus harum rerum auxilia petere didiciſſet. Off.lib. .p.69.

Quis enim ægris ſubveniret? Off.lib.2.p.69.

Præſertim cùm neceſſitati non ſubveniatur. Offic. libr. 2. p.87.

Cùm alios iuvare velint. Off.l.2.p.91.

Ad hanc rem vos adiutores profiteamini. pro S.Roſc.p.39.

Ad rem aliquam operam ſuam polliceri. pro S.Roſc.p.43.

Præſidio eſſe contra vim. pro Qu.p.2.

Adiutore quodam uti. Qu.Tuſc.l.2.p.341.

Magna habere auxilia. Qu.Tuſc.l. .p. 48.

Eius facultatis adiumenta, quæ tibi ſcio eſſe ſepoſita, ut prompta ac parata ſint cura. de petit.conſul.p.387.

Vt alteros libidinis, alteros facinoris adiutores haberet. de petit. Conſul.p.390.

Quandoquidem ea in rebus maioribus adminiſtrandis adiuuat plurimum. Off.l 2.p.76.

Omnis ratio & inſtitutio vitæ adiumenta hominum deſiderat. Off.l.2.p.79.

Adminiſtrationis. *Vide* Regni.

Admirandi Mirandi. Mirabilis.

Verwunderen/ Wunder nemmen / Wunder/ Seltzam vorkommen. Wunderlich.

N*On tibi iſtuc magis mirum videtur, quàm mihi.* Amph.2.1. v.47.

Illud præter alia miror maximè. Amph.2.2.v.140.

Minimè mirum eſt. Magis mirum eſt. Hecyr.2.1.v.23.

Mirando hoc tanto tam repentino bono. Andr. 5. 4.

Quid hoc hominis? qui eſt hic ornatus? quid illud mali eſt, nequeo ſatis, mirari, neque conijcere. Eunuch 3.4.

Quid mihi dicent? aut quam cauſſam reperient, demiror. Phorm. 1.5.

Hic pulcherrimum facinus audivi: quod? neſcio, atque mirificiſſimum. Phorm.5.6.

Demiror.

Demiror, qu'd ſit quamobrem volueris, &c. Hecyr. 4.1.
Haud mirabile eſt. Heaut. .3.
Dij voſtram fidem, quám ſæpé forté temeré eveniunt, quæ non audeas optare! Phorm. 5.1.
Dij voſtram fidem, incredibilia Parmeno modò quæ narrauit! Eunuch. 5.9.
Dij voſtram fidem, quantam & quám veram laudem capiet Parmeno! Eunuch. 5.4.
Dij voſtram fidem, itan' comparatum eſſe? &c. Heaut. 3.1.
Dij voſtram fidem, hominem perditum, & illum ſacrilegum! Eunuch. 3.1.
Dij, obſecro vos, eſtne hic Stilpho? Phorm. 5.1.
Hem, quæ hæc eſt fabula? Was iſt das für ein Spiel? Eunuch. 4.4.
Neq; ſcio quid dicam, aut quid coniectem. Eunuch. 3.4.
Nequeo ſatis decernere. Adelph. 4.2.
Quæſo, quid narras? Ey was du ſagſt. Phorm. 5.7.
Quid narras? hoc quod audis. Phorm. 1.2.
Pulchré dictum: papæ! Eunuch. 3.1.
Permirum mihi viſum eſt, Scæuola, te hoc illi concedere. de Orat. lib. 1. p. 326.
Ad admirationem aliquem traducere. Orat. ad Brut. p. 682.
Summam hominum admirationem excitabat. Brut. p. 620.
Hoc mihi maximam admirationem movet. Philipp. 10. pag. 466.
Non magnopere mirabor. Acad. l. 2. p. 64.
Nam quid Dionyſij equus attulerit admirationis, quod emerſerit ex flumine. de Diuin. lib. 2. p. 238.
Quid autem admirationis habent, cùm propè acceſſeris. de Fin. l. 4. p. 245.
Quem quâdã admiratione commotus ſæpius fortaſſe laudo, quam neceſſe eſt. de leg. l. 2. p. 149.
Admiratione quâdam afficiuntur ij. Off. l. 2. p. 78.
Tunc quis non admiretur ſplendorem pulchritudinemq; virtutis. Off. l. 2. p. 79.
Fit admiratio populi. in Verr. p. 531.
Nihil mihi tam mirum videtur, quàm iſta dici. Acad. libr. 2. pag. 52.
Maximis admirationibus aliquid agere. de Fin. lib. 5. p. 279.

Admonitionis. Cohortationis. Hortandi. Monendi. Suadendi.

Mahnen / Vermahnen / Anmahnen / Anhalten / Erinneren.

E*St, paucis monitos quod vos voluerim* Capt.prol. v.53.
Ni metuam patrem, habeo pro illa re illum quod moneam probè. Andr.5.4.
Cuius nunc pudet me & miſeret, qui harum mores cantabat mihi monuiſſe fruſtra. Heaut.2.2.
Sedulò moneo: qua poſſum, pro mea ſapientia. Adelph.3.4.
Hoc unum te moneo. Hecyr.5.*.
Senatui cum primùm potui pacis auctor fui, At.147.b
Nam illi magnopere auctor fui, ne differret tempus petitionis ſuæ. Att.279.b
Sed auctor non ſum, vt te urbi committas. ibid.242.b
Hircius mihi, ut abſim, vehementer auctor eſt. Ibid.240.b
A me conſilium petis, qui ſim tibi auctor, in Sicilia ne ſubſidas, an proficiſcare, Ep.86.b
Ego tibi ſum auctor, ut quibus poſſis rebus, eum tibi ordinem reconciliet. Ibid.17.b
Tibi magnopere auctor ſum, ut aliquando &c. de Le.166.b
Hic mihi quaſi miniſtrator aderat, ſubijciens, quid in ſuos cives dicerem. pro Flac.157.a
Cupio mihi ab illo ſubijci, ſi qua prætereo. in Verr. 240.b
Gaudeo te id mihi ſuadere, quod ego mea ſponte pridie feceram. At.249.b
Hac eò ſpectant, vt te horter, & ſuadeam, &c. Ep 204.a
Nemo eſt qui ſapientius tibi ſuadere poſſit teipſo. Ep.21.a
De obviam itione faciam, vt ſuades. At.180 a
Nunc te cohortatione non puto indigere. Ep. fam.lib.12.p.359.
Incredibiliter me commovet tua cohortatio. Epiſt. Att. lib. 16. p.508.
Miſi ad te quatuor admonitiones non nimis verecundas. Acad. li. 2.p.76.
Tanta vis admonitionis ineſt in locis. de Fin.lib.5.p.248.
Submonuit me Parmeno. Eunuch.3.5.v.23.

Cùm

Cùm ipſe te veteris amicitiæ commonefaceret. ad Heren. lib. 4. p.100.

Monere aliquem de re aliquâ. pro Cæcin. p.617.

Panſæ Conſulis acceſſit cohortatio gravior. Philipp. 9. pag. 46.

Precibus noſtris, & cohortatione non indiges. Epiſt. Attic. lib. 2 p.76.

Te hominem amiciſſimum non dubitabo monere. Acad. lib. 2. p.33.

Adoptionis. Adoptandi. Educandi. Alendi. Nutriendi.

Kindſchafft / An kindſtatt aufnehmen / Erziehen an kindſtatt / Ernehren / Vferziehen.

ADoptat illum puerum ſurreptitium ſibi filium. Merc. Prol. v.60.

Adoptat hunc emptum ſenex. Pœn. Arg. v.2.

Hanc eiectam Chryſidis pater recepit orbam, parvam. Andr. 1. 3. v. 9.

De mea dat fratri Mitioni adoptandum Æſchynum. Adelph. Arg. v. 2.

Ego hunc adoptavi mihi, eduxi à parvulo, habui, amavi pro meo. Adelph. 1. 1. v. 22.

Tuum filium dediſti adoptandum mihi: is meus eſt factus. Adelph. 1. 2.

Quod eſt, Pontifices, ius adoptionis? nempe ut is adoptet, qui neque procreare iam liberos poſſit: &, cùm potuerit, ſit expertus. pro Dom. 220.a

Quas adoptiones hereditates nominis, pecuniæ, ſacrorum ſecutæ ſunt. ibidem.

L. Torquatus filium in adoptionem D. Silano emancipavit. de Fin. 54.

Quid propagatio nominis? quid adoptiones filiorum? &c. ſignificant. Tuſc. 154.b

---

Adorandi. Cultûs. Religionis. DEI. Invocandi.

Vide etiam Orandi. Rogandi. Precum.

Gottes

Gottesdienſt/ Anruffen/ Betten / Gottſehlig ſein.

D*Eam ſibi invocet, quam libebit propitiam.* Aſin. 4.1. v.36.

Divûm atq; hominum clamare fidem. Aul.2.4.v.20.

Deos ſalutarem intrò devortor domum. Stich.1.v.29. *Vide Turneb. lib.25 c.1.*

Tendere ad Deum manus ſupplices, obſecrationem repudiare. pro Font.p.585.

Iupiter Optimus maximus, cuius nutu atq; arbitrio cælum, terra, maria reguntur. pro S. Roſc.p.82.

Quis eſt tam vecors, qui aut cum ſuſpexerit in cælum, DEOS eſſe non ſentiat? de Aruſp.Reſpon.p.471.

Cælum & terram refert in Deos. de Natur.Deor.lib.1.p.17.

Cùm verò Heſiodi Theognium interpretatur, tollit omninò uſitatas & præceptas cognitiones Deorum. Neq; enim Iovem, neq; Iunonem, neque Veſtam, neq; quenquam, qui ita appelletur, in Deorum numero habet. Ibid.

Magnam turbam congregat ignotorum Deorum. de Nat. Deor. lib.1.p.18.

Et ira inflammatos, & libidine furentes introduxerunt Deos. de Nat.Deor.lib.1.p. 9.

Deorum cognationem agnoſcerem non invitus. de Nat. Deor. li. 1.p.37.

Ex ratione, & quidem Phyſica magna fluxit multitudo Deorum, qui incluſi ſunt humanâ ſpecie. de Nat.Deor.lib. 2.p.75.

Homines Deorum agnitione & gente teneantur. de legib. libr. 1. p.361.

Itaq; ex tot generibus nullum eſt animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. Ibid.

Ex quo efficitur, ut is agnoſcat Deum, qui unde ortus ſit, quaſi recordetur ac noſcat. Ibid.

Adventûs. *Vide* Accedendi.

Adverſandi. Reſiſtendi. Contrarietatis. Oppoſitorum.

Widers

Widerſetzen / Widerſtehen / Wehren / Widerſinnig handlen / Widerſtreben / Zu wider ſein / Ablehnen / Abtreiben / Dempſen.

GEnus loquendi bonis Scriptoribus vſitatum eſt, quandoper contrariorum complexionem omnes & omnia intel iguntur. Sic Aſin 1.3.2.99. *Dignos indignos adiri atque experiri certum eſt mihi.* Et Curc. 1.3.1.ver. *Date viam mihi ignoti atq; ignoti.* Capt. 2. .v. *Indigna digna habenda ſunt, herus quæ facit.* Quod expreſſum ex illo Æſchyli: δῦλε διοσπότων ακυε κὴ δίκαια, κἄδικα. *Virgil· Ciri.* Omnia me potius digna, atque indigna laborum millia viſeram, *Terent.* Iuſta iniuſta me facturum. *Idem Andr.* Quo iure, quâque iniuriâ. *Idem Eunuch.* Præſente abſente. Vbi *Donatus*: Proverbiale eſt, *inquit*, ut Surſum, Deorſum: ultrò, citrò. Græc. ἄνω, κάτω. *Cic. Q. Frat. lib.3.* omnia minima maxima. *Talia ſunt:* Terrâ, marique. Factis, Dictis, &c.

Eine ego ut adverſer? Andr. 1.5.

Duras fratris partes prædicas, id eſt, gravem habes adverſarium. Eunuch. 2.3.

Cœpi adverſari primò, id eſt, reſiſtere. Phorm. 1.2.

Quæ inſcitia eſt advorſum ſtimulum calces? ibid.

Itáne es paratus facere me adverſum omnia, infelix? Phorm. 2.3.

Vllámne ego rem unquam volui, quin tu in ea mihi advorſatrix fueris, Soſtrata? Heaut. 5.3.

Quod ſi de literis corruptis contra venit: ſi contrà omni ratione pugnavit. in Verr. 130.a

Si ille ipſe, quem contra veneris, cauſſa cadat. pro Mur. 126. a

An ego non venirem contra alienum pro familiari meo? In Att. 161.a

Contra rem ſuam veniſſe me neſcio, quando quæſtus eſt. ibid.

Ne in re ſecunda mihi obvertat cornua. Pſeud. 4.3.v.5.

Itáne es paratus facere me advorſum omnia. Phorm. 2.3.v.80.

Adverſum ſtimulum calces. Phorm. 1.2.v.28.

Libidini malorum reſtiti. ad Heren. lib.2.p.30.

Nulla vi ei reſiſti poteſt. de Inv. lib.2.p.265.

Potentiam alicuius primo quoq; tempore extinguere, atq; opprimere. pro Sex. Roſc. p.49.

Ad

Ad omnes meos impetus, quaſi murus quidam, boni nomen imperatoris opponitur. in Verr. p. 486.

Impetus hoſtium reprimere. pro leg. Man. p. 632.

Hæc res contra nos faciunt. pro Quint. p. 1.

Huic toti rationi agrariæ ſenatus adverſabatur. Ep. Att. lib. 1. p. 39.

Cum congruentibus ſæmunt tàm vehementer repugnantia. Acad. lib. 2. p. 26.

Cùm evidentibus rebus adverſentur. Acad. lib. 2. p. 26.

Multorum autem odijs nullas opes poſſe obſiſtere. Offic. lib. 2. pag. 72.

Si ea virtuti non repugnarent. Off. l. 3. p. 10.

Quoniam eius blanditÿs non facilè obſiſtimus. de Senect. pag. 165.

Iudicibus ac falſæ ſuſpicioni, & invidiæ populariter excitatæ reſiſtere. pro A. Cl. p. 60.

His tantis malis tanto bonorum ſtudio reſtitiſſemus. Sest. p. 18.

Domeſticis malis, audaciumq́ civium conſilÿs ſæpè eſt reſiſtendum. Sest. p. 27.

Seditioſis omnibus reſtitit, quem nulla vis, nulla minæ, nulla unquam invidia labefecit. Sest. p. 50.

Cùm erat declamatum ſemiviri mercenariorum vocibus. Sest. p. 61.

Quos mœnibus excluſerunt, claſſibus inſecuti ſunt, corporibus, copiis opibusq́ depulerunt. Corn. p. 142.

Populares impetus populari præſidio propulſare poſſum. Provinc. 174.

Inimicis meis copÿs meis reſtiti. Piſ. p. 185.

Voce & clamore abiecti hominis furorem & petulantiam fregi. Piſ. p. 191.

Nulla vis tanta eſt, tanta copia, quæ non ferro ac viribus debilitari, ac frangi poſſit. Marc. p. 284.

Ego tanta mala florentiſſima familia ſedavi. vel potius ſuſtuli. Phil. 23. p. 56.

Impetus perditorum hominum vi & manu repulimus. Philipp. 2. p. 373.

Authoritate Senatus & conſenſu populi Romani facilè hominis audaciam fregimus. Phil. 3. p. 384

Tantum bellum, tàm crudele, tàm nefarium privatis conſiliis propulſabitur. Phil. 3. p. 38.

Nomen

Nomen ipſum Legatorum, hunc, quem videmus, poſt. Rom reſtingiſſet ardorem. Phil. . p. 416.
Omne malum naſcens facilè opprimitur. Phil. 5. p 419.
Crudelitatem mortis ac dedecus virtus propulſare debet. Phil. 4. p. 405.
Huius opera, virtute, conſilio, ſingulari clementia & manſuetudine bellum acerbiſſimum eſt reſtinctum. Philipp. 5. pag. 422.
Obſiſtit is vehementiùs excuſationi. Phil. 9. p. 461.
Contra vim & gravitatem morbi contendit. Philipp. 9. pag. 461.
Furentis hominis conatum & audaciam compreſſit. Philip. 10. p. 469.
Quis ad propulſandum malum diligentior fuit? Philipp. 10. pag. 472.
Quorum res iudicatas irritas fecimus. Phil. 11. p. 481.
Pace bellum oppreſſi, qui tantum inteſtinum bellum ac domeſticum urbis incendium extinxi. Cic. in Cat. p. 551.
Has querelas hominum noſtrorum conſilio oppreſſimus. Ep. Qu. Frat. lib. . p. 578.
Opponere ſeſe hoſtibus. de Fin. lib. 2 p. 169.
Hoſtium vim ſeſe perverſurum putavit. de Divinat. libr. 2. pag. 258.

Adulandi. Aſſentandi. Blandiendi. Palpandi.

Schmeichelen / Heuchlen / Fuchsſchwentzen / Liebkoſen / Streychelen / Flattiren.

QVàm blandè mulieri palpabitur? Amphit. 1. 3. v. 9.
Amanti ſupparaſitor. Amph. 3. 4. v. 10.
Mihi obtrudere palpum non potes. Amph. 1. 3. v. 17.
Supparaſitabor patri. Amph. 1. 3. v. 17.
Timidam palpo percutit. Amph. 13. v. 9.
Vera volo loqui, te nolo aſſentari mihi. Amph. 2. 2. v. 119.
Cupio omnia quæ tu vis: Caſ. 2. 3. v. 26. *vide infra Tit.* Vovendi Gratificandi.
Id quod tu vis, id ajo, atque nego. Men. 2. v. 53.
Quaſi res mihi eſſet cum eâ, cæpi aſſentari: mulier quicquid dixerat, idem ego dicebam. Men. 3. 2. v. 18.

Aſſen-

Suppalpari alicui. Mil.2.1.v.28.
Palpo percutis. Merc.1.2.v.42.& v. 55. *Hoc ſis vide, vt palpatur!*
Vt ego ob tuam, ſimia, perſidiam te amo, & metuo, & magnifacio. Pſeud.4.1.v.34.
Peſſum me dediſti blandimentis tuis. Rud.2.6.v.22.
Ecquem tu in angiporto hoc hominem nouiſti? Te rogo. Pſeud.4.2.v.15. Formula adblandiendi.
Exora, blandire, expalpa. Pœn.1.2.v.44.
Verbis deleniri commodis. Stich. Arg.v.4.
Viris alienis ſubblandirier. Caſ.3.3.v.21.
Ita noſtro ordini palàm blandiuntur. Ciſt.1.1.v.36.
Non poſſum pati, quin tibi caput demulceam: ſcil. *propter rem tam bene geſtam.* Heaut.4.4.
Blandè dicere, benignè facere. Adelph.5.4.
O pater mi feſtiviſſime. Adelph.5.9.
Vt phaleratis dictis ducis me! Phorm.3.2.
Nemo illorum quiſquam ad te venit, quin ita paret ſeſe, abs te vt blanditijs ſuis quàm minimo pretio ſuam voluptatem expleat. Hecyr.1.1.
Vt unus hominum homo te vivat nunquàm quiſquam blandior. Hecyr.5.4.
Nam qui huic animum aſſentari induxeris, è flamma te petere cibum poſſe arbitror. Eunuch.3.2.
Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt: hos conſector: hiſce ego non paro me ut rideant,
Sed eis ultrò arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul:
Quidquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque:
Negat quis, nego: ait ajo,: poſtremò imperavi egomet mihi
Omnia aſſentari, is quaſtus nunc eſt multò uberrimus. Eunuch.2.2.
Quòd te iſti facilem & feſtivum putant,
Id non fieri ex vera vita, neq; adeò ex æquo & bono,
Sed ex aſſentando, indulgendo & largiendo. Adelph.5.9.
Ne id aſſentandi magis, quàm quod gratum habeam, facere exiſtimes. Adelph.2.4.v.6.
Duæ igitur ſunt res, quæ permulceant aures. Orat. ad Brut. pag. 672.
Vos aſſentationibus veniſtis. pro Syl.13.p.525.

Noli

Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. Ep. fam. lib. 12. p 371.

Ad voluntatem loqui. pro Quint. p. 34.

Sed ego nunc iiſdem verbis aſſentior cum quibus antea ſentiebam. Provinc. p. 66.

Hos delectat ſuſtentatio: hos fictus ad eorum voluntatem ſermo quum adhibetur, orationem illam &c. de Amicit. pag. 219.

Ita fit, ut is aſſentatoribus patefaciat aures ſuas maximè, qui ipſe ſibi aſſentetur, & ſe maximè ipſe delectet. de Amic. p. 228.

Suſtinenda eſt omnis aſſentatio. Acad. lib. 2. p. 36.

Auribus aliquid dare ad voluntatem, non ad veritatem. de Amic. p. 217.

Omnibus adulans. Piſ. p. 222.

Non adulari nos ſinamus πωθηκῶς. Off. lib. 1. p. 37.

Ne aſſentationibus patefaciamus aures. ibid.

Aliquem ſuam ſalutem vocare. in Verr. p. 547.

Qui blanditijs præſentium voluptatem delenti atq; corrupti. de Fin. lib. 1. p. 109.

Cuius blanditijs corrupti, quæ natura bona ſunt, quia dulcedine hac & ſcabie carent, non cernimus ſatis. de legib. l. 1. p. 312.

Nec eam minimis blandimentis corrupta deferret. Tuſc. libr. 5. 484.

Militesq; blando appellando ſermone deliniant. Off. l. 2. p. 83.

ADVLTERII. Coitûs. Concubinatûs. Concubitûs. Dedecoris. Ganei. Inceſtûs. Lenonum. Libidinum. Luſtrorum. Meretricum. Probri. Rei Venereæ. Stupri.

Vide etiam Phraſes Tit. Amoris. & Imprægnandi.

Hurerey / Ehebruch / Vnzucht / Brunſt / Huren / Beyſchlaffen / Beſchlaffen / Schwächen / Lüſtern / Hüren vnd buben / Hurenwinckell / Frech / Frechheit / Schwängern / Zuthun haben / Hurenjäger / Hurenweibel.

Suppalpari alicui. Mil.2.1.v.28.

Palpo percutis. Merc.1.2.v.42.& v. 55. *Hoc ſis vide, vt palpatur!*

Vt ego ob tuam, ſimia, perfidiam te amo, & metuo, & magnifacio. Pſeud.4.1.v.34.

Peſſum me dediſti blandimentis tuis. Rud.2.6.v.22.

Ecquem tu in angiporto hoc hominem nouiſti? Te rogo. Pſeud. 4. 2.v. 15. Formula adblandiendi.

Exora, blandire, expalpa. Pœn.1 2.v.44.

Verbis deleniri commodis. Stich. Arg.v.4.

Viris alienis ſubblandirier. Caſ.3.3.v 21.

Ita noſtro ordini palàm blandiuntur. Ciſt.1.1.v.36.

Non poſſum pati, quin tibi caput demulceam: ſcil. *propter rem tam bènè geſtam.* Heaut.4.4.

Blandè dicere, benignè facere. Adelph.5.4.

O pater mi feſtiviſſime. Adelph.5.9.

Vt phaleratis dictis ducis me! Phorm.3.2.

Nemo illorum quiſquam ad te venit, quin ita paret ſeſe, abs te vt blanditijs ſuis quàm minimo pretio ſuam voluptatem expleat. Hecyr.1.1.

Vt unus hominum homo te vivat nunquàm quiſquam blandior. Hecyr.5.4.

Nam qui huic animum aſſentari induxeris, è flamma te petere cibum poſſe arbitror. Eunuch.3.2.

Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt: hos conſector: hiſce ego non paro me ut rideant,
Sed eis ultrò arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul:
Quidquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque:
Negat quis, nego: ait ajo,: poſtremò imperavi egomet mihi
Omnia aſſentari, is quæſtus nunc eſt multò uberrimus. Eunuch.2.2.

Quòd te iſti facilem & feſtivum putant,
Id non fieri ex vera vita, neq; adeò ex æquo & bono,
Sed ex aſſentando, indulgendo & largiendo. Adelph.5.9.

Ne id aſſentandi magis, quàm quod gratum habeam, facere exiſtimes. Adelph.2.4.v.6.

Duæ igitur ſunt res, quæ permulceant aures. Orat.ad Brut. pag. 672.

Vos aſſentationibus veniſtis. pro Syl.13.p.525.

Noli

Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. Ep. fam. lib. 12. p 371.

Ad voluntatem loqui. pro Quint. p. 34.

Sed ego nunc iiſdem verbis aſſentior cum quibus antea ſentiebam. Provinc. p. 66.

Hos delectat ſuſtentatio: hos fictus ad eorum voluntatem ſermo quum adhibetur, orationem illam &c. de Amicit. pag. 219.

Ita fit, ut is aſſentatoribus patefaciat aures ſuas maximè, qui ipſe ſibi aſſentetur, & ſe maximè ipſe delectet. de Amic. p. 223.

Suſtinenda eſt omnis aſſentatio. Acad. lib. 2. p. 36.

Auribus aliquid dare ad voluntatem, non ad veritatem. de Amic. p. 217.

Omnibus adulans. Piſ. p. 222.

Non adulari nos ſinamus πιθηκικῶς. Off. lib. 1. p. 37.

Ne aſſentationibus patefaciamus aures. ibid.

Aliquem ſuam ſalutem vocare. in Verr. p. 547.

Qui blanditiis præſentium voluptatem delenti atq; corrupti. de Fin. lib. 1. p. 109.

Cuius blanditiis corrupti, quæ natura bona ſunt, quia dulcedine hac & ſcabie carent, non cernimus ſatis. de legib l. 1. p. 312.

Nec eam minimis blandimentis corrupta deferret. Tuſc. libr. 5. 484.

Militesq; blando appellando ſermone deliniant. Off. l. 2. p. 83.

ADVLTERII. Coitûs. Concubinatûs. Concubitûs. Dedecoris. Ganei. Inceſtûs. Lenonum. Libidinum. Luſtrorum. Meretricum. Probri. Rei Venereæ. Stupri.

Vide etiam Phraſes Tit. Amoris. & Imprægnandi.

Hurerey / Ehebruch / Vnzucht / Brunſt / Huren / Beyſchlaffen / Beſchlaffen / Schwächen / Lüſtern / Hüren vnd buben / Hurenwinckell / Frech / Frechheit / Schwängern / Zuthun haben / Hurenjäger / Hurenweibel.

C*Apere uxorem uſurariam.* Amph.Arg.v.3.
Vſuram eius vxoris capit ſibi. Amph. Prol. v. 108. Act.1.ſc. 2.v.36.
Cubare cum aliquâ Amph.Prol.v.112.132.
Voluptatem capere cum aliquâ. Amph. Prol.v.114.
Qui complexus cum Alcumenâ cubat amans. Amphitr. 1. 1. v. 134.
Tecum fui. Amph.2.2.v.18ↄ. *Modeſtè ſic loquitur* περὶ τῆς συνουσίας. Sic Mercat. 1.1 v.102. *Eâ nocte mecum, hoſpitis iuſſu fuit.*| Vide etiam Lex. Plaut. *Solere.*
Comprimere linguam obſcænam: de linguâ fellatrice. Amph.1.1. v.192 Rud.4.4. ver.30.31.
Hæc non ſcita eſt ſcorto conducto male. Amph.2.2.v.179.
Pudicitia huius vitium me hic abſente eſt additum. Amph. 2. 2. v.179.
Se dixit cum Alcumenâ clam conſuetum cubilibus. Amph. 5. 1. v. v.70.
Alcumenæ uſuram corporis capi: ex concubitu feci gravidam Amph.5.2.v.5.
Vxorem meam pudicitia impedivit, teneo theſaurum ſtupri, cui med' abſente corpus vulgavit ſuum. Amph. Sce. Quis tam. 2.13.
Suo animo morem gerit. Amph.Prol.v.31. Morem gerere *propriè Lenonis & meretricis eſt.* Donatus *ad Terent. Adelph.*
Rectè facit, animo quando obſequitur rurſus. Amph.3. v.4.12.
Numquid tu, quod te, aut genere tuo indignum ſit, facis, aut inceptas facinus facere, Phædrome? Du helſt dich nicht/ wie dir vnd deiner freundſchafft es wol anſtehet. Curc.1.1.v.24.
Eam vult facere meretricem. Curc.1.v.54.
In Tuſco ſunt homines, qui ipſi ſeſe venditant. h. e. adulteri. *Vide Philoſ Plaut. Tit.* Vrbis Romæ. Curc.4.1.v.42.
Qui vult cubare, pandit ſaltum ſuaviis. Cur.1.v.54.
Luſtris lacerant homines. **Sie verderben die jungen leuth in den hurenwinckelen.** Curc. 4.1.v. 22.
En unquam, cùm quiquam viro conſueviſti. Ciſt.1.1.v.89. De vocabulo *Conſueſcere.* Vide Lexicon Plaut. Salluſt. Catil. *Conſuetudo ſtupri* dixit. *vide etiam infra ex Terentio.*
Neque pudicitiam meam mihi alius quiſquam imminuit. Ciſt.1.1. v.90. Imminuuntur *puellæ, quando devirginantur. Virgines enim dicuntur integræ. Græcè:* διαπαρθενεύειν. *Hygin. Mythol.*

Medeam

Medeam noctu in antro devirginavit. *Laberius*: Depudicavit. Agell. lib. 16. c. 7. *Varro apud Auguſtin.* Virgini uxori zona ſolvitur. *Homer. Iliad.* λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην. *Vbi gloſſa:* ἀντὶ τοῦ διεπαρθένευσεν. *Plutarch.* ἔλυε τὴν ζώνην ὁ νυμφίος. *Theocr. Idyll.* 10. λῦσε μίτρην. *Et Muſæus verſ.* 270. *Vertitur vulgo:* Nodum virginitatis ſolvit. *Petronius dicit p.* 71. *Muliebris patientiæ legem accipere.* Et, *virum pati.*

Prius gravida facta eſt, priusquam peperit filium. **Iſt geſchwängert worden.** Ciſt. 2. 3. v. 73 *Vide Tit.* Impregnandi.

At pudicitiæ eius nunquam nec vim nec vitium attuli. Epid. 1. 2. v. 7.

Tun' is es, qui per voluptatem tuam in me ærumnam obſeviſti gravem? Epid. 4. 1. v. 30.

Tibi non erat meretricum aliarum Athenis ſatis, quibuſcum haberes rem, niſi cum illâ, quàm ego mandaſſem tibi? **Mitt einer zuthun haben** Bacch. 3. 6. v. 34. 35.

Ille cum illa, neq; cubat, neq; ambulat, neq; oſculatur, neq; illud quod dicis, ſolet. vide Lex. Plaut. Solere. *de re Venereâ.*

Novit herus me. Moſt. 4. 2. v. 13. Noſſe *venereum verbum*, & *nequam. vide etiam Lex. Plaut.* Noſcere.

Hodie ducam ſcortum. Men. 12. 1. 15.

Quam tu nunc mihi navim narras? Men. 2. 3. v. 51. Navis *in obſcenis. vide Lexicon Plaut.*

Mulier molitori nunquam ſupplicat, ſi qua eſt mala. Domi habet hortum, & condimenta ad omnes maleficas. Mil. 2. 2. v. 38. *Vide Lex. Plaut.* Hortus.

Eam des, quæ ſit quæſtuoſa, quæ alat corpus corpore. Mil. 2. 6. v. 189.

Ego cùm viro, & ille cùm muliere, niſi cùm illo, aut ille meam, Neuter ſtupri cauſâ caput limaret. Merc. 3. 1. v. 40. Limare caput, *eſt oſculari. Alij de συνουσιασμῷ interpretantur.*

Planè eductum eſſe in nutricatu Venerio: ſubagitare alienum ſcortum. Mil. 3. 1. v. 57. Merc. 1. 2. v. 90. 91. Caſ. 5. 4. v. 2.

Amiſi omnem libidinem. Mil. 4. 8. v. 50.

Scortum duxit clam uxorem ſuam. Merc. 4. 6. v. 3.

Scortum adduxerit ob oculos ſibi. Merc. 5. 2. v. 83. 84.

An unquam huius nupſiſti patri? Pſeud. 1. 3. v. 19.

Næ ego illud poſſum quod illi qui poſſunt, ſolent. Pſeud. 3. 1. v. 14. *vide Lex. Plaut.* Solere. *de re Venereâ.*

Si quis det cui manus gravior ſit. Pſeud. 3. 1. v. 19.

Tu ne etiam cubitare ſolitus in cunis puer? Pſeud. 47. v. 81. *Vide Lex. Plaut.* Solere, *&* Cunæ.

Mea quidem habeo hac omnia meo pecul:o empta. Pſeud. 4. 7. v. 91. Nempe *quod femina ſumma ſuſtinent.* Ibid. v. 93. *Omnia ſpurca ſunt ad ritum impium Ethnicorum. Ad eam rem dictum etiam in Phallicis:* Pulcrè penſilibus peculiari. *Petronius:* Prolatóque peculio ſtuprum rogare cæpit. *In vitâ Heliogabali leguntur homines* benè vaſati, *&* maioris peculij. *Nam &* Vaſa *ſic dicta Lampridio: & Plaut. Pœn. 4. 2. v. 41.* Refero vaſa ſalua. *Graci medici eam partem vocant σκεῦος:* Vas. *Dicebatur etiam* Res. *Arnob. lib. 5.* Artificij curas tùm rebus adhibuiſſe perituris: *h. e. genitalibus. Idem in verſione carminum Orphei:* Obiecitque oculis formatas inguinibus res. *Noſtri quoque homines honeſtè rem fœdam ſic circumloquuntur:* Ein Ding. *Vide Lex. Plaut* Res, *&* Vaſa.

Ob iſtam rem ego aliqui te peculiabo. Perſ. 2. 2. v. 10. Obſcena formula. *Vide Lex. Plaut litt. P.*

Iam nolo argentum, filiam utendam tuam mihi da. Perſ. 1. 3. v. 47.

Illa militia militatur multò magis quàm pondere. Perſ. 2. 2. v. 50. De militiâ Veneris dictum.

Ne ſis plora, libera eris, ac dudum ſi ſæpè cadas. Perſ. 2. 2. verſ. 50.

Ludos me facitis, intelligo. Perſ. 5. 2. verſ. 23. *Vide Lexic. Plautin. litt. L.*

Hunc eſſe quæſtum maximum meretricibus. Rud. Prol. verſ. 56. & 2. v. 57.

Nox ducitur. de συνουσίᾳ. Trin. 2. 1. v. 21. vide *Lexic. Plaut.* Nox.

Dare operam amica in lecto. Trin. 3. 2. v. 25.

Vt cum ſolo pergracetur milite. Truc. 1. 1. v. 68.

Vir inſontem probri Amphitruo accuſat. Amph. 3. 1. v. 9.

Ita me probri, ſtupri, dedecoris, à viro argutam. Amphitr. 3. 2. v. 2.

Non adepol faciam, neque me perpetiar probri falsò inſimulatam. Amph. 3. 2. v. 6.

Apud amicam munus adoleſcentuli fungare. De ſene. Aſin. 4. 2. v. 3.

Fundum alienum arat, incultu familiarem deſerit. Aſin. 5. 2. v. 23.

Αλλη-

Ἀλληγορικῶς **Ein frembden acker dingen/ Vnd ſein eigenen liegen laſſen.** *Soph.* Antig. *verſ.* 579. *ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων γύαι.* Arari & ſubigi poſſunt aliarum arva ſeu iugera. *Nihil frequentius apud Poetas quàm agriculturæ vocabula transferre ad res voluptatum. Vt* agri *&* fundi Curc 1.v.36. Truc. 2.6. Epid. 4.1. *Etiam* hortus *huc transfertur in carmine libero.*

Quod meus hortus habet, ſumas impunè licebit.
  Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.
   Martial.lib.7.Epig 107.
Milo domi non eſt: peregrè Milone profecto
  Arva vacant: uxor non minùs inde parit.
Cur ſit ager ſterilis, cur uxor lactitet, edam.
  Quo fodiatur ager non habet, uxor habet.

Exorari poterit, ut ſinat ſeſe alternas cum illo noctes has frui. Aſin. 5.2.v.84.

Neq; iam quo pacto velim herilis filiæ probrum. Aul. *1.* 1.37.

Ea certè eſt, quem in Epidauro memini pauperculam comprimere. Epid.4.1.v.13.

Planè is eſt, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam pepulit. Epid. 4.1.v.14.

Etiamnum ultrò tuis me prolectas probris? Bacch. 3.6.v.38.

Deorum odium atque hominum malum mali probriq; plenum. Rud. 2.2.v.13.

Ecaſtor iam biennium eſt, cùm mecum rem capit habere. Merc.3. 1.35.

Etiam cum uxore non cubet. Ibid.

Quid ais tu? quando illi apud me mecum caput & corpus copulas? Pœn.1.2.v.130.

Ille minùs minusq; impendiò me curat, minusq; me impartit honoribus. Aul.Prol.18.19.

Mulierem complexum contrectare te. Pœn. 3.3. 84.

Qui magni doloris vim per voluptatem tuam mihi condidiſti in corpus. Truc.2.6.38.

Quam gravidam reliqui meo compreſſu. Truc. 26. v.17.

Filiam meam quis integram ſtupraverit. Truc.4.3.v.47.

Glycerium vitiat Pamphilus. Andr.Arg.v. 2.

Gravidaq; facta dat fidem uxorem ſibi fore hanc. Andr. Arg. v.5.

Hæc Andria ſi re iſta uxor, ſi re amica eſt, gravida è Pamphilo eſt. Andr.1.2.v.11.

Introijt, vitiat virginem. Euuuch.5.2.v.10.

Quo cum uno habebam tum. Eunuch.1.2.v.39.

Certum eſt virginem eſſe vitiatam. Eunuch.4.4.v37.

Vitium virgini eſt oblatum ab improbo. Hecyr.3.3.v.23.

Facere inceſtum. de Inv.lib.1.

Omnes vigilias in ſtupris adulteriisq́; conſumpſit. in Verr.pag 482.

Noctu cum mulieribus iacet ebrius. in Verr.p.511.

Nox erat quâ prætor amoris turpiſſimi flamma, ac claſſis incendio conflagrabat. in Verr.p.525.

Tu ſororem tuam virginem eſſe non ſiviſti. pro Dom.p. 437.

Emerſus ſubitò ex diuturnis tenebris luſtrorum ac ſtuprorum: lenocinijs adulteriisq́; confectus eſt. Sect.11.

Ab eo ſorori & uxori tuæ ſtuprum oblatum eſſe comperiſti. Phil. 2. p. 376.

Convitium Piſoni mirificum facit. Ep. Attic.lib.1. p 1.

Nec tamen ille ipſe eſt prætereundus, qui ſat habuit coniugem illexiſſe in ſtuprum. Cic. de Nat.Deor.lib.3.p.143.

Hoc autem eò ſpectabat, ut Pythiam à Philippo corruptam diceret. de Div.lib.2.p.259.

Stupro arceri infamiæ metu. de leg.lib.1.p. 343.

Sextus Tarquinius vim Lucretiæ Triceptini filiæ attulit. de legib. lib.2.p.323.

Reginæ ſtuprum intulit. Off.lib.1.p.114.

Quamcunque in domum ſtuprum intulerunt. Paradox. 3. pag. 229.

At etiam cubat cuculus: ſurge amator, domum. Aſin. 5. 2. v.23.

Ano capite te cuculum uxor ex luſtris rapit. Aſinar. 5. 2.verſ. 184.

Comprimit adoleſcens Lemnius Sicyoniam. Ciſtel. Arg.v.

Iſq́; hic compreſſit virginem adoleſcens. Ciſt. 1.3.v.10.

Herus meus ita magnus mœchus eſt mulierum, ut neminem fuiſſe æquè, neque futurum credam. **Mein Herr iſt der gröſte buren jäger.** Mil.3.1.v.180.

Subagitare alienam uxorem. Mil.5.1.v.9.

Eum putet uxor illius obduxiſſe ſibi ſcortum. Merc. Argum. 7.

Coniunx

Coniunx illius vicini ſcortum inſimulat. Merc. Arg. 2. v. 11. 12.

Neque eam inceſtavit unquam. Pœn. 4. 2. v. 16.

Neque quicquam cum ea fecit etiamnum Pœn. Prol. v. 99.

Amphitruo cum uxore mœſtâ ex hoſtibus adveniens voluptatem cœpit. Amph. ſc. Tu me, &c. v. 10.

Quicum cubat. Amph. ſc. Tu me. v. 20.

Vt arbitror, corpus corpori incubat. Amph. ſc. Tu me. v. 2.

Vxorem uſurariam periculo eſt præbere, ac ſi agrum ſterilem fodendum loces. Amph. ſc. Tu me. v. 27.

Amphitruo uno cubiculo Alcumenam complexus tenet. Amph. Sc. Tu me. v. 37.

Pater unà, atque unà amicam ductet decrepitus ſenex. Aſin. 5. 2. 2 v. 13.

Is apud ſcortum corruptelæ eſt liberis, luſtris ſtudet. Aſin. 5. 2. v. 17.

Cenſen' tu illum hodie primùm aſſuetum eſſe ire in ganeum? Aſin. 5. v. 38.

Is ſcit adoleſcens quæ ſit, quam compreſſerit, ille illam neſcit, neq; compreſſam autumat. Aul. Prol. v. 30. & 36. *qui illam ſtupravit noctu.*

Bellum verò & pudicum proſtibulum populi. Aul. 24. v. 6.

Illam minorem in concubinatum vult ſibi emere miles. Pœn. prol. v. 103. 104.

Numquid tu huius nupſiſti patri? Pſeud. 1. 3. v. 79. *De* συνουσίᾳ *capiendum.* Vide *Lipſ. Antiq. Lect. lib. 2. cap. 9. & Lex. Plaut.* Nubere.

Conveniebátne in vaginam tuam machæra militis? Pſeud. 4. 7. v. 85. Obſceno, & nefaſto ſenſu hoc dicitur.

Cras mihi potandus eſt fructus fullonius. Pſeud. 3. 1. v. 15. In re obſcenâ. *vide Turn. lib. 7. cap. 10. & lib. 16. cap. 56. & Phil. Plaut.* Fullonum.

Si quis det cui manus gravior ſit. Pſeud. 3. 1. v. 17. *Vbi* Manus *notat id, quo viri ſumus, vide Lex. Plaut. Claudianus in Eutropium:* Quicquid amas, dabit ille manûs: cõmuniter omni fungitur officio. *Ibid. verſ. 367.* Hoc quoque conſiliis meruit Conſilium, *pro re turpiſſimâ. A Fullonibus tranſlatione ductâ.* *Seneca lib. 4. Controv. Proœm.* laſcivam manum in ſinum miſiſti.

Locum ſibi velle liberum præberier, ubi nequam faciat. Pœn. 3. 3. v. 43. *Seneca Epiſt. 123.* Vna felicitas eſt bonæ vitæ: facere,

eſſe, bibere, frui patrimonio,

Confracta, mi Trachalio, eſt hac nocte navis nobis. Rud. 2. 5. 2. 24. Navis *inter Venerea; ut conſtat ex illo Iulia.* Non tollo vectorem, niſi plenâ navi. *vide Lex. Plaut. & ſuprà ex Milite.*

Te ex conchâ natum eſſe autumant, cave tu harum conchas ſpernas. Rud. 3. 3. v. 42. Concha *inter verba nequitia. vide Lex. Plaut.*

Ne ſis plora, libera eris actutum ſi crebrò cades. Perſ. 4. 4. v. 105. *τὸ Cadere in obſcenis eſt. vide Lexic. Plaut. Propert. li. 1. El. 11,* Vt ſolet amoto labi cuſtode puella Perfida, communes nec meminiſſe Deos.

Ludos me facitis. Perſ. . 2. v. 2. . *In obſcenis quandoq; eſt hæc formula: Ludos facere, Illudere, ludibrio habere, ludificare: ut apud Græc.* ὑβρίζειν, ἐμπαίζειν, καταπαίζειν. *Suet. in Tib.* Fœminarum capitibus illudere ſolitus. *Tacitus*: Tradunt Neronem pueritiæ Britannici illuſiſſe. *Sic in lib. Iudic. cap. 19.* Adduxit ad eos concubinam ſuam, καὶ ἔγνωσαν αὐτήν, καὶ ἐνέπαιξαν αὐτῇ ὅλην τὴν νύκτα. *Sic Terent. Eunuch.* ſcelus poſtquam ludificatus eſt virginem. *Hecyra*: eam ludibrio haberi. *Vbi Donatus:* Honeſto verbo & pleno pudoris vſus eſt, & novè, pro vitiari: *Germani quoque dicunt*: **Er hatt ſie genarrett.**

Vt te arbitretur ſibi paratum mœchum, ſi illam duxerit. Andr 2. 1.

Vitiavit virginem. Eunuch. 4. 3. v. 12.

Nunc minatur, ſeſe id, quod mœchis ſolet: ſcil. facturum: nempè eum caſtraturum. Eunuch. 5. 5.

Conſueſcere: **mit einer zuthun haben.** *Cum ejus olim conſuevit matre in Lemno clanculum.* Phorm. 5. 6. Vide etiam ſupra ex Plaut.

Qui cum tot conſueſſet annos. Hecyr. 4. 1.

Vt conſuetum facilè amorem cerneres. Andr. 1. 1.

Vt neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor commoveat. Andr. 1. 5.

Hujuſce propter conſuetudinem hoſpita. Andr, 2. 6.

Dum exſpecto, quàm mox veniat, qui adimat hanc mihi conſuetudinem. Phorm. 1 3.

Nocte illa prima virginem non attigit. Hecyr. 1. 2.

Narrat, ut virgo à ſe integra etiam tum ſiet. ibid.

Num quidnam amplius tibi cùm illa fuit Charine? Andr. 2. 1.

Amicam

Amicam ut habeas propé iam in uxoris loco? Heaut.1.1.
Scelus ludificatus eſt virginem. Eunuch.4 3.
Virginem vitiare civem. Eunuch.5.2.
Cui miſera indignè per vim vitium obtulerat. Adelph 3.2.
Vitium eſt oblatum virgini olim ab neſcio quo improbo. Hecyr. 3. 3.
Vereor, ne me abſente mulier hic corrupta ſit. Heaut.2.1.v.2. Et 1. 2.v.33. Scortari nolunt.
Itâne tandem, quæſo, civem ubi abuſus ſis, mercedem dare lex jubet ei, atque amittere? Phorm 2. 2.
Cúm compreſſa eſt gnata, forma in tenebris noſci non quita eſt. Hecyr.4 1.
Virgo ex eo compreſſu gravida facta eſt. Adelph.3.5.
Ciuem Atticam pauperculam vitiarat Æſchinus. Adelph. Arg. ver.8.
Cui miſera indignè per vim vitium obtulerat. Adelph. 3. 3. verſ.10.
Virginem vitiaſti, quàm te ius non fuerat tangere. Adelph. 4. 5.v.52.
Animum rurſum ad meretricem induxti tuum. Hecyr. 4. 4 v.67.
Ea ſerviebat Lenoni impuriſſimo. Phorm.1.2.v.33.
Violentus mulierculam eam compreſſit. Phorm.5.9.v.28.
Quid ais? cùm virgine unà adoleſcens cubuerit, plus potus, illâ ſe abſtinere ut potuerit? virginem non attigit? Hecyr.1. 2. verſ.62.
Inſidias poſtquàm fecit, vim in loco attulit. ad Heren. lib. 2. p.11.
Maius eſſe maleficium ſtuprare ingenuam. ad Herenn. libr. 2. pag.50.
Matremfamilias conſtupraſſent. ad Herenn.lib.4.p.87.
Vitæ ſplendorem maculis aſpergis, facis adulteria. pro Planc. pag. 506.
Sunt qui dicunt, ſuas uxores à cœna rèdeuntes à Cœlio eſſe attrectatas. Cœl.p.98.
In qua domo materfamilias meretricio more vivit. Cœl.117.
In qua luſtra, libidines, luxuries, omniaq́ quæ inaudita vitia & flagitia verſantur. Cœl.117.
Tantæ tuæ libidines erunt, ut eas capere ac ſuſtinere is non poſſit. in Verr.p.188.

Ad nutum tuum præſto fuerunt niſi tibi libidini cupiditatiq; paruerit. Ibid.

Ad iſtius flagitioſas libidines ſingularumq; nequitiam eſt natus. in Verr. p.275.

Providendum diligenter, ne quod veſtigium libidinis in vitâ noſtra appareat. in Verr.p.305.

Sanguinis tantum relictum eſt, quantum libido tulit. in Verr.p. 328.

Iſte homo Venereus affluens omni lepore & venuſtate in Æde Veneris Cupidinem poſuit. Sic fortunis hominum abutitur ad nocturna vota cupiditatum ſuarum. in Verr.p.547.

Mater ita flagrare cœpit amentia, ſic inflammata ferri libidine, ut eam non pudor, non pudicitia, non pietas, non macula familiæ, non hominum fama, non filij dolor, non filiæ mœror à cupiditate revocaret pro Aul. Cluent.p.8.

Satiare libidines. de Aruſp. reſp.p.482.

Erant apud illum illecebræ libidinum multæ. Cœl.94.

Flagrabant apud illum vitia libidinum. Cœl.94.

Quis in voluptatibus inquinatur? Cœl.9.

Illud tempus ætatis aliorum libidine infectum eſt. Cœl.95.

Muliebrem libidinem comprimendam putet. Cœl.98.

Qui totam adoleſcentiam voluptatibus dederunt Cœl. 101.

Animus deditus eſt libidini, amori, & cupiditati. Cœl.110.

Cuius in domum iure ſuo libidines omnium commearent. Cœl. 106.

Qui pulvinaribus Bonæ Deæ ſtuprum intulit. ad At.254. b

Cupiditates adoleſcentiæ deferbuerunt. Cœl.108.

Salutem ſuam pro pignore ad explendas ſuas cupiditates tradiderunt. Provinc. 156.

Turpiſſimâ libidine eſt incenſus. Provinc. 166.

Ille effrenatas ſuas libidines cohibuit. Mil.251.

Poteſtate ſuâ occultat libidinem. Rab.269.

Semper eò tractus, quò libido rapuit, & levitas. Phil.6.430.

Doloris vacuitatem contemnere. de Finibus libr. 2. pag. 144.

In palude demerſus trophaeorum ſuorum recordatione levaret dolorem ſuum. de Finib. lib. 2. p. 172.

Eorum autem, qui dolorem in malis non habent. de Finib. lib. 3. pag. 197.

Vt à ſe dolores, morbos, debilitatem repellant. de Finib. lib. 4. p. 224.

Si quis quem levet cruciatu dolorum. de Finib. libr. 4. pag. 225.

Cùm ſibi cùm capitali adverſario dolore depugnandum videret. ibid.

Dicunt illi eſſe aſperum dolorem. de Finibus libr. 4. pag. 2.5.

Ferte viri, & duros animo tolerate labores. de Finib. libr. 2. p. 237.

An excruciemur dolore? de Finib. lib. 4. p. 243.

Dolore moveri. de Finib. l. 5. p. 26.

Multi in Exilio dolorem ſuum ſtudijs doctrina levarunt. de Finib. 5 p. 274.

Quem quidem ſummis cùm doloribus conficiatur. de Finib. lib. 5. p. 286.

Dolore omnia metiri. de Fin. lib. 5. p. 291.

Dolore omni liberari. ibid.

Dolor in maximis malis ducitur cùm ſuâ aſperitate, tùm quod natura interitus videtur ſequi. de Legib. libr. 1. pag. 305.

Susceptum dolorem modicè ferre debemus. Quæſt. Tuſc. lib. 1. p. 342.

Obſiſtere dolori. Qu. Tuſc. lib. 2. p. 358.

De doloris terrore deijcere aliquem. Quæſt. Tuſcul. libr. 2. pag. 352.

Effugere dolorem. Qu. Tuſc. l. 2. p. 353.

Summis premi doloribus. ibidem.

Dolorem eiſdem verbis afficere. ibid.

Dolore frangi. Qu. Tuſc. lib. 2. p. 354.

Tollere dolorem. Qu. Tuſc. l. 2. p. 359.

Dolorem patientiâ opprimere. Quæſt. Tuſcul. libr. 2. pag. 360.

Dolorum perpeſſionem faciliorem efficere. Quæſt. Tuſc. libr. 2. p. 361.

Omnem dolorem eſſe tolerabilem. Quæſt. Tuſcul. libr. 2. pag. 364.

Toleranter dolorem pati. ibidem.

Contemnere magnitudinem doloris. Quæſt. Tuſc libr. 2. pag. 365.

Doloris remedia quærere. Quæſt. Tuſculan. libro 2. pag. 366.

Si te fortè dolor aliquis perculerit. ibid.
Ferre dolorem. Qu. Tuſc. l. 2. p. 269.
Dolorem mitiorem facere. ibid.
Cùm verò nihil imminuat doloris. Quæſt. Tuſc. l. 2. p. 371.
Devitare dolorem. Qu. Tuſc. l. 2. p. 373.
Doloris ſtimulos contemnere. ibid.
Quàm maximum ei dolorem inurere videtur. Qu. Tuſc. lib. 3. pag. 384.
Ægritudine vacare. ibid.
In ægritudinem incidere. ibid.
Poſſumúsne contemnere dolorem? cùm ipſum Herculem tàm intoleranter dolere videamus. Qu. Tuſc. lib. 2. p. 356.
Ferre dolorem. ibid.
In quâ opinione illud inſit, ut ægritudinem ſuſcipere oporteat. Qu. Tuſc. lib. 4. p. 408.
Tollere ægritudinem funditùs, aut ſanare, aut detrahere quàm plurimúm, aut ſupprimere, nec pati manere longius, aut ad aliam traducere. Qu. Tuſc. l. 3. p. 409.
Dolore ad patiendum levato adjunximus ſedationem ægritudinis. Qu. Tuſc. l. 1. p. 448.
Qui ſe ægritudini dediderunt. Qu. Tuſc. lib. 4. p. 449.
Corporibus dolores intolerabiles adiungere. Quæſt. Tuſc. lib. 5. p. 451.
Sin illa res te cruciat, quæ magis amoris eſt, ut eorum, qui occiderunt, miſerias lugeam. Ep. ad Fam. l. 5. p. 139.
Omnibus his de cauſis debes hanc moleſtiam leviſſimè ferre. Ep. ad Fam. l. 5. p. 143.
Ærumnas perpeti. de Fin. l. 2. p. 178.
Ærumnam dictis allevare. Qu. Tuſc. l. 3. p. 406.
Miſeriam voluntariam ſuſcipere. Qu. Tuſc. l. 3. p. 390.
Intueri moleſtias. ibid.
Miſerias contemplari. ibid.
Subiectus miſeriis obtorpui. Qu. Tuſc. l. 3. p. 405
Miſeriarum incendia excitare. Qu. Tuſc. l. 4. p. 437.
Huic tota civitas cum lachrymis & gemitu proceſſerat obviam. Sest. 35.
Omnia plena luctûs, & mœroris fuerunt. Sest. 63.
Luctum & gemitum renovare voluiſti. Vat. 75.
Qui ex omnibus maximè Dionis mortem doluerunt. Cœl. 100.

Omnes

Omnes boni, abditi, & incluſi marent, templa gemunt, tecta ipſa urbis lugent. Piſ. 186.

Vidiſti mœrere Rempub. ampliſſimi ordinis luctu. Piſ.p.184.

Nullus Tyrannus eos, quos luctu afficit, lugere non ſinit, mœrorem relinque, & mœroris inſignia aufer. Piſ.148.

Magnum luctum in hac urbe à noſtris parentibus accepimus. Mil.220.

Mortem Clodij æquo animo nemo ferre poteſt, luget Senatus, mœret equeſter ordo, tota civitas confecta ſenio eſt, ſqualent mancipia, affligantur coloniæ. Mil.220.

Acerbiſſimo luctu redundaret hæc victoria. Ligar. 298.

Luctu huius aut honore veſtro, aut nullo ſolatio levari poteſt. Phil. 9.p.463.

Quis bonus non luget eius mortem? quis non dolet? Phil. 12. pag. 504.

Vtinam his omnibus abſtergere fletum noſtris ſententiis poſſemus. Phil.14.p.544.

Qua oratione mœrorem atq; luctum deponerent. Philipp. 14.p. 544.

Qui unâ voce omnium gemitur. Ep. Att.l.2.p.67.

Sumtum in ollos luctumq; minuunto. de leg.l.2.p.329.

Luctum alicui levare. Qu.Tuſc.l.3.p.393.

Luctum lacrymis finire diurnis. Qu.Tuſc.l.3.p.404.

Abijcere dolorem. ibidem.

Vixit in luctu, eodemq; etiam confecta contabuit. Qu. Tuſc. l. 3.p.408.

Luctum alicui detrahere. Qu.Tuſc.l.3.p.410.

Eorum, qui graviùs ferunt, luctus aliorum exemplis leniuntur. ibid.

Ægritudine affici. ibid.

Angorem alicui afferre. Qu.Tuſc.l.3.p.402.

Malum hoc integraſcit h. e. renovatur. Andr.4.2.v.5.

In luctu eſſe. Qu.Tuſc.l.3.p.403.

Ægritudinem repellere. Qu.Tuſc.l.3.p.405.

In maximos luctus incidit. Off.1. p.15.

Viribus ad luctandum valet. Off.1.p.43.

Nihil fingi poteſt mali, quo non urgear. Ep.ad Att.l.11.p.351.

Ob eam cauſam populum Romanum calamitatem maximam cœpiſſe. de Divin.l.1.p.168.

Quæ ſi falſa fuiſſet, nullã afferre cauſam potuiſſent calamitates. ib.

Is propagatione incredibiles hauſit calamitates. Tuſcul. libr. 1. p.330.

Vt amicis impendentes calamitates prædicat, quas illi effugere nullo modo poſſunt. de Divin.l.2.p.27.

Calamitates hominum indignorum ſublevare. Quæſt. Tuſcul. l.4.p.432.

Quam calamitatem accepiſſet in bello. Off. l.3.p.138.

Has literas incolentes circumfuſi erant caligine Tuſcul. lib. 1. p.313.

Tuæ libidines te torquent, tu dies noctesq; cruciaris. ibidem.

Moderatas perturbationes approbare. Quæſt. Tuſc. lib. 4. pag. 430.

Removere perturbationes. Quæſt. Tuſc. lib. 4. pag. 436.

Aliquâ perturbatione incitatus. Off.1.pag.12.

Nec perturbationi animi, nec fortunæ ſuccumbere. Off.1 p.27.

Ab omni animi perturbatione liber ſis. ibidem.

Sint tranquilli, atq; omni perturbatione animi careant. Off. 1. pag.52.

In omni vitâ rectiſſimè præcipitur, ut perturbationes fugiamus, hoc eſt, motus animi rationi non obtemperantes. Offic. 1. pag.54.

Theſeus in maximis fuit luctibus. Off.3.p.136.

Et tandem ſuſpicior iiſdem rebus te, quibus me ipſum interdum gravius commoveri. de Senect pag. 148.

Hunc in ſummas anguſtias adduxis. pro Quint.p.6.

Anguſtiis & moleſtiis implicatum eſſe. Tuſc. Quæſt. libr. 5. pag.451.

Neq; me angoribus dedi. Offic.lib.1.pag.65.

Adhibenda eſt vacuitas ab angoribus. Offic.1.pag.30.

Ægritudines oblivione leniuntur. Quæſt.Tuſcul.lib. 4. pag. 491.

Vacandum eſt omni animi perturbatione, tùm cupiditate, & metu, tùm etiam ægritudine. Offic.lib 1.pag.28.

Vehementer te eſſe ſolicitum, & in communibus miſeriis præcipuo quodam dolore angi, multi ad me quotidiè deferunt. Ep.ad fam lib.4.pag.92.

Reſarcire alicui damnum. Ep.Fam.lib.1.pag.22.

In alicuius mulierculæ animulâ ſi jactura facta ſit, tantopere commoveris? Ep.Fam.l.4.p.99.

Panſâ amiſſo, quantum Reſp. detrimenti acceperit, non te præte-

rit-

rit. Ep.Fam.lib.11.pag.328.

Fuit retinendi ordinis cauſâ facienda iactura. Ep.Att. lib. 2. pag.48.

Nequid Reſp.detrimenti acciperet. Ep.Att.lib.10.pag.316.

Negas præcipuum mihi incommodum impendere. Ep. Att. lib. 11. pag 335.

Si qua iactura facienda ſit in repræſentando. Ep. Att. lib.12.pag. 383.

Tu illam iacturam feres æquo animo. Epiſt. Att. libr. 13. pag. 406.

Omnibus meis exitio fuero. Ep.Quint.Frat.lib.1.pag.599.

Qui riſus claſſe devictâ magnam pop.Rom.cladem attulit. de Nat. Deor.lib.2.pag 55.

Etſi magnam iacturam cauſæ fecero. de Diuin.lib.2.pag.225.

Nemo mœret ſuo incommodo. Tuſc.Qu.l.5.p.484.

Contra officium eſt maius damnum anteponi minori. Offic. 1. pag. 15.

Quâ nulla pernicies maior hominum vitæ potuit afferri. Offic. 2. pag.67.

Non liceret ſui commodi cauſâ nocere alteri. Offic.3.pag.108.

Nocentibus reliquis partibus corporis. Offic. 3.pag.112.

Quavis iniuriâ exitium inimico machinari. ad Herenn.lib.2. p.16.

Qui Romam in exilium remiſit. de Orat.l.1. p.315.

In exilium pulſus eſt. de Orat.l.2.p.360.

Adferre interitum. Ep.Fam.l.6.p.180.

Interitum accipere. de Nat.Deor.lib.3.pag.119.

Exitium alicui parare. Quæſt. Tuſcul.lib.2.pag.361.

Vt eorum exitium, & iudicio viuorum & gaudio comprobetur. de Leg.lib.2.pag.318.

Quos leges exilio affici volunt. Parad.4.pag.232.

Summo cruciatu ſupplicioq́; Varrus homo importuniſſimus perijt. de Nat.Deor.lib.3.pag. 149.

Quos Dij immortales, ille dum omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat. de Fin.li. 2.pag.167.

Ibi omni cruciatu lacerarit. de pet.Conſ.pag.389.

Cruciatum ſubieris voluntarium. Offic.lib.3.pag.140.

Te miſeriæ, te ærumnæ premunt omnes. Parad.2.pag.227.

Ægrotandi

Ægrotandi. Febris. Imbecillitatis. Melancholiæ. Morbi. Pituitæ Podagræ. Valetudinis adverſæ. *Vide etiam* Valetudinis proſperæ.

Kranck / Siech / Schwach / Ubel zu paß ſein / den Schnuppē haben / Kranckheit zufügen / mit Kranckheit beladen ſein / Huſten / Kopfweh haben / Waſſerſüchtig ſein / Geſund ſein // Das podagra haben / Das Fieber haben / Auß der Kranckheit geneſen / In der Kranckeit gedultig ſein.

G*Ravedo profluit*. Aſin.4.1.v.51. *Catullus*: Hîc me gravedo frigida, & frequens tuſſis quaſſavit uſque.
Eum morbus invaſit gravis. Aſin.1.1.v.40.
Cui abiens affers morbum. Aſin.3.3.v.3.
Fortè ſi tuſſire occæpit, nec ſi tuſſiat, ut cuiquam linguam in tuſſiendo proſerat. Aſin.4.1.v.49.
Multos iſte morbus macerat. Capt.3.4.v.22.
Te igitur morbus agitat Hepaticus. Curc.2.1.v.24.
Si ecce derepentè tantus morbus incidit. Men.5.2.v.122.
Conjicitur ipſe in morbum ex ægritudine. Pœn. prol.v.69.
Mihi de vento caput condoluit. Truc.2.8.v.2.
Cubare in morbo. Caſ.prol.v.37.
Num eum veternus, aut aqua intercus tenet? Men. 5.4.v 3.
Iam ſi podagroſis pedibus eſſet Eutyches. Merc.3.4.v.8.
Hominem podagra impedit. Mrce.ſc. Syra. v.16.
Nec podagricus nec articularis eſt, quem rus ducūt pedes. Merc.ſc. Syra. v.17.
Valetudo decreſcit, accreſcit labor. Curc.2.1.v.3.
Cum benè proveniſti. Truc.2.4.v.33. & 2.6.v.35. Benè provenire eſt εὐτυχεῖν.
Morbo valui, ab animo æger fui. Epid.1.2.v.26.
Verbum unum cave de nuptiis, ne ad morbum hoc etiam. Andr. 1.5.
Pol me detinuit morbus, unde? aut qui? rogas? Senectus ipſa eſt morbus. Phorm.4.1.

Si fortè morbus amplior factus ſiet : ſo die Kranckheit hette zugenommen. Hecyr.3.1.v.50.

Aliquid comminiſcentur mali , morbus qui auctus ſit. ibid.

Malè metuo , ne Philomenæ magis morbus aggraveſcat : quod te, Æſculapi, & te Salus , ne quid ſit huius , oro. Hecyr. 3. 2. v.6.

Meliuſculè eſt. ibid.

Alio ſuſpicans morbo me viſuram affectam. Hecyr. 3.3.v.6.

Tuos eſſe illi mores, morbũ non magis quám ullam aliam rem arbitror. Hecyr.1.1.

Suſtenta imbecillitatem valetudinis. Epiſt. ad Fam.libr. 7. pag. 185.

Cùm obiurgarem, quòd parùm valetudini parceret, tùm ille nihil ſibi fuiſſe longius, quàm ut me videret. Epiſt. ad Fam. libr. 11. p.343.

Cùm valetudini tuæ diligenter conſulueris , tùm mi Tyro conſulito navigationi. Ep.ad Fam.lib. 16.p.494

Morbo opprimi. pro Aul.Cl.p.11.

Gravi morbo affici. pro A.Cl.p.16.

Infirmâ eſſe valetudine. pro Cluen. p.12.

Qui iam eſſet infirmâ valetudine. de leg.l. 2.p.320.

Terentia minùs bellè habuit. Ep.ad Fam.l.2 p.249.

Indulgere valetudini. Ep. ad Fam.l.16.p. 503.

Cùm arderet podagræ doloribus. de Fin.l.5.p.292.

Doloribus cruciari podagræ maximis. Qu. Tuſc.l.2.p.365.

Valetudinis vitio furere. de Divin.l.1.p.100.

Ex quibus rebus Reſpub. laborat , iis maximè mederi convenit. pro S.Roſc.44.a

Significant enim tuæ literæ, te prorſus laborare. Att. 100.a

Quod ſi omnes facerent, & Reſpub. ex illis, & ipſis ex invidiâ minus laborarent. pro S.R.43.b

Quibus incommodo valetudinis laborandum eſt. pro Muren. 135.a

Vtpote cùm ſine febri laboraſſem. Att.71.b

Nec verò quiſquam ſtultus non horum morborum aliquo laborat. de Fin.61.a

Cùm iam decimum diem graviter ex inteſtinis laborarem. Epiſt. 107.a

Coparius dixit te in lecto eſſe , quod ex pedibus laborares. Epiſt. 141.a

Ex

Ex renibus laborare. Tuſc.188.a

Cùm audiviſſet, eum graviter eſſe ægrum, quod vehementer eius artus laborarent. ibid.

Non ignoro, quantum ex deſiderio labores: ſed erunt omnia facilia, ſi valebis. Ep.260.a

Ea ſatis diu ex invidiâ laboravit. pro Clu.60.a

Aliquantò ex inſcitiâ leviùs laborarent. de In.62.b

Pop. Rom. qui quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſticâ crudelitate laborat. pro S.R.44.b

Nec externis hoſtib. magis quàm domeſticis laboramus. At.278.b

Si eſſet in iis fides, in quib. sũma eſſe debebat, nõ laboraremus. Ep.3.a

Laboratur vehementer. Ep.2.b

Non multum opera in eâ re velim ponas. Att.191.b

Cum valentioribus viribus non eſt certandum. Ep.135.a

Lictores valentiſſimi, & ad pulſandos verberandosq́; homines exercitatiſſimi. 1.V.264.b

Semel circumſeſſus lectis valentiſſimorum hominum viribus cecidi ſciens. in A.224.a

Statius quidam colonus homo valens. pro Clu.54.b

Robuſtus & valens, & audax ſatelles. con.Rul.83.a

Cùm homo imbecillus à valentiſſ. beſtia laniatur. Ep.95.a

Quanquam in Lyſia ſunt ſæpè lacerti, ſicut nihil fieri poſſit valentius. de Cla.170 a

Is ſemper infirmâ, atq; etiam ægrâ valetudine fuit. de Clar.180.b

Teſtis eſt huiusce Q. Mutij ianua & veſtibulum, quæ in eius infirmiſſimâ valetudine, affectâq; iã ætate maximâ quotidie frequẽtiâ civium, ac sũmorum hominũ ſplendore celebratur. de Or.101.a

Iſthinc ne te moveas tàm infirmâ valetudine. Ep.77.b

Erat illo tempore infirmâ valetudine Habitus. pro Clu.24.a

Me incommoda valetudo, è quâ iam emerſeram, tenebat iam duodecimum diem Brunduſij. Att. 71.b

Gravitate valetudinis rariùs ſcribere, & paululũ levari Ep.79.b

Cùm tibi quotidie poteſtas hominis fuiſſet admonendi, verbũ nullum facis: biennio iam confecto ferè appellas. pro Quint. 7.a

Dolabella procuratores fac, ut admoneantur: appellabis etiam Papiam. Ep.266.b

Tu modò iſtam imbecillitatẽ valetudinis tuæ tuere, ut facis. Ep.95.

Si te dolor aliquis corporis aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quò minùs ad ludos venires, &c. Ep.94.b

Superioris Africani filius propter infirmitatem valetudinis non potuit

ſimilis eſſe patri. de Off. 24. b

Valetudinem iſtam infirmã (ſi me amas) noli vexare. Ep. ad Tir.

Cum me vires deficere cepiſſent. Orat. l. 1. p. 3. 2.

Niſi ſemper infirmâ atq; etiam ægrâ valetudine fuiſſet. Bru p. 5. 71.

Ætate affectâ, viribus infirmis eſſe. in Ver. p. 470.

In morbum incidere. pro A. Cluent. p. 79.

Præpeditus morbo. pro C. Rabir. p. 159.

Vno genere belli afflicti ſunt. Piſ. 215.

Qui cũ eſſet infirmus ex gravi diuturnoq; morbo. Phil. 8 p. 447.

Vi morbi eſt oppreſſus. Phil. 9. p. 464.

Sulpitius difficillimo Reipublicæ tempore gravi periculoſoq; morbo affectus eſt. Phil. 9. p. 464.

Ex labore in febriculam incidit aſſiduam, & ſatis moleſtam. Ep. ad Fam. l. 10 p. 299.

In morbum incidit, ex quo nunc convaluit. Ep. ad Fam. l. 13. p. 415.

Mihi ſcriptum, & nunciatum eſt, te ſubitò in febrim incidiſſe. Ep. ad Fam. l. 14. p. 452.

Carere febri. Ep. ad Fam. l. 16. p. 501.

Tironem Patris ægrum reliqui: Itaque careo ægrè, quamquam videbatur ſe non graviter habere. Epiſt. ad Att. lib 7. p. 198 Eâdem formula utitur. l. 10. Ep Fam. *Fratrem meũ aſſiduis laboribus comeſſationibusq; confectum graviter ſe habere antea tibi ſcripſi.*

Inciderat in tam gravem morbum. Ep. ad Att. l. 15. p. 466.

Summum Medicum tantus improviſo morbus oppreſſerit. Ep. ad Att. l. 15. p. 462.

Hunc nec Æſculapius miſero diuturnoq; morbo intabeſcentem interemit. de Nat. Deor. l. 3. p. 150.

Nam & id ipſum vident, qui morbo ſunt gravi & mortifero affecti, inſtare mortem. de Divinat. l. . p. 187.

Medicus morbum ingraveſcentem providet. de Divin. l. 2. p. 217.

Vt in eo, qui mortifero morbo urgeatur, verũ ſit. de Fato. p. 280.

Graviſſimo morbo affectum eſſe. de Fin. l. 5. p. 288.

Aliquâ vi morbi impeditum eſſe. Qu. Tuſc. l. 1. p. 313.

Cùm ego me non bellè haberem. Ep. Att. l. 1. p. 148.

Videbatur ſe non graviter habere. Ep. Att. l. 7. p. 198.

Scripſeras te quodã valetudinis genere tentari. Ep. Att. l. 11. p. 358.

Se Cicero bellè habebit. Ep. Q. Frat. l. 3. p. 641. (p. 198.

Nã qui valetudinẽ æſtimatione aliquâ dignã videamus. de Fin. l. 3.

Habebat tamen rationem valetudinis. de Fin. l. 2. p. 154.

Ex morbo evadere. de Divin. l. 2. p. 216.

An

An Æſculapius, an Serapis poteſt præſcribere per ſomnium curationem valetudinis. de Divin.l.2.p.261.
Doloris vacuitatem adamare. de Fin.l.5.p.283.
Ex morbo convaleſcere. de Fato p.284.
Ergò ut optimâ quiſque valetudine affectus. Qu. Tuſc.4.l.p.448.
Morbi dolorem ferre. Qu. Tuſc.l.2.p.374.
Morbos toleranter atq; humanè ferre. ibidem.
Lamentari in morbo. Qu. Tuſc.l.2.p.374.
Animum ſanitate ſpoliare & morbis perturbare Q. Tuſ.l.4.p.422.
Morbum ab ægrotatione ſeiungere. Qu. Tuſc.l.4.p.425.
Imbecillitatẽ & fragilitatẽ alicuius extimeſcere. Qu. Tuſ.l 4.451.
Morbos inſanabiles adiungere corporibus. Quæſt. Tuſc. l. 4. p.457.
Et annis aliquot pòſt inciderit in eundem morbum. Offic. libr. 3. p.135.
Faciliùs in morbos incidunt adoleſcentes. de Senect.p.175.

Æmulandi. *Vide* Imitandi.

Æquitatis. Iuris. Iuſtitiæ. *Vide etiam ſup.* Accuſandi.

Gerechtigkeit / Billigkeit / Recht treiben / Recht abſprechen. Vom Rechten nicht abweichen / Das Recht beigen / Zwingen / Sein Recht fahren laſſen / Rechtkündig ſein / Vor Recht ein patron ſuchen / Das Recht vmbſtoſſen / Recht handlen.

IVs ignorare. Amph.prol.v.37.
Quod bono fiat modo. Merc. 5.4.v.61.
Ius in illo ſuum retinuit. Mil.256.
Ego meum ius perſequar. Adelph.2.1.v.9.
Si nunc de tuo iure paululum conceſſiſſes. Adelph. 2.2.v.9.
Huic reddas ſuum, ut alamus noſtrum. Hecyr.2.2.v.42.
Ius aufertur huic. pro Qu.p.31.
Ius eripere alicui. pro Qu.p.32.

Teſtis

Teſtis in bello religionum, & conſuetudinis iura retinet. in Verr. p. 71.

Ab æquitate, lege, inſtitutis non recedere, in Verrem pag. 332.

Ius ſuum recuperare. in Verr. p. 561.

Quod eſt ius civile, quod neque inflecti gratiâ, neq; perfringi potentiâ, neq; adulterari pecuniâ poteſt. pro Cæcin. p. 615.

De iure civitatis nihil potuit deperdere. pro Cæcin. p. 627.

Suum ius deſerere. ibid.

Iura tenere. in Luc. Catil. p. 176.

Ad iuris ſtudium devenire. pro Luc. Mur. p. 232.

Hac tua iuſtitia floret quotidie magis. Merc. 285.

In hac civitate intelligentiam iuris habuerunt. Philipp. 4. p. 462.

Iuris civilis rationem nunquam ab æquitate ſeiunxit. pro Cæcin. p. 617.

Æquitatem tuam non potui non probare. Ep. Fam. l. 1. p. 31.

Ad omnia accipe, & cognoſce æquitatem expoſtulationis tuæ. Ep. Fam. l. 3 p. 69.

Probabo, modò iſtâ ſis æquitate. de Fin. lib. 1. p. 107.

Etenim omnes viri boni ipſam æquitatem, & ius amant. de leg. l. 1. p. 112.

Per edictum de ſuo iure diſcedere. Ep. Fam. lib. 11. p. 313.

Ius ſine ſummâ ignominiâ perſequi. Ep. Att. l. 16. p. 510.

Iuris tenere æquabilem rationem. Epiſt. Quint. Fratr. libr. 1. p. 580.

Ius & libertatem tenere. Qu. Tuſc. lib. 2. p. 374.

Iuſtitia multis vitæ commodis, & voluptatibus anteponebatur. Acad. Qu. lib. 1. p. 86.

Nec verò eos, qui ſi maximè præfuerunt, univerſi iuris expertes fuiſſe exiſtimo. de legib. l. 1. p. 298.

Ex intimâ penitùs philoſophiâ hauriendam iuris diſciplinam putas. de legib. l. 1. p. 299.

A primo tempore ætatis iuri ſtudere tenemini. de legib. l. 1. pag. 299

Complectenda in hac diſputatione tota cauſa univerſi iuris eſt. ibid.

Vis ne, iuris ortum an fontem repetamus? de Legib. lib. 1. p. 300.

Quod ſi populorum iuſſis, ſi principum decretis, ſi ſententijs iudicum, iura conſtituerentur. de leg. l. 1. p. 310.

Is iuris civilis cuſtos eſto. de legib.l.3.p.351.
Militiæ ſummum ius habento. ibid.
Æquitatem quicunq; regat, habeto pari iure cum eo, qui eſt iuris diſceptator. de leg.lib.3. p.352.
Tribunis, quos ſibi plebs rogaſſet, ius eſto cum patribus agendi. ibid.
Iuſtitiam colere. Off.1.p.5.
Dum alterum iuſtitiæ genus aſſequuntur, in ferendâ, ne cui noceant, iniuriâ, in alterum incidunt. Off.1.p. 13.
Conventus ille Capuæ me unum patronum adoptavit. pro Seſt. 4.b
Ego autem quem potiùs adoptem, aut invocem, quàm illum, quo defendente vincere didici? Ep.65.b
Atqui illum quinq; & triginta tribus patronum adoptarunt. l.A. 207.b
Adoptare ſibi aliquem defenſorem ſui iuris, & ultorem iniuriarum, & actorem totius cauſſæ. in V.65.a & 65.a
Omnia divina atque humana iura pervertit. ibid.
Meminerimus, & adverſus infimos iuſtitiam eſſe ſervandam. Off. 1. p. 8.
Iuſtitia vacat. Off.1.p.26.
Iuſtitiæ fungatur officijs. Off.2.p.81.

Ærarij.

Schatz/Schatzkammer/Vorrath.

E*Xhauſiſti ærarium.* Piſ.p.193.& pro Seſt.52. in Vatin.75.*Vide etiam Tit.* Abliguriendi. Dilapidandi. &c.

Æris alieni. Debiti. Rationum.

Schuld/Schuldig ſein/Rechnung halten/Schuldmachen/Schuld abdrucken/Bezahlen/Schuld einfodern/Mit ſchulden beladen ſein/Von ſchulden gedruckt werden/In ſchulden gerahten.

I*Am pro vinis ſatisfecit?* L1. *Feciſſe ſatis, opinor.* LE. *Sic dedero: prius quæ credidi, vix anno poſt exegi. Nunc ſatapit: ſcribit numos.* Aſin.2.4.v.31.33.
Repromittam iſto tibi nomine ſolutam rem futurã. Aſin 2.4.v.48.

Erat

Erat ei de ratiunculâ iampridem apud me reliquum pauxillum nummorum: id ut confeceram. Phorm. *1. 1.*

Mihi opus erat aliquantulum quæ afferret, qui confeci diſſolverem, quæ debeo. Phorm. 4. 3.

Quid ſi animam debet? ibid.

Vorſuram ſolvere: Eine alte Schuld mit einer newen bezahlen. Phorm. 5. 2.

Homo ſtultiſſime & amentiſſime tabulas cùm conficeres, & ſcũ extraordinariâ pecuniâ crimẽ ſubterfugere velles, ſatis te elapſurũ omni ſuſpicione arbitrabare, ſi, quibus pecuniam credebas, ijs expenſum non ferres, neq; in tuas tabulas ullum nomen referres, cùm tibi nominibus acceptum Curtij referrent? quin proderat tibi te expenſum illis non tuliſſe? in Ver.

Cúm æris alieni aliquantum eſſet relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret, pro Qu 3. a & 97. a

Moritur C. Quintius, qui tibi ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit. pro Q. 6. b

Nam aut bono nomine centeſimis contentus erat, aut non bonò quaternas centeſimas ſperabat. At. 83. b

Non refert parva nomina in codicem, imò omneis ſummas. pro Q. R. 45. b

Leve & tenue hoc nomen HS. CCCLIII. ſunt: Ibidem.

Ego ſum aſſecutus, ut bonum nomen exiſtimer. Ep. 63. b

Neq; id (Nomen) erat ſeſtertiis XXX. Ep. 75. b

Etſi nomina iam facta ſunt, vel induci, vel mutari poſſunt. Att. 228. a

Caninius nomina facit, negotium conficit. Off. 63. b

Vtrum igitur me conturbare oportet, an cæteris, cum cuiuſq; dies venerit, hoc nomen, quod urget, nunc cum petitur, diſſolvere. pro Planc. 173. b

Quæ in nominibus fuerunt, legata ſunt. Multum enim differt, in arcâne poſitũ ſit argentum, an in tabulis debeatur. Top. 222. a

Pecuniam alicui eſſe in nominibus, & numeratam non habere. in V. 238. a

Exigere nomina ſua. in V. 81. a

Admonitus huius æris alieni, nolui deeſſe ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. Top. 221. a

Quorum æs alienum, contractum in popinam (al. popina.*) nullum Reipub. metum afferre poterat,* in Cat. 105. a

Quos viros? quanto ære alieno? (alij addunt *obſtrictos,* alij *oppreſſos*) *quàm valentes?* ibid.

Æs alienum eiuſdem diſſolutum eſt. pro Sylla. 177. b

Cuius æs alienum videmus non libidine, ſed negotij gerendi

ſtudio eſſe contractum. pro Syl.178.a
Æs alienum filij diſſolvere. in Att.169.a
Maximum æs alienum ampliſſimorum virorum. E. 96. b
Quinto delegabo, ſi quid æri meo alieno ſuperabit, & emtionibus, ex quibus mihi etiam æs alienum faciendum puto. At. 220.a
Quæ res egeſtati & æri alieno tuo, præter mortem Cæſaris, ſubvenire potuiſſet? in At.177.b
Omnia iura pretio exæquat. in Ver.p.174.
In ære alieno, & multis nummis eſſe. in Verr.p. 416.
Metuiſti, ne æs alienum tibi creſceret. in Verr.p. 424.
Ære dirimi. in Verr.p.500.
Premuntur ære alieno. in Cat.p.187.
In æs alienum incidere. ibid.
Sumptibus in veteri ære alieno vacillant. in Cat.p.188.
Qui ære alieno premuntur. Epiſt.ad Att.l.7.p.203.
Video nullum æs alienum contrahi civitatibus. Ep.ad Qu. Fr. l. 1. p.177.
Æs alienum cogere. Stich.1.1.v.49.
Pro alieno ſe ære devovit emptori. Phil.11.482.
Incidit ille in æs. Phil.1.p.329.
Tullius ſe, quæ velit ipſe, xxx. pondo ei debere dicit. ad Herenn. l. 1.p.14.
Æris alieni aliquantum eſt relictum. pro Quint.p.5.
Tibi certis nominibus grandem pecuniam debuit. pro Quint. p.12.
Alexandrino grandem iam antea pecuniam credidit. Rab. 266.
Ad illam magnificentiam apparatus comitatumq; regium, ſuppeditata eſt pecunia à Poſthumo. Rab.267.
Nunc ſcito, me tantum habere æris alieni, ut cupiam coniurare, ſi quis me recipiat Ep.fam.lib.5.p.123.
Tantum abeſt, ut rei meæ familiaris liberum ſit quicquam, ut meos iam omnes amicos ære alieno obſtrinxerim. Epiſt. fam.11. pag.330.
Mehercule ſic ſemper in animo habui, te in meo ære eſſe propter Lamiæ noſtri coniunctionem & ſingularem neceſſitudinem. Epiſt. Fam.l.13.p.432.
Quibus in oppidis cùm magni conventus fuiſſent, multas civitates acerbiſſimis tributis & graviſſimis uſuris, & falſo ære alieno liberavi. Ep. Fam.l.15.p.466.
Tuſculanum atq; Pompeianum me valdè delectant, niſi quod me illum

illum ipſum vindicem æris alieni, ære non Corinthio, ſed circumforaneo, obruerunt. Ep. Att. l 2. p 49.
Vt totum nomen Scaptio vellent ſolvere. Ep. Att. l. 6. p. 181.
Solvendo non erat. Ep. Att. l. 15. p. 402.

Ærumnæ. *Vide* Ægritudinis.

Æſtimandi, Pretij. Comparandi.

Achten/ Schetzen/ Hoch/ gering/ halten.

V*Nicè unum plurimi pendit.* Bacch. 2. 2. v. 29.
Neq; quemquam flocci æſtimat. Moſt. 1. 1. v. 73.
Minoris pendo tergum illorum, quàm meum. Moſtell. 4. 1. verſ. 27.
Minoris iam omnia facio. Moſt. 5 2. v. 25.
Niſi quidem vos veſtra crura aut latera nihil penditis, cave quiſquam, quod illic minitetur: veſtrûm flocci fecerit. Men. 5. 7. ver. 34.
Aurichalco contrà non carum fuit meum mendaciũ. Pſe. 2. 3. v. 22. *Elegantiſſima formula in comparationib. & æſtimationibus uſurpata. Vide Lex. Plaut.* Contra. *ubi loca παράλληλα. Sic antiquus Poeta Trabeas.* Here, ſi querelis, ejulatu, fletibus, Medicina fieret miſeris mortalium, Auro parandæ lacrimæ contrà forent. Nunc hæc ad minuenda mala non magis valent, quàm næniæ præficæ ad evcitandos mortuos, res turbidæ conſilium, non fletum expetunt. *Varro:* Vbi poma vænceunt contra auro.
Iudica, fac pretium. Perſ. 4. 437.
Habe tibi centum minis. Perſ. 4. 4. 11.
Vnà habere cum aliquo: eſt, eſſe parem alteri. Trin. 1. 2. v. 166. *vide Tit.* Morum.
Iam mihi auro contrà conſtat filius. Truc. 2. 4. v. 57.
Etiamnum vili pendit me? Truc. 2. 6. v. 58.
Videtur eſſe quantivis pretij. And. 5. 2. v. 15,
Nunquam te aliter, atq; es, induxi. Adelph. 4. 3. v. 6.
Ædepol næ eſſe meam herus operam deputat parvi pretij, qui ob

rem nullam miſit. Hecyr. 5.3. v.1.2.

Tu illum unquam oſtendiſti, quanti penderes. Heaut.1.1.

Cui percara eſt Phædria. iſtæc verè vilis eſt. Phor.3.3.

Quid agas? niſi ut te redimat captum, quàm queas, minimo: ſi nequeas paullulo, at quanti queas. Eunuch. 1.1.

Tantidem emptam poſtulat ſibi tradier. Adelph.2.1.

Nunquam avarè ſtatui pretium arti meæ Hecyr. Prol. v. 49. & Heaut. Prol.

Agrum in his regionibus meliorem, neq; precij maioris nemo habet. Heaut.1.1.v. 12.

Omnes te in lautâ & benè auctâ parte putant. Heaut. 4. 5. v. 50.

Levia ſunt, quæ hæc tu pergravia eſſe in animum induxti tuum. Heaut. 1.1.v.11.

Non hoc de nihilo eſt. Hecyr. 5.1.v.1.

Meam operam deputat parvi pretij. Hecyr.5.3.v.1.

Quod ſi veſtem, & cæterum ornatum muliebrem pretij maioris habeat. de Inv.l.1.p.168.

Qui id parvi audita æſtimet. de Inv.l.1.p.184.

Remiſſior eius fuit æſtimatio. in Verr.p.405.

Non & litibus æſtimatis tuis pecuniam domum, ſed & tuâ calamitate cineri atq; oſſibus filij ſolatium vult aliquod reportare. in Verr.p.541.

Momento ſuo rem ponderare. pro Font.p 574.

Quos duarum ætatum plurimi facio. Ep. ad Fam.l.3.p. 64.

Plurimi fieri ab aliquo. Ep.ad Fam.l.3.p.69.

Quem ego pluris facerem, quàm me ipſum. Epiſt. Attic. libr. 3. p. 88.

Tanti æſtimet æquitatem. Acad.l. 1.p. 16.

Quanta libertas iſta æſtimanda eſt. Acad.l.2.p.62.

Quod tanti Tib. Gracchum feciſſet. de Amic.p.198.

Ponere aliquid in minimis Ep.54.b

Ponere mortem in malis. de Fin.96.a

Ponere multum in aliquâ re, id eſt, magni æſtimare. Ac.23.a

Tantum ego in excellente oratore pono eſſe ornamenti univerſæ civitati. de Or.116.a

Credibile non eſt, quantum in prudentiâ tuâ & fide ponam. Att. 38.a

Quos aliquo video in numero oratorum eſſe. de Cla.174.a

Eſſe in aliquo numero. Or.217.a

Eſſe

Eſſe aliquo numero Ep.17.b
Eſſe in nullo numero. Or.162.b
Qui nullo in numero oratorum fuit. de Clar.175.a
Cum is tibi parentis numero fuiſſet in V. 64.b
Qui eum ſecum habuerit, eo præſertim numero & loco. in Verr. 135.b
Quidam in oratorum numerum venire poſſunt. de Or.94.b
Is in aliquem patronorum numerum pervenerat. de Clar.187.a
Is aliquem numerum obtinebat. de Cla. 180.a
Errantes ſtellæ numerum deorum obtinent. de N. 69.b
Pretium conficere. pro Qu.p 17.
Pretium rei exquirere. in Verr.p.336.
In quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putant. Off. pag.78.
Sed etiam ad opes & potentiam valet plurimùm. Offic. libr. 2. p. 73.

Ætatis. Pueritiæ. Senectutis.

Alter / Jugend / Kindheit / Gutt alter / Böß alter / Hoch alter erleben / Grawhaar haben / Jung werden.

E*St grandior natu: media eſt mulieris ætas.* Aul. 2.v.37.
Scio ætatem eſſe grandem. Aul.2.1.v. 37.
Tu uſque à puero ſervitutem ſerviſti. Capt.3.4.v.15.
Adoleuit ad ætatem, uti viris placere poſſet. Capt. prolog. verſ. 47.
Vt te dignam, mala, malam ætatem exigas. Aul. 1.1.v.4.
Nam per urbem duo deflocçati ſenes quæritant me. Epid. 1.1. verſ. 10. *h. e. calvi, ſumtâ metaphorâ à veſtibus, quæ ſuos villos amiſerunt, quæ & decotes ſive decutes dicebantur.* Davon die flocken ſein abgefallen.
Qui pol me, ubi hoc caput colorem commutavit, & reliquit. Moſt. 1.3.v 44.
Sapere iſthac ætate oportet, capite candido. Moſt. 9.2.
Vt ætas mala, malus amor. Men.5 26.
Aiunt ſolere eum rurſus repueraſcere. Merc.2.2.v.25.

Iam plenus ætate, animaq́; fatidâ. Merc.3.3.v.13.

Principiò atque annis ephebis ætate exij,
Atque animus ſtudio amotus puerili eſt meus. Merc. Prol. v. 40. Sic enim ibi ex Mss. veſtigijs expreſſimus in Editione noſtrâ. Probent alij ſuum naſturtium, mihi hoc allium placet.

Seſe extemplò ex ephebis poſtquam exceſſerit. Merc. Prolog. verſ. 62.

Servum unâ mittit, qui olim à parvulo puero mihi pædagogus fuit. Merc. Prol. v. 90.

Nam equidem haud ſum natus annos præter quinquaginta & quatuor. Jch bin nur 54 jahr alt. Mil. 2. 6. v. 34.

Tempori hanc vigilare oportet formulam atq; ætatulam. Ne ubi capillus verſipellis fuat, fœdè ſemper ſervias. Perſ.2.2. v.47.

Poſtquam pueri ſeptuennes ſunt. Merc. Prol. v. 24.

Quid agis tu hic? A M. *Ætatem haud malam malè.* Rud.2.3.v.7.
Ætas mala, *de ſenectute. vide Lex. Plaut.*

Plus annis triginta natus ſum. Men.3. 1.v.1.

Quot eras annos natus, cùm te pater à patriâ avehit? Men. 5. 9. v.56.

Ætatem haud malam ago. Rud.2. 3.v.7.

Qui ætatem agitis cum pietate & fide. Rud Prol.v.29.

Suæ ſenectuti is acriorem hyemem parat. Trin.2.3. v.7.

Ætatem agere caſtè ſuam. Trin.2.4.v.7.

Adoleſcens cùm ſis, tùm cùm eſt ſanguis integer. Merc. 3. 2.v.7.

Iam exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo. Bacch. 1.2.v. 40.

Triduo non intereſt ætatis, uter maior ſiet, verùm ingenium plùs triginta annis majus eſt, quàm alteri. Bacch. 2. 3. v.57.58.

Quid mihi opus eſt decurſo ætatis ſpacio? Stich.1.2.v.14.

Mihi quidem ætas facta eſt fermè. Trin.2.2.v.38.

Senectus ipſa eſt morbus. Phorm.4.1.v.9.

Te emi à parvulo. And.1.1.v.8.

Excedere ex Ephebis. Die Kinderſchuch außziehen. Andr. 1. 1. v. 24.

Sperabam illum iam deferbuiſſe adoleſcentiam. Adelph. 1.2. v.72.

Iſthæc mihi ætas eſt. Hecyr.1. 1. v.18.

Ætatis tempus tulit: perfuncta ſatis ſum. Hecyr.4.2.v.18.

Longinquitas ætatis obſtat. ibid.

Eâ iam ætate ſum, ut ne ſiet peccato ignoſci æquum. Hecyr. 5.1.v.1.

Tua

Tua præterierat iam ad ducendum ætas. Phorm. 2. 3. v. 76.

Reſpice tuam ætatem. Phorm. 2. 3. v. 87.

Simul autem non manebat ætas virginis in meam negligentiam. Phorm, 4. 1. v. 1.

In bonis diſciplinis per omnem pueritiam educatum eſſe. ad Heren. l. 1. p. 59.

Poſtquam exceſſit ex Ephebis Soſia. de Invent. l. 1. p. 153. & de Orat. lib. 1. p. 439.

Repetam non ab incunabulis noſtræ veteris pueriliſq; doctrinæ quendam ordinem præceptorum de Orat. lib 1. p. 275.

Ego ab ineunte ætate incenſus ſum ſtudio utriuſq; veſtrûm. de Orat. lib. 1. p. 321.

Mihi hoc ſubſidium inde uſq; ab adoleſcentiâ comparaui. de Or. lib. 1. p. 321.

Omnem teramus in his diſcendis rebus ætatem. de Orat. lib. 3. p. 488.

Cùm tibi ætas noſtra iam cederet. Brut. p. 526.

Totidem annis mihi præſtaret ætate. Brut. p. 565.

Vixit ad ſummam ſenectutem. Brut. p. 571.

Annos natus homo magis quadraginta. pro Sext. Roſc. pag. 49.

Satis ætatis atq; roboris habet. pro Sex. Roſc. p. 88.

Ad puerorum incunabula pertinet. pro Sex. Roſc. p. 90.

Cùm annos ad quinquaginta natus eſſet. pro Aul. Cluent. pag. 50.

Ætate iam confectum eſſe. in Catil pag. 187.

Illud tenebricoſum tẽpus ætatis ineuntis tuæ patiar latere. Vat. 77.

Qui prima illa initia ætatis integra, atq; inviolata præſtitiſſet. pro Cæl. p. 94.

Summâ ſenectute confectus eſt. Piſ. 214.

Ætas iam à diurnis laboribus devexa ad oſtium. Ep. Att. lib. 9. p. 285.

Arbitror malle te quietam ſenectutem, & honorificam agere. Ep. Att. l. 14 p. 447.

Zeno cum Arceſilam anteiret ætate. Acad. Qu. l. 1. p. 90. & Tuſc. l. 1. p. 296.

Vltimum ætatis tempus expectare. de Fin. l. 2. p. 165.

Tranquillitate degere omnem ætatem ſine dolore. de Fin. l. 2. pag. 213.

Quo ſtudio Ariſtophanem putatis ætatem in literis duxiſſe? de Fin. lib. 5. p. 276.

Quod ſi eſſent eo animo, ut nollent ætatem militibus conterere. de leg. l. 2. p. 320.

Ætas volat. Quæſt. Tuſc. l. 1. p. 334.

Provectâ ætate mori. ibid.

Extremum ætatis tempus contaminare. Quæſt. Tuſc. libr. 5. p. 472.

Quæ degendæ ætatis ratio deligenda. Quæſt. Tuſc. libr. 5. pag. 47?.

Ex pueris excedere. pro Arch. p. 346.

Adoleſcentiam in forenſi operâ conſumſerat. Acad. Quæſt. libr. 2. p. 3.

Qui non oderit libidinoſam, & protervam adoleſcentiam. de Fin. l. 5. p. 2?8.

Athenis iam affectum ſenectute multos dies auditum eſſe ſciebat. de Orat. lib. 2 p. 472.

Magiſter hic ſummâ iam ſenectute eſt. de Orat. libr. 3. pag. 477.

Actâ ætate decurſaq; attulit pro Qu. p. 36.

Exegit ætatem. in Verr. p. 494.

O meam calamitoſam & præcipitem ſenectutem! ô turpem exactâ dementiâq; ætate canitiem! Epiſt p. 542.

Quia à ſpe gerendi abſunt confecti ſenectute. de Finibus libr. 5. p. 214.

Nec inhumani tolerabilem agunt ſenectutem. de Senectut. pag. 155.

Si octuageſimum annum agerent. de Senect. 78. b

Agere unum diem benè, vel malè ex præceptis ſapientum. Tuſc. 229. a

Quibus facilimè rationibus ingraveſcentem ferre poſſimus. ibidem.

Quartum annum ago & octogeſimum. de Senectut. pag. 160.

Nónne melius multò fuiſſet otioſam ætatem, & quietam, ſine ullo labore aut contentione traducere? de Senect. p. 181.

In eâ tamen gente primam ij, qui ſapientes habentur nudi ætatem agunt. Qu. Tuſc. l. 5. p. 480.

Ætates in peregrinatione conſumere. Quæſt. Tuſcul. pag. 491.

Iſtâ

Iſtâ ferè ætate ſi eſſemus, quâ es tu nunc Offic. libr. 2. pag. 100.

Omne tempus ætatis ſine moleſtiâ degere. de Senect. p. 149.

Si octingenteſimum annum agerent, non octogeſimum. de Senect. p. 150.

Æternitatis, *Vide* Temporis.

Affabilitatis. Salutandi.

Begrüſſen / Anſprechen / Freundlich / Holdſehlig erzeigen / Gruß vermelden / entbieten.

Expectatum eum ſalutat magis haud quiſquam, quàm canem. Amph. 2. 2. v. 48.

Quid tu ridiculi causâ ſic me ſalutas? Amph. 2. 2. v. 51.

Iubeo te ſalvere voce ſummâ, quoad vires valent. Aſinar. 2. 2. v. 30.

Salve mater. ART. *Sat ſalutis eſt.* Aſin. 5. 2. v. 62.

Non temerarium eſt, ubi dives blandè appellat pauperem. Aul. 2. 2. v. 7.

Et me ſalutat blandiùs. ibid. v. 8.

Vbi manum inijcit benignè. Aul. 2. 2. v. 30.

Vale atq; ſalve. Capt. 2. 5. v. 86. Curc 4. 2. v. 38. & 4. 4. v. 3.

Salvum gaudeo te advenire: cedò mihi tuam dextram. Curc. 2. 3. v. 28.

Multam me iuſſit ſalutem dicere. Curcul. 3. 1. v. 51.

Vt matrem tuam videas, adeas, advenienti des ſalutem, atq; oſculum. Epid. 4. 2. v. 2.

Salutem tibi ac ſodali ſolidam nuncio. Bacch. 2. 3. v. 13.

Nec Salus nobis ſaluti iam eſſe ſi cupiat. Moſt. 2. 1. v. 4.

Salve amiciſſime mihi hominum omnium. Moſt. 1. 4. v. 26.

Here ſalve, ſalvum te adveniſſe gaudeo, uſq; ne valuiſti? Moſt. 2. 2. v. 19.

Iubeo te ſalvere, & ſalvus cum alijs advenis: gaudeo. ſalve & tu, DI *teament.* Moſt 5. 2. v. 7.

Salutem à principio mihi, & vobis, ſpectatores, nuncio. Men. Prol. v. 1. & 2.

Salva

Salva ſis:ſalvene? Men.5.2.v.26. ἐμπειρικῶς : Salvæne res veſtræ ſunt?

Limen ſuperum inferumq; ſalve. Merc.5.1.v.1.

Salutem mittit, & ſalutem expectat à te lachrymans titubanti animo, corde, & pectore. Pſeud.1.4.v.41.

Porrige audaciter ad ſalutem brachium. Pſeud.1.4.v.18.

Herus meus tibi me ſalutem multam voluit dicere. Pſeud. 4. 2. v.25.

Manu ſalutem mittunt benevolentibus. Pſeud.4.2.v.48.

Salve: quid agis? ut vales? Perſ.2.1.v.12.

Nemini credo, qui largè blandus eſt. Aul.2.2.v.19.

Iubemus te ſalvere mater. Rud.1.5.v.5. *Sic Petron.* Accedo aniculam quandam, quæ agreſte olus vendebat: Rogo, inquam, mater, nunquid ſcis, ubi ego habitem? *vide Lexicon* Mater.

Propino tibi ſalutem plenis faucibus. Stich.3. 2. v.16.

Salutem annunciare alicui. Stich. 5.2.v.5.

Plurimâ ſalute Parmenonem ſummum ſuum impertit. Eunuch. 7.2.v.39.

Salvum te adveniſſe gaudemus. Adelph.1.1.v.55.

Qui cùm inter ſe, ut ipſorum uſus ferebat, amiciſſimè conſalutaſſent. de Orat.lib.2.p.347.

Deos ſalutatum veniunt. pro Sext.Roſc.p.54.

Soter eſt, qui ſalutem dat. in Verr.p.288.

Cicero belliſſimus tibi ſalutem plurimam dicit. Ep.ad Fam. libr. 14.p.452.

Lepta tibi ſalutem plurimam dicit, & omnes: Epiſt. ad Fam. li. 16.p.494.

Salutem tibi plurimam adſcribit. Epiſt. Att.lib.1. p.11.

Impertit tibi multum ſalutis. Epiſt. Att. l. 2. p. 61.

Plauſus maximi, conſultatio forenſis perhonorifica, ſigna benevolentiæ permulta à bonis impertiuntur. Ep. Attic. lib. 2. pag. 68.

Alexis mihi toties ſalutem adſcribit. Epiſt. Attic. libr. 5. pag.160.

Puella ſalutem articulatè dices. Epiſt. Attic. libr. 6. pag. 189.

Affectus.

Affectus. *Vide* Motûs.

Affinitatis. Amandi. Amicitiæ. Amorum. Cognationis. Conjunctionis. Conſanguinitatis. Conſuetudinis. Familiaritatis. Gratiæ. Neceſſitudinis. Societatis. *Vide paulò poſt plura, Tit.* Amoris. Diligendi, Oſculandi.

Freundſchafft / Verwandſchafft / Kundſchafft / Schwägerſchafft / Geneigt / Geflieſſen ſein / Gewogen ſein / Zugethan ſein / Freund machen / Freunſchafft vffſagen / Lieb haben / Lieb gewinnen / Geſelſchafft erhalten / Zuſammen halten / Eins ſein / leben / In gunſten ſein.

Bis tantò ſunt inter ſe amici, quàm priùs. Amph. 3. 2. v. 62.
Vobis eſt ſuave amantibus complexos fabulari. Aſinar. 3. 3. v. 52.
Complexum huius nihili moror, meum aſpernatur. Aſin. 3. 3. v. 55.
Prehende auriculis, compara labella cum labellis. Aſin. 3. 3. v. 78.
Ne nos deiunge amantes. Ibid. 75
Amando ne exorarier te vis, an oſculando? ibid. v. 97.
Circumdato me brachiis, meum collum complectere. Aſin. 3. 3. ver. 106.
Noſtros amores diſpulſos compulit. Aſin. 3. 3. v. 147.
Iſtuc me facto tibi devinxti. Aſin. 5. 1. v. 21.
Amore corripi alicuius. Aſin. 5. 2. A. 34.
Me benigniùs omnes ſalutant, quàm ſalutabant priùs, adeunt, conſiſtunt, copulantur dexteras, rogitant me, ut valeam, quid agam, quid rerum geram. Aul. 1. 2. v. 39.
Cogitato tibi proximum me, mihiq; item eſſe te. Aul. 2. 1. v. 9.
Vidit me ſuam amicitiam velle. Aul. 2. 2. 1. 68.
Pauper metuis congredi. ibid. v. 70.
Ea me deperit. Curc. 1. 1. v. 44.

Quouſ-

Quousq; quæſo ad hunc modum inter nos utimur amore ſempe ſurreptitio? Curc. 1.3.v. 49.

Efflictim amare aliquem. Caſ. prol. v. 44.

Ego diſcrucior miſer amore. Caſ. 2. 1. v. 58.

Benè amicitiâ utier. Ciſt. Arg. v. 8.

In amicitiam inſinuavit cum matre, & mecum ſimul. Ciſt. 1. 1. v. 94.

Quàm ad probos propinquitate proximè te adjunxeris, tàm optimum eſt. Aul. 2. 2. v. 59.

Te bovem eſſe, & me aſellum, ubi tecum coniunctus ſiem. Aul. 2. 2. v. 52.

Eâ gratiâ affinitatem hanc obſtinavit. Aul. 2. 2. v. 89.

Huic ultrò fit, ut meret, potiſſimus noſtræ domi ut ſit. **Er iſt der beſte haan im korb.** Men. 2. 3. verſ. 8. *Potiſſimus enim eſt, qui primas in amore poſſidet. Terent. Eunuch. vocat* primum. *& Hecyr. ſc. 1.* Intimum, *item* Eximium. *Sic Plaut.* Cal. *1. 1. verſ. 24* Herclè me ſuſpendio, Quàm tu eius potior ſias; ſatiùs eſt me mortuum. *Trucul. 4. 2. verſ. 15.* Solus ſummam hic habet apud nos, nunc is eſt fundus nobis. *Stich. 1. 2. verſ. 40.* Quem æquiùs eſt, nos potiorem habere, quàm te? *Atque hinc eſt, quòd tamquam regno adepto glorientur amatores, voti amatorij compotes. Men. 1. 3. verſ. 10.* Superas facilè, ut ſuperior ſis mihi; quàm quiſquam qui imperant. *Vbi tamen ex MSS. & edd. legendum dixi* impetrant. *Martial. libr. 11. Epigramm. 41.* Et ſolam tenet imperatque ſolam. *Propert. libr. 2. Eleg 16.* Et ſubitò felix nunc mea regna tenet. *Tibullus lib* 1. *Eleg. 10.* Tunc flebis; cùm me vinctum puer alter habebit, Et geret in gremio regna ſuperba tuo. *Iuven. Satyr. 6. verſ. 148.* Interea calet, & regnat, poſcitque maritum. *Ovid. libr. 2. Metam.* --nulla potentia longa eſt. *Idem de Myrrhâ* --alienâ potentior eſſem. *Idem lib. 2. Eleg. 19. Amor.* Pinguis Amor nimiumque potens, in tædia nobis vertitur. *Tibull. lib. 2. Eleg. 3.* Nota loquor, regnum ipſa tenet. *Seneca Agamemn. verſ. 254.* -ſola ſed longè eminet tenétque regnum famula veridici dei. *Propert. libr. 2 Eleg. ult.* Vt regnum miſtas inter conviva puellas. *Idem libr. 4. Eleg.* Longa mea in libris regna fuére tuis. *Ovid. libr. 13. Metam.* Sive aliquod regnum eſt in carmine. *Manilius.*

nilius lib.4. decúsque linguæ faciet, regnúmque loquendi. *vide etiam Lexicon Plautin. & Philoſoph. Plaut.* Amatorum.

Nam ego audivi illum in amore hærere. Epid.2.1.v.7.

Secum inſolens novos amoris deſpuit igniculos. Bacch. prol. v.88

Conquiſitorem in amorem conjiciunt. Bacch. Prolog. verſ. 79.

Nullus eſt ignis, & totus ardeo. Bacch. ſc. DI.immortal: e v. 2.

Tectus ſum vehementer viſco. Bacch. 2.5.v.39.

Pro imbre amor advenit: is uſq; in pectus permanavit, permadefecit meum cor. Moſt.1.2.v.61.

Vt videas eam medullitùs me amare. Moſt.13.v.86.

Intimum ſe facere apud aliquem. Mil.2.1.v.30.

Facere amicum tibi me potis es ſempiternum. Perſ. 1.1. verſ. 33.

Nunc me gratiam abs te inire verbis nihil deſidero. Stich. 4. 1.v.10.

Pax commerciúmque eſt vobis mecum. Stich.4. 1.v.15.

Vt cuiq; homini res parata eſt, firmi amici ſunt; ſi res labat, itidem amici collabaſcunt. Stich.4.1.v.15.&17.

Res amicos invenit. ibidem 16.17.

Iſte eſt tranquillus tibi magis, quàm mare. Stich. 4. 1. verſ. 24.

Ei magis eſt conſiliarius amicus, quàm auxiliarius. Trucul. 2. 1. v.6.

Obſequium amicos: veritas odium parit. And.1.1.v.99.

Amicitia noſtra incepta à parvis cum ætate accrevit ſimul. And. 3.3. v.7.

Scis quàm intimum habeam te. Eunuch.1. 2. v. 47. *Vide paulò ſuprà, de amatorum prioritate.*

Cupio aliquos parare amicos beneficio meo. Eunuch. 1. 2.verſ. 74.

Cordi meo quenquam eſſe cariorem. Eunuch.1.2.v.126.

Amicorum hic habens neminem. Eun.4.6.v.22.

Spero æternam inter nos fore gratiam. Eunuch. 5. 2. verſ. 33.

Malo ex principio magna familiaritas conflata eſt. Eunuch. 5. 2. v.35.

Nullóne

Nullóne Chremetis pacto affinitatem effugere potero? Andr. 1. 5. v. 11.

Quâ cum tot conſueſſet annos. Hecyr. 4. 1. v. 40.

Biennium ibi perpetuum miſera illum tuli. ibid. 1. 2. v. 12.

Conſuetudo me tenet. Hecyr. 3. 3. v. 44

Mihi magna cum eo iam inde uſque à pueritiâ ſemper fuit familiaritas. Heaut. 1. 2. v. 10.

Neq; lites inter eas, poſtulatio nunquam. Hecyr. 1. 3. v. 10.

Noſtrâ vtére amicitiâ, ut voles. Hecyr. 5. 1. v. 38.

Vnâ operâ nos ſibi amicos iunget. Hecyr. 5. 2. v. 32.

Stare cum aliquo: Phorm. 2. 1. v. 39.

Egóne tuam expetam amicitiam? Phorm. 2 3.

Solus eſt homo amico amicus. Phorm. 3 3. v 30.

Veritate amicitia, fide, ſocietas; pietate propinquitas colitur. pro Qu. p. 8.

Mihi cum iſto fuit amicîtia. ad Her. lib. 4. p. 114.

Quas natura aut voluntas neceſſitudine aut benevolentiâ coniunxit. ad Her. l. 4. p. 116.

Vti amicitijs. de Inv. l. 1. p. 160.

Amicitiam expetere propter rem aliquam. de Invent. libr. 2. p. 264.

Summâ cum familiaritate illi coniunctus eſt. de Orat. libr. 1. p. 275.

Cùm initio ætatis ad amicitiam ſe meam contuliſſet. Brut. pag. 604.

Apud me, & amicitiâ, & beneficijs, & dignitate plurimùm poſſunt, quorum ego neq; benevolentiam erga me ignorare, nec authoritatem aſpernari, nec voluntatem negligere debeam. pro Sext. Roſc. p. 38.

Multorum officiorum coniunctione me privatum videbam. Brut. p. 521.

Societatem facere cum aliquo: Socium *ſibi adiungere: ſocietatem gerere.* pro Qu. p. 4.

Quicum tibi affinitas, ſocietas. omnes deniq; cauſa, & neceſſitudines veteres intercedebant. pro Qu. p 16.

Quicum te aut voluntas congregaſſet, aut fortuna coniunxiſſet. pro Qu. p. 17.

Vti plurimùm aliquo. pro Sex. Roſc. p. 45.

Gratiâ *atq; hoſpitijs homo florens hominum nobiliſſimorum. Nam cum Metellis, & Scipionibus erat ei non modò hoſpitium, verùm*

rùm etiam domeſticus uſus, & conſuetudo. pro Sext. Roſc. pag. 41.

Multùm valet communio ſanguinis, magna vis humanitatis. pro Sext.Roſc.p.86.

Convenit mihi tecum. pro Sext.Roſc. p.63.

Societatem cum aliquo coire. pro Sex.Roſc.p. 77.

Sibi cum illo rationem communicatam putat. pro Sext. Roſc. p.86.

Iccircò amicitiæ comparantur, ut commune commodum mutuis officijs gubernetur. pro Sex.Roſc.p.75.

Conditionem amicitiæ, ius ſocietatis convellere, & ad libidinem ſuam transferre. in Verr.p.309.

Iſtos inter ſe perbrevi tempore, non res, non ratio, non commendatio aliqua, ſed ſtudiorum turpitudo ſimilitudoq́; coniunxit. in V. p.313.

Muneribus inſinuat in familiaritatem Metelli. in Verr. pag. 378.

Quibus rebus non ſenſim atq; moderatè ad iſtius amicitiam arrepſerat: ſed brevi tempore totum hominem, totámq; eius præturam poſſederat. ibid.

Eaſdem exiſtimat vias ad omnium familiaritates eſſe munitas. Ibid.

Blanditijs & aſſentationibus in alicuius conſuetudinem penitùs ſe immergere. pro Aul.Cl.p.17.

Quantam vim habeat ad conjungendas amicitias, ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo, ſcitis. pro Aul.Cl.p.21.

Studioſè ſe ad alicuius familiaritatem applicare. pro Aul. Clu. p.22.

Familiariſſimè aliquo uti. pro Aul.Cl.p.28.

Ad alicuius familiaritatem ſe applicare. pro Aul. Cluent. pag.31.

Eſſe alicui cum aliquo amicitiæ. pro Aul.Cluent. p.53.

Eſt mihi cum illo magnus uſus, & ſumma utriuſq; officijs conſtituta neceſſitudo. ibid.

Mihi cum illo & vetus & magna amicitia eſt. pro L. Muræn. p.221.

Cùm tui fontes vel inimicis tuis pateant, noſtros rivulos etiam amicis putes clauſos eſſe oportere. pro L.Mur.p. 222.

Vectius tuus affinis, cuius ſororem habes in matrimonio. in Verr. p.382.

Ratio tibi cum illo intercedit. pro Quint. Roſc. p.104.

Mihi cum Siculis cauſa tanta neceſſitudinis intercedit. in Verrem p.113.

In amicitiam noſtram venit. in Verr. p.223.

Se ad amicitiam populi Rom. applicuit. in Verr. p.225.

Quo quiſq; te maximè, cognatione, affinitate, neceſſitudine attingebat. in Verr. p.233.

Ex his locis ſe recipiunt, aſciſcunt illud ſibi oppidum, primò commercio, deinde etiam ſocietate. in Verr. p.471.

Non neceſſitudine, ſed ficto officio ſimulataq; ſedulitate coniunctus. pro Cæcin. p.59.

Ille ſe cum inimico meo copulavit. Seſt. 66.

Veterem coniunctionem citius diremiſſem, quàm novam conciliaſſem. Ep. ad Fam. lib.1. p.81.

Amicorum neglectio improbitatem coarguit. pro Luc. Mur. pag.222.

Eſt cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus. pro Cn. Planc. p.504.

Neceſſitudines habere. pro Cn. Planc. p.509.

Officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. pro Cn. Planc. p.512.

Quæ poteſt eſſe iucunditas vitæ ſublatis amicitijs? quæ porrò amicitia poteſt eſſe inter ingratos? pro Cneo Planc. pag. 528.

Summa mihi familiaritas cum patre, cum fratre eius erat. Seſt.15.

Quo cum mihi erant amicitiæ, & neceſſitudines. pro Seſt. pag.20.

Dices familiaritatem tibi fuiſſe cum Quint. Maximo. Vat. 85.

Vtebatur hominibus improbis multis, & quidem optimis ſe deditum eſſe ſimulabat. Cœl. 94.

Comprehendebat multos amicitiâ. Cœl.95.

Quis clarioribus viris quodam tempore iucundior? quis turpioribus coniunctior? Cœl.95.

Familiaritas Catilinæ obiecta eſt Cœlio. Cœl.95.

Multi boni adoleſcentes illi homini nequam & improbo ſtuduerunt. ibid.

Vidimus hunc eſſe in illius amicis. ibid.

Cœlius meo neceſſario Beſtiæ fuit familiaris. Cœl. 100.

Cum

Cum A. Cæcinnâ tanta mihi familiaritas, conſuetudoq́ſ ſemper fuit, ut nulla maior eſſe poſſit. Epiſt. ad Fam. libr. 6. pag. 166.

Perfice, ut ſis in familiaribus Cæſaris. Epiſt. ad Fam. lib. 7. pag. 191.

Venire in alicuius familiaritatem. Epiſtol. ad Fam. libr. 7. pag. 197.

Egeram cum tuo Niciâ, quod is utitur, ut ſcis familiariter, Caſſio. Ep. ad Fam. lib. 7. p. 205.

Ignoſcunt mihi, & revocant in conſuetudinem priſtinam. Ep. ad Fam. lib. 9. p. 242.

Cum Marco Fabio ſummus eſt mihi uſus. Ep. ad Fam. libr. 9. p. 272.

Ego planè neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo veſtrâ ante aliquando, quàm tu natus es. Epiſt. ad Fam. libr. 10. pag. 349.

Caio Aviano Evandro, qui habitat in tuo ſacrario, & ipſo multùm utor, & patrono eius Marco Æmilio familiariſſimè. Ep. ad Fam. l. 13. p. 388.

Cum Municipibus Volaterranis mihi ſumma neceſſitudo intercedit. Ep. ad Fam. 13. p. 389.

Marcus Æmilius unus eſt ex meis intimis, atq; familiariſſimis. Epiſt. ad Fam. lib. 13. p. 411.

Sive aderit, ſive non venerit in Siciliam, in meis intimis maximiq́; neceſſariis ſcias eſſe. Ep. ad Fam. lib. 13. p. 416.

Lucius Brutus eques Romanus adoleſcens omnibus rebus ornatus, in meis familiariſſimis eſt, meq́ obſervat diligentiſſimè. Epiſt. ad Fam. lib. 13. p. 420.

Aul. Licinius Ariſtoteles Melitenſis antiquiſſimus eſt hoſpes meus & præterea mihi coniunctus magno uſu familiaritatis. Ep. ad Fam. lib. 13. p. 426.

M. Fabium unicè diligo, ſummaq́ mihi cum eo conſuetudo, & familiaritas pervetus eſt. Ep. ad Fam. l. 13. p. 4?0.

Plerumq; in eo fit tanta contentio, ut difficillimum ſit, ſanctam ſervare ſocietatem. Offi.1.p.13.

Tantum abeſt ab officio, ut nihil magis poſſit eſſe officio contrarium. Off.1.p.19.

Eripit libertatem, pro quâ magnanimis viris debet omnis eſſe contentio. Off.1. p.28.

Quod ſi res in contentionem venit. Off.l. 2.p.93.

Quin nunquam poſſit utilitas cum honeſtate contendere. Off. l.3. p.104.

Si in honoris contentionem incidiſſent. de Amic.p. 197.

Quod ſit huic talium virorum choro contrarium. Off.l 3.p.145.

Quando verbis inter nos contendimus, non pugnis. Parad. 3. pag. 229.

Plebs de ſuo iure periculoſas contentiones facit. de Legib. libr.3. pag.354.

Nihil habuit contentionis cum tribunatu. ibid.

Cum Academici eorum controverſias diſceptarent. Quæſt. Tuſc. l.4.p.415.

Rem pernicioſiſſimam in civitatem inducunt, ſeditionem ac diſcordiam. Offic. 1.p.35.

Magna

Magnæ diſcordiæ ortæ. Ibid.

In actiones omnemq́; vitam nullam diſcrepantiam conferre debemus. Off. 1. p. 45.

Sed ea quæ multum ab humanitate diſcrepant. Off.1.p.57.

Quæ à ſapientia diſſidet plurimum. Off.2.p.67.

Et quod eo tempore tantæ diſcordiæ ſecutæ ſunt. Off.2.p.97.

Quæ non multùm diſcrepant ab opinione populari. Paradox.p.222.

Noſtræ nobis ſunt inter nos iræ diſcordiæq́; placandæ. de Aruſp. Reſp.p.492.

A tribuno plebis poſt meum interitum diſſidiſſent. Sest.23.

Propter inſitum quendam animi furorem diſcordijs civium ac ſeditione paſcuntur. Sest.50.

Commodiorem inimico ſuo contentionem reiectionis dare noluit. Vat.85.

Diſſidium extiterat. Cœl 119.

Controverſias ſedavit. Corn.145.

Animus aberrat à ſententiâ. Phil.7.p.436.

Iam omnis fracta eſt diſſenſio armis & extinctâ æquitate victoris. Marc.292.

In contentionem venire alicuius rei. Orat.ante Exil.p.361.

Neque conſtituere litium actiones maluit, antequàm controverſias tolleret. Phil.9.462.

Seditionem facere. Ep.ad Fam.l 20.p.315.

Vocare in controverſiam. Ep.ad Fam.l.13.p.410.

Cum Sardianis controverſiam habere ſuis. Ep. ad Fam.l.13.p.

Acutilianam controverſiam tranſegeris. Ep.Att.l.1.p.9.

Leviter inter ſe diſſident. Ep. Att.l.1.p.18.

Non diſſenſione aut diſſidio, ſed voluntate factum eſſe videatur. Ep. Att. l.1.p.33.

Ea eſt ſeditioſa, ea cum eo bellum gerit. Ep. Att.l.2.p.47.

Nihil novi niſi Hircium cum Quinto acerrimè pro me litigaſſe. Ep.Att.l.13.p 424.

Qui ab eorum partibus diſſentire videantur. Epiſt. Attic. lib. 15. p. 470.

Non poſſumus, quin alii à nobis diſſentiant. Acad.l.2.p.6.

De eo omnis eſt controverſia. Acad.lib.2.p.37.

Nihil ad hanc controverſiam pertinebat. Acad.l.2.p.41.

Vt minuam controverſiam. Acad. l.2.p.43.

Vides quantum ab eo diſſenſerit. Acad.l.2.p.67.

Ecce nulla maior diſſenſio. Ibid.

In multis rebus diſſentiunt. Acad.l.2.p.73.

De bonis contrariisq́ rebus tantopere diſcrepant. Acad. libr. 2. pag.75.

Nominibus differentes, re congruentes: à quibus ipſi verbis magis, quàm ſententiis diſſenſerunt. Acad.l.2.p.91.

Aliud dicere atq́ ſentire. Ibid.

Gemino autem Lucernæ lumine diſſenſionem declarari, ac ſeditionem moveri. de divin.l.2.p.260.

Venit jam in contentionem. de divin.l.2.p.261.

Sic tu à contentionibus, quibus ſummis uti ſolebas, quotidie relaxes aliquid ut jam oratio tua non multùm à philoſophorum lenitate abſit. de legib.l.1.p.297.

Ad illam Diodori contentionem, quam περὶ δυνατῶν appellant, revertamur. de fato. p.210.

Vt aliquando controverſiarum aliquem facerent modum. de leg. l.1. p.314.

Cui tamen ego aſſentior in omnibus, nec me mox videro. Hoc dico, controvorſiam iſtam totam poſſe ſedari. de leg. libr. 1. pag.315.

Eſſet inter eos maximâ de re, & de omni vivendi ratione diſſenſio. Ibid.

Ex hac autem non rerum ſed verborum diſcordiâ controverſia nata eſt de finibus. Ibid.

Amicitiæ. Amoris. Diligendi. Charitatis. *Vide etiam ſupra* Rei Venereæ. Affinitatis: *& infra* Oſculorum, Baſiandi.

Freundſchafft/ Lieben/ Bulen/ vff die Bulſchafft gehen/ Löfflen/ Hertzen.

AMore capi alicuius. Amph. arg.2.v.1.

Vſq́ adeò ſaturitatem capiet pater illius, quam amat. Amp. 1.2.v.10.

Nunquam edepol quemquam mortalem credo ego uxorem ſuam ſic efflictim amare, proinde ut hic te efflictim deperit. Amph. 1. 3. verſ. 19.

Cuius cupiens maximè eſt. Amph.prol.v.132.

Fami-

Fœminarum nulla eſt, quam æquè diligam. Amph. 1. 3. verſu. 11.

Amare aliquem plurimùm. Amph. 1. 3. v. 27.

Ille hinc abeſt, quem ego amo, præter omnes. Amph. 2. 2. verſ. 23.

Quæ me amat, quam contrà amo. Amph. 2. 2. v. 23.

Amans animum meum iſti dedi. Aſin. 1. 2 v. 15.

Fixus hic eſt apud nos animus clavo Cupidinis: quàm magis te in altum capeſſis, tàm æſtus te in portum refert. Ibidem. 3. v. 4. & 5.

Sine me amare unum Argyrippum animi cauſa, quem volo. Aſin. 3 1. v. 38.

Tui amans abeuntis egeo. Aſin. 3. 3. v. 1.

O melle dulci dulcior mihi os complectere. Aſinar. 3. 3. verſu. 24.

Num fumus eſt mulier, quam amplexare? Aſinar. 3. 3. verſu. 29.

Iſthac operâ ſuavius eſt complexos fabulari. Aſin. 3. 3. verſu 50.

Neque illæc ulli ſuo pede pedem homini premat, cum ſurgat. Neque illa ulli homini nictet, nutet, annuat. Aſin. 4. 1. verſ. 30. 39. De tali amatorum geſtu vide Philoſ. Plaut.

Ne illa exiſtimet amoris causâ percitum id te feciſſe. Aſin. 4. 2. verſ. 12.

Iſtam amo, aliam tecum eſſe facilè poſſum perpeti. Aſin. 5. 1. verſu. 17.

Fateor me amore huius correptum eſſe oppidò. Aſinar. 5. 7. verſu. 34.

In deliciis habere aliquid. Aſin. 5. 2. v. 36.

Ex amore tantum eſt homini incendium. Aſin. 5. 2. v. 69.

Amori operam dare. Caſ. prol. v. 58.

Deperire aliquam. Caſ. 1. 1. v. 19. & 2. 8. v. 36.

Amore miſerè deperit hanc mulierculam. Ciſt. 1. 2. v. 2.

Cum illá quam tuus gnatus annos multos deamat. Epid. 2. 2. v. 35.

Hanc inquam filius meus deperibat fidicinam. Epid. 3. 4. verſu 49.

Tactus ſum vehementer viſco, cor ſtimulo foditur. Bacch. 5. 2. v. 37. *Vbi obſervandum, Amorem comparari viſco, quo*

irretiuntur amatores tanquam aviculæ. vide Philoſ. Plaut. Tit. Amoris.

O venuſta Venus, mihi quæ moleſtiam omnem detexit, tectus quâ fui, quã mihi amor & Cupido in pectus perpluit meum, madent in corde parietes. Moſt.1.3.v.6.

Euge oculus meus. Moſt.1.1.v.152.

Amicæ fieri potiorem ſeu *potiſſimum eſſe amatorem*, eſt ita inſinuare & concitare ſe amicæ, ut pulſis rivalibus ſolus & primus glaceat: & regnet in exoptatis amoribus. Men. 1. p.3.v.8. *vide quæ ſupra adnotavi. Tit.* Affinitatis. &c.

Meretricem ingenuam deperiebat, mutuò Athenienſis iuvenis. Mil. arg. 2.v.1.

Is amabat meretricem, & illum illa contra, qui eſt amor cultu optimus. Mil. 2.1.v.23.

Nihil amas, umbra es amantum magis quam amator. Mil.3.1 verſ. 29.

Nam qui ipſe haud amavit, ægrè amantis ingenium inſpicit. Mil. 2.1.v.43.

Neq; dum exarui ex amörerebuſq; voluptuariis. Mil.3.1.v.45.

Adiicere animum alicui, & ad aliquem. Mil 3.3.v.23.

Demori aliquam, Mil.4.1.v.23.

Differri amore alicuius. Mil. 4.4.v.27.

Miſerè aliquem amare. Mil.4.6.v.32.

Vt quæſo amore perdita eſt hæc miſera!. Mil. 4.6.v 38.

Ibi amare occepi formâ eximiâ mulierem, ſed eâ ut ſim implicitus, dicam. Merc. prol.v.13.& 14.

Amori neq; deſidiæ in otio operam dediſſe. Merc. prol.v.62.

Amans amensq; ut ut animum offirmo meum. Merc. prol.verſ. 82.

Amorem miſſum facere me. Merc.prol.v.84.

Ita mihi in pectore, atq; in corde facit amor incendium. Merc.3.4. verſ. 3.

Quia nempe me afflictat amor. Merc.3.4.v.63.

Adeò dum illius te cupiditas, atq; amor miſſum facit. Merc. 3. 4. v.72.

Hic homo ex amore inſanit. Merc.2.2.v.53.

Sanus non eſt ex amore illius. Merc 2.3.v.106.

Efflictim perit illius amore. Merc.2.3.107.&108.

Voluptate, vino, & amore delectavero. Merc.3.2.v.5.

In amorem coniecit fortiùs. Merc.ſc. Syra.non.v.5.

Nunc noſtri amores, mores, conſuetudines, iocus, ludus, ſermo, ſuavis ſuaviatio, compreſſiones arctæ amantum comparum. Pſeud. 1. 1. v. 64. Compares amantes *ſunt σύζυγοι. Horat. lib.* 2. *Od.* 5. Nondum munia comparis æquare valet. *Catullus*: Nec tantum niveo gaviſa eſt ulla columba compar. *vide etiam* Baſiandi. *&* *Lexicon Plaut. litt H.* Horridulæ papillæ.

Cras mihi potandus fluctus eſt fullonius. h. e. comprimendus ſum. Pſeud. 3. 1. v. 16.

Earum hic adoleſcens alteram efflictim perit. Pœn. prol. 96.

Vult emere miles quidam, qui illam deperit. Pœn. prol. verſ. 104.

Amare velle ſe atq; obſequi animo ſuo. Pœn. 1. 4. v. 48.

Limavi caput. Pœn. 1. 2. v. 79. Limare caput *dicuntur amatores, quando cum amicâ caput iungunt, & tanquam terunt, ac limant ſeſe mutuò fricando, dum oſculantur.* vide lex. Plaut.

Ille cum illâ, neque cubat, neque ambulat, neque oſculatur. Bacch. 4. 8. v. 55.

Hanc equidem Venerem venerabor, me ut amet, ac ſit propitia. Pœn. 1. 2. v. 66.

Profectò domino ſuos amores Toxilus emit. Pers. arg. v. 1.

Qui amans egens ingreſſus eſt præceps in amoris vias. Pers. 1. 1. verſ. 1.

Facta eſt, ſitq; in Veneris fano tum ſacerdos Veneria indignê afflictatur. Rud. 3. 2. v. 30.

Nimis pænè inepta, atq; otioſa eius amatio eſt. Rud. 4. 5. v. 14.

Amori obſequi. Trin. 2. 1. v. 5.

Scio amorem tibi pectus obſcuraſſe. Trin. 3. 2. v. 40.

Tres unam pereunt adoleſcentes mulierem. Truc. Arg. v. 1. *Propert. lib.* 2. indignâ merce puella perit: *pro*, deperit, amat. *vide Lipſ. Var. lib.* 3. *cap.* 7.

Amoris poculum accipere. Truc. 1. 1. v. 22. Seneca Ep. 9. Ego tibi monſtrabo amatorium ſine medicamento, ſine herbâ ſine ullius veneficæ carmine. ſi vis amari, ama.

Sin alter potior eſt. So der ander beſſer im Hoff iſt. Truc. 1. 1. v. 27. *Vide* Lex. *Plaut.* Potis. *& ſup. Tit.* Affinitatis.

Benè diſſimulatum amorem & celatum indicat. And. 1. 1. v. 101.

Conſuetum facilè amorem cerneres. And. 1. 1. v. 104.

In germani fratris dilexi loco. And. 1. 5. v. 57.

Hoc te ſolùm ſemper fecit maximi. And. 1. 5. v. 589.

Iſtum amorem ex animo move tuo. And. 2. 1. v. 7.

Scimus quàm miſerè hanc amarit. And.3.2.v.39.
Frater Phædriæ puellam cùm deperiret. Eunu.arg.v.7.
Et tædet, & amoris ardeo. Eun.1.1.v.27.
Vtinam mihi eſſet æqua amoris pars tecum! Eunuch. 1. 2. verſu. 11.
Quantum ego ſuſpicor, animum ad virginem adiecit. Eunuch. 1.2 v. 67.
Sine illum priores partes aliquot dies apud me habere. Eunuch. 1. 2. v. 76.
Qui amat, cuiodio ipſius eſt, bis facere ſtultè dico:
Laborem inanem ipſius capit, & illi moleſtiam affert. Hecyrâ.3.2.
Quando illud, quod tu das expectat & amat,
Illa cum illo ſermonem occipit. Eun.4.1.v.8.
Iam dudum amat te, iam dudum illi facile ſit
Quod doleat: metuit ſemper, quem ipſa nunc capit
Fructum, ne quando iratus tu aliò conferas. Eun.3.1.
Quàm elegans formarum ſpectator ſum, in hac commotus ſum. Eun. 3.5.v.19.
Gaudeo amorem omnem eſſe in tranquillo. Eun.5.9.v.8.
Vt hæream aliquâ in parte apud Thaidem. Eun.5.9.v.25.
Cteſipho autem in amore totus eſt. Adelph.4.2.v.52.
Eius filiam ille amare capit perditè. Heaut.1.1.v.45.
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam poſthac ſcires. Hecyr. 4.1.v.18.
Amorem perferre. Hecyr.5.1.v.18.
Habui illam, ac ſi ex me eſſet nata. Hecyr.2.2.v.6.
Pudori an ne amori obſequeretur magis, fecit animi ut incertus foret. Hecyr.1.2.v.47.
Paulatim elapſus eſt Bacchidi, atq; huc tranſtulit amorem. Hecyr. 1.2.v.94.
Habebam alibi animum amori deditum. Hecyr. 3.1.v.14.
Quam ego intellexi illam haud minus quàm ſeipſum magnificare Hecyr. 2. 2.v.18.
or me tenet graviter. Hecyr.3.3.v.44.
Amare aliquem perditè. Phorm.3.2.v.32.
Attrahere amorem alicuius. Phor.3.2.v.33.
Diſtq; utriq; eſt cordi. Phor.5.3.v.17.
Vterque ſummus meus. Phorm.11.
Amio amicus nobis jam inde à puero. Adelph.3.4.

Non *Neq;*

Neq; illi benevolens; neq; notus extra unam aniculam, quisquam aderat, qui adiutaret funus. Sie hatte ſonſt gar keinen Freund. Phorm. 1.2.

Tuis factis dignum feceris, ut amici inter nos ſimus, egon' tuam expetam amicitiam: aut te viſum aut auditum velim? Phorm. 2.2.

Tu mihi cognatus, tu amicus, tu parens. Phorm. 3.3.

Solus eſt homo amico amicus. Phorm. 3.2.

Vtrâq; operâ nos ſibi amicos junget. Hecyr. 5.2.

Cum quibus erat cunque una, iis ſeſe dedere, id eſt, *reddebat ſe illis familiarem,* Andr. 1.1.

Tute ſcis poſt illa quàm intumum habeam te, & mea conſilia ut tibi credam omnia. Eun. 1.2.

Hic parvæ conſuetudinis causâ mortem huius tàm fert familiariter. Andr. 1.v.81.

Malo ex principio magna familiaritas conflata eſt. Eunuch. 5.2.

Ipſa accumbere mecum, mihi ſeſe dare, ſermonem quærere. Eunuch. 3.1.

Vnâ inter nos agere ætatem liceat. Wir wollen wol hundert Jahr bey einander leben / vnnd vns vertragen können. Hecyr. 2.1.

Mihi magna cum eo jam inde uſque à pueritiâ ſemper fuit familiaritas. Heaut. 1.2.

Tacebit, dum intercedet familiaritas. Phorm. 4.1.

Qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi, neq; commovetur animus in eá re tamen. Andr. 1.1.

Et tædet, & amore ardeo, & prudens ſciens vivus videnſq; pereo. Eun. 1.1.

Sic homo eſt perpaucorum hominum. Eunuch. 3.1.

Ego, dum licitum eſt, illa uſa ſum benigno & lepido & comi. Hecyr. 5.3.

Errat qui imperium credat gravius eſſe aut ſtabilius, vi quod fit, quàm illud, quod amicitiâ adjungitur (gravius, *id eſt*, firmius.) Adelph. 1.1.

Fores effregit: reſtituentur. ibid.

Pamphilum ipſum video ſtare ante oſtium. Hecyr. 3.4.

Cognatum comperi eſſe nobis. Phorm. 5.3.

Is mihi cognatus fuit. Andr. 5.4.

Patris cognatum atq́; æqualem Archimenidem noſtin'? Eunuch.2 3.

Ego tum ſi adveniſſem, qui mihi cognata ea eſſet, dicerem: itidem tu face. Phorm.2 2.

Verùm ſi cognata eſt maximè, non fuit neceſſe habere: ſed id quod lex iubet, dotem daretis. Phorm. 1. 5.

Amico atq́; æquali ſuo inſervire. Heaut.3.1.

Cupio aliquos parare amicos beneficio meo. Eunuc.1.2.

Obſequium amicos, veritas odium parit. Andr.1.1.

Homo eſt perpaucorum hominum, h. e. non delectatur multitudine amicorum. Eunuch.3.1.

Vetus verbum hoc quidem eſt, communia eſſe amicorum inter ſe omnia. Adelph.5.3.

Per noſtram amicitiam, quæ incepta à parvis cum ætate accrevit ſimul. Andr.3.3.

Satis jam, ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea. Andri.5.1.

At nunc dehinc ſpero æternam inter nos gratiam fore: ſæpè ex huiuſmodi re quapiam, & malo ex principio magna familiaritas conflata eſt. Eunuc.5.2.

Quanquam hæc inter nos nupera notitia admodum eſt, inde adeò quòd agrum in proximo hic mercatus es. Heautontim 1.1.

Vel virtus tua, vel vicinitas, quod ego in propinquâ parte amicitiæ puto, welches ich für die nechſte vnd beſte Freundſchafft halte ibid.

Scio te non uſum antehac amicitiâ meâ: memorem me dices eſſe & gratum. Adelph.2.2.

Ex quo inter nos ſcires poſthac amicitiam fore firmiorem. Hecyr.4.1.

Noſtrâ utere amicitiâ, ut voles. Hecyr.5.1.

Te hoc moneo unum, qualis ſim amicus, aut quid poſſiem, potiùs quàm inimicus periculum facias. ibid.

Meum ſuavium: id eſt, *amica mea.* Eunuch.3.2.

Mea tu. Eunuch.4.3.

Anime mi. Andr. 4.2.

Dî me omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos. Adelph.4.5.

Hic non amandus? hiccine non geſtandus in ſinu eſt? ibidem.

Amant

Amant inter ſe: Sie haben einander lieb. Adelph. 5.3.
Qui te plus quàm oculos, hoſce: ſcilicet. amat. Adelph. 5.7.
Hic Phædria continuò quandam nactus eſt puellulam: hanc amare cœpit perditè. Phorm. 1.2.
Amare cœpit, ſcin' quam? quò evadat, vide. ibid.
Aliis quia deſit quod amant, ægrè eſt: tibi quia ſupereſt, dolet. Phorm. 1.3.
Amore abundas, Antipho. ibid.
Tum præterea horum amorem diſtrahi, poterin' pati? Phorm. 3.2.
Vterque utrique eſt cordi. Sie haben beyde einander lieb. Phorm. 5.3.
Satietatem amoris ſumere. Phorm. 5.5.
Amori obſequi. Hecyr. 1.2.
Hanc Bacchidem amabat, ut cùm maxumè, tum Pamphilus, cùm pater, uxorem ut ducat, orare occipit. ibid.
Hic animus partim uxoris miſericordiâ devictus, partim victus huius injuriâ, paullatim elapſus eſt Bacchidi, atque huc tranſtulit amorem. ibid.
Priusquàm hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum. Hecyr. 3.1.
Vix me illinc abſtraxi, vixq; huc contuleram amorem meum. ibid.
Qui amat, cui odio ipſus eſt, bis facere ſtultè duco: laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam affert. Hecyr. 3.1.
Etſi amor me graviter conſuetudoq; tenet: h. e. etſi eam valde amem, tamen repudiabo eam propter adulterium. Hecyr. 3.3.
Mitto jam oſculari atq; amplexari: id nil puto. Heautontim. 5.1.
Mediam mulierem complectitur. And. 1.1.
Quò æquior ſum Pamphilo, qui ſe illam in ſomnis, quàm illum amplecti maluit. And. 2.5.
Vtinam eſſet mihi pars æqua amoris tecum! O daß du mich ſo lieb hetteſt/wie ich dich lieb habe. Eunuch. 1.2.
Non quò quemquam plus amem, aut plus diligam. ibidem.
Miſera præ amore excluſit hunc foras. ibid.

Dies noctesq́; ames me: me deſideres: me ſomnies: me exſpectes: de me cogites: me ſperes: me te oblectes: mecum tota ſis: meus fac ſis poſtremò animus, quando ego ſum tuus. Eunuch. 1.2.

Rivalis: qui ejuſdem, cuius alter mulieris amore tenetur. Eunuch.2.2.

Militem rivalem ego recipiendum cenſeo. Eunuch 5. 9.

Deleo omnes dehinc ex animo mulieres. Jch wil keine mehr lieb haben. Eunuch. 2.3.

Hic verò eſt, qui ſi amare occœperit, ludum jocumq́; dices fuiſſe illum alterum, præut huius rabies quæ dabit. ibid.

Ecquid nos amas de fidicinâ iſtac: id eſt, ob illam fidicinam, quam tibi dono dedi. Eunuch.3.2.

In hac commotus ſum: id eſt, amore incenſus. Eunuch. 3.5.

Suſpectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura hæc: Iovem quo pacto Danaæ miſiſſe aiunt quondam in gremium imbrem aureum, &c. & quia ſimilem luſerat jam olim ille ludum, &c. deum ſeſe in hominem convertiſſe atque per alienas tegulas veniſſe clanculum per impluvium, fucum factum mulieri. Eunuch.3.5.

Certè extremâ lineâ amare, haud nihil eſt: ut ſi quis ſaltem videre poſſit, ad quàm propiùs non datur accedere. Eunuch. 4.2.

At pol ego amatores audieram mulierum eſſe eos maxumos, ſed nihil poteſſe: ſcil. *eunuchos.* Eunuch.4.3.

Quæ mihi ante oculos amatorem coràm adduxiſti tuum. Eunuch. 4. 7.

Non adeò inhumano ingenio ſum, Chærea, neque tam imperita, ut, quid amor valeat, neſciam: inquit Thais. Eunuch. 5.2.

Qui minùs huic. ſcil. *ſerviam, quàm Hercules ſervivit Omphalæ!* Eunuch. 5.8.

Tum autem Phædriæ, meo fratri, gaudeo amorem eſſe omnem in tranquillo: id eſt, *potitum eſſe eâ, quam amabat.* Eunuch. 5.9.

Nunquam fui uſquam; quin me omnes amarent plurimùm. ibid.

Ego iſtuc ætatis non amori operam dabam. Heaut. 1.1.

Eam miſerè amat. Heaut.1.2.

Hac

Hæc forma ubi immutata eſt, illi ſuum amorem alió conferunt. Heaut.2.3.
Hi ſe ad vos applicant: ut nunquam ulla amori veſtro incidere poſſit calamitas. ibid.
Minimè miror, Clinia hanc ſi deperit. Heaut.3.2.
Poſtquam me amare dixi, complacita eſt tibi. And.4.1.
Amicam alicuius ſubagitare. mit jhr ſchertzen oder kurtzweil treiben. ibid.
Deamo te, Syre. Heaut.4.5.
Eja, ut elegans eſt! ironicè: *credas animum ibi eſſe?* meynſtu / er könne ſie lieb haben. Heaut.5.5.
Tum illa, ut conſuetum facilè amorem cerneres,
Reiecit ſe in eum, flens quàm familiariter. Andr. 1.1.
Quam ego animo egregié caram pro uxore habuerim. And.1.5.
Si te in germani fratris dilexi loco. ibid.
Ah, quantò ſatius eſt, te id operam dare, qui iſtum amorem ex animo amoveas tuo, quám id loqui, quò magis libido fruſtra incendatur tua. And.2.1.
Omnes ſibi melius malle eſſe, quàm alteri. Ein jeder liebt ſich ſelber mehr/als einen andern. And.2.5.
Nam omnes nos quidem ſcimus, quàm miſerè hanc amarit. Andr. 3.2.
Amantium iræ, amoris integratio eſt. die gramen/die ſich namen. And.3.3.
Meritò te ſemper maxumi feci, Chreme, du biſt mir lieb vnd werth. ibid.
Age, ſi hic non inſanit ſatis ſuâ ſponte: (ſcil. *amore*) *inſtiga.* And. 4.2.
Hunc Pamphilum amicum, amatorem, virum, &c. And.4.3.
In alio occupatus amore. der eine andere lieb hatte / als die ich jhm geben wolte. And.5.1.
Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuum. Du haſt dich wider an jhr gehenckt. Hecyr.4.4.
Virginem quam amabat, eam confeci. Eun.5.4.v.6.
Quia enim, qui eos pueros gubernat, animus, infirmum gerunt. Hecyr.3.1.
Verbum herclè verum hoc eſt: Sine Cerere & Libero friget Venus. Eunuch.4.5.
Sed provehor amore, non enim id propoſitum eſt huic epiſtolæ. A. 381. a

oſtenderem, quàm oſtenderem prudentiam. Ep. ad Fam. lib. 10. p. 277.

Summum me eorum ſtudium tenet. Ep. ad Att. lib. 1. p. 16.

Cùm à paterno amore domeſticoq; diſceſſi. Ep. ad At. l. 1. p. 32.

Nos tibi amore proximi ſumus. Ep. Att. lib. 1. p. 38.

Cæſar favet ingeniis, nobilitatem & dignitatem hominum amplectitur. Ep. 63. b

Me amiciſſimè quotidie magis Cæſar amplectitur. Ep. 65. a

Diligere, amare, amplecti, laudare aliquem. At. 9. a

An Antonius equites Romanos amplectetur? in At. 213. a

Quia nimis amplecti plebem putabatur. pro Mil. 115. a

Parvulus filius, qui mihi videtur amplecti Rempublic. in C. 118. b

Nam quod ius civile tam vehementer amplexus es, video quid egeris. de Or. 105. a

Qui tanto amore ſuas poſſeſſiones amplexi tenebant. pro Syll. 178. a

Cùm vero ea tua ſit voluntas erga me, libenter amplector talem animum. Ep. 74. b

Atque hoc mihi cum tuo fratre convenit. pro Lig. 139. a

Mihi cum illo convenit, ut, At. 78. a. & in At. 255. a

Optimè cum aliquo convenire. in Verr. 234. a

An cenſes nihil inter eos convenire? nullam pactionem fieri potuiſſe. At. 125. a

Niſi inter eos convenit quid ſit illud. Or. 207. b

Is me cognatione maximè attingit. in V. 113. b

Pactum eſt quod inter aliquos convenit. de In. 70. b

Publicani nos ſumma neceſſitudine attingunt. Qu. Fr. 290. b

Qui te aliqua neceſſitudine attingunt. Ep. 206. a

Civitates, quæ officiis, vetuſtate, fide, & etiam cognatione populi Romani nomen attingunt. in V. 252. b

Si Deus nulla gratia, nulla hominum charitate tenetur, valeat. de N. 2n. b

Lucius multum utitur Bruto. At. 254. a

Luceio Titione familiariſſimè utor. Ep. 209. b

Trebatio multos annos utor valdè familiariter. Ep. 4. b

Vtor ad omnia Q. Selicio. Ep. 5. a

Piratæ aliquos ſibi inſtituunt amicos. in Ver. 204. a

Deiotarus cum hominibus noſtris conſuetudines amicitiasq; iungebat. pro Deiot. 148. b

Vt

Vt omnis caritas inter duos iungatur. de Am.99.b

Eſt mihi cum eo domeſticus uſus & conſuetudo. pro Sext. Roſc. 21.a

Nam & inter noſmetipſos vetus uſus intercedit. & Atticus noſter maiorem etiam mihi cum Coſſinio conſuetudinem facit. Ep.213.b

Mihi cum eo vicinitas & magnus uſus eſt. pro Cl.27.b

Cum illo ſummus mihi eſt uſus. Ep.142.a

Coniunctus magno uſu familiaritatis. Ep. 223.a

Gerere amicitiam, liber de amicitia gerenda. Ep.38.a

Si longius in amicitiam provecti eſſent, ſi amorem ad adoleſcentiam perduxiſſent. de Am.102 b

Omnem tuum amorem, quo me es amplexus, omnemq́ tuam prudentiam conferto ad eam curam. Ep. ad Att.l.7. p. 195.

Rogo, ut quoniam ſemper me amaſti, eodem amore ſis. Ep. ad Att. lib.3.p 83.

Dionyſius mihi in amoribus eſt. Ep. ad Att.lib.6.p.172.

Balbum in oculis fero. Ep.ad Q. Frat.lib.3.p.626.

Amore ſum incenſus. Ep. ad Qu. Fra.lib.3.p.629.

Amatorijs levitatibus eſſe deditum. de Fin lib.1.p 121.

Quàm illa ardentes amores excitaret ſui, ſi videretur! de Fin. l.2. p.149.

Qui intelligentiæ ſapientiaq́ ſe amatorem profitetur. de Vniv. p. 386.

Flagrare alicuius amore. Quæſt. Tuſcul lib.4.pag.444.

Qui amori auctoritatem diſtribueremus. Quæſt. Tuſcul. lib. 4. pag.444.

Amatoriâ voluptate frui. Qu. Tuſc.l.4.p.445.

Amorem ſublevare. ibidem.

Novo quodam amore, veterem amorem tanquam clavo clavum eijciendum putat. Qu. Tuſc.l.4.p.445.

Ingenerat imprimis præcipuum quendam amorem. 1.Off.p.7.

Si oculis honeſtas cerneretur, mirabiles amores, (ut ait Plato) excitaret ſapientia. 1.Off.p.9.

Id ſibi quiſq́ ætatis genus degendæ conſtituit, quod maximè adamavit. Off.1.p.47.

Cum Oppius me hortaretur, ut adoleſcentem totamq́ cauſſam manumq́ veteranorum complecterer. Att.261.a

Ad iſta obduximus, & humanitatem omnem exuimus. pro Ligario 139.a

Frater eius mecum eſt multùm: quare ut inſtituiſti, complectere adoleſcentem. Qu.Fr. 2 .b

De ipſo Tito Annio tantum tibi polliceor, te maiore benevolentiâ erga te, ſi complecti hominem volueris, habiturum eſſe neminem. Ep.20.b.21.a

Veterem pro eius erga te benevolentia ſingularique officio libenter ex tuis literis complexus ſum. Att.280.b

Quare da te homini: complectetur, mihi crede. Epiſt 21.a

Neminem unquam eſt hic ordo complexus honoribus & beneficiis ſuis. de Pro.77.a

Complecti aliquem beneficio. pro Planc. 276.b

Complecti aliquem benevolentia. pro Mur.132.b

Comprehendere multos amicitia. pro Cæl.46.a

Vehementer mihi gratum feceris ſi hunc adoleſcentem humanitate tua comprehenderis. Ep. 210.a

Is omnibus officiis per ſe, & per patrem, per maiores ſuis totam Atinatem præfecturam comprehendit. pro Planc.268.b

---

Ambitionis. *Vide* Honoris.

Ambulandi. *Vide* Adeundi: & Eundi.

Amentiæ, Stultitiæ. Dementiæ. Inſaniæ. Furoris. Imprudentiæ. Rabiei.

Närriſch/Thöricht/Unſinnig/Wanſinnig ſein/Unverſtendig/Raſend/Wütten.

D*Ementia aliquem complere.* Amph.1.1.v.8.

Quin tu iſthanc iubes pro cerritâ circumferri. Amph. 2. 2. v.44.

Hæc quidem edepol larvarum plena eſt. Amph.2.2.v 145.

Iam tu quoque huius adiuves inſaniam. Amphitr. 2. 2. verſ. 166.

Bacchanal te exercuiſſe oportet ſenex. Amphitr. *ſc.* Tun' me. v. 12.

Tu Bacchus es, haud Amphitruo. Amph. *ſc.* Tun' me.v.30.

Qua

Quæ intemperiæ agunt familiam noſtram? Amph. *ſc.* DI voſtram v.1.

Diris aguntur malis. Amph. ſc. DI voſtram. v.19.

Non enim quid hero ego dicam meo malæ rei eveniſſe, quámve inſaniam queo comminiſci. Aul. 1. 1. v.30.

Neſcio pol, quæ illum hominem intemperiæ tenent. Aulular. 1. 1. v.33.

Larvæ hunc, atque intemperiæ inſaniæq; agitant. Aulul. 4. 4. v. 14.

Hic homo rabioſus habitus eſt. Capt. 3.4.v.15.

Num tibi aut ſtultitia acceſſit, aut ſuperbiam ſuperat. Amph. 2. 2. v. 77.

Stultior ſtulto fuiſti, qui ijs tabellis crederes Curculion. 4. 3. v. 19.

Mulo inſcitior. Ciſt. 4.2. v.12. *De homine ſtupido & hebeti. Catull.* Mule. nihil ſentis?

Animo malè eſt. Epid. 2. 2.v. 20.

Profectò deliramus interdum ſenes. Epid. 3.3.v. 10.

Quæ intemperiæ te tenent? Epid. 3.4.v. 43.

Quis has huc oves adegit? Bacch. 5.2.v. 3. h.e. *homines ſtolidos vide Lexicon Plautinum.* Ovis.

Quem ego nimiò ſapere ſenſi plus quàm Thalem. ibid.

Stultior es Barbaro potitio. Bacch. 1.2.p.14. & 15.

Senex cerebroſus eſt certè. Moſt. 4. 2.v. 36.

Nullum hoc ſtolidius eſt ſaxum. Mil. 4.2.v. 36.

Stultitia tua penè te perdidit. Mil 2.4.v. 54.

Pol id quidem haud mentire: nam tu es lapide ſilice ſtultior. Pœn. 1.2.v. 78.

Nimia nos ſocordia hodie tenuit. Pœn. 1.2.104.

Ardent oculi, fune opus eſt. Capt. 3.4.v.62.

Atra bilis agitat hominem. Capt. 3.4.v.64.

Deliramenta loquitur, larvæ ſtimulant virum. Capt. 3. 4. verſ. 66.

Me inſanum verbis concinnat ſuis. Capt. 3. 4.v.69.

Me inſaniam neq; tenere neq; mihi eſſe. Capt. 3.4.v. 87.

Deſipiebam mentis. Epid. 1.2.v.35.

Quæ te mala crux agitat? Bacch. 4.2.v.62.

Quæ te intemperiæ tenent? Mil. 2.5.v.24.

Sat edepol ſui occiſam ſæpè ſapere plus multò ſuem, cùm manducatur. Mil. 2.6.v.104. *vide Lex. Plaut.* Proverb.

Quæ

Quæ te res malæ agitant? Merc.1.2.v.24.
Helleborum his hominibus eſt opus. Pſeud. 4.7.v.89.
Elleboroſus ſum. Rud.4.3.v.67.
At ego cerritus. ibid.
Quas tu vides colubras? Stich.2.2.v.51.h.e.*inſanus es, & à Furijs agitaris.vide* Muretum. *Var.Lect.lib.14.cap.19.*
Inſanit vehementius. Merc.*ſce.*Diva v.19.
Amoris vitio non meo nunc tibi morologus fio. Perſ. 1.1. verſ. 49.
Quid dicam? niſi ſtultitiâ meâ me immemorem rapi. Ciſt. 1. 2. v. 63.
Non tibi ſanum eſt, adoleſcens ſinciput. Men.3.2. v.40.
Niſi ſis impos animi. Men.1.2.v.1.
Inceptio eſt amentium, haud amantium. Andr 1.3.
Age, ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. Andr.4.2.
Tu pol homo non es ſobrius: id eſt, inſanis. Andr.4.5.
Iam ſatis credis, ſobriam eſſe me, & nil mentitam tibi. Eunuch. 4.4.
Temulenta es, inſanis. Eunuch.4.3.
Sanus es aut ſobrius? Heaut.4.2.
Incerta hæc ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas, quám ſi des operam, ut cum ratione inſanias. Eunuch. 1. 1. v.18.
Scitum herclè hominem: hic homines prorſum ex ſtultis inſanos facit. Eunuch.2.2.v.23.
Pro ſupreme Iuppiter! minimè miror, qui inſanire occipiunt ex injuriâ: Ich möcht auch wol närriſch werden / wegen der groſſen Vnbillichkeit/die mir geſchicht. Adelph.2.1.
Pro Iupiter, rediges tu homo me ad inſaniam. Adelph.1.2.v,31.
Vix ſum compos animi: ita ardeo iracundiâ. Adelph.3.2.
Ineptis: inſanis: deliras: ſatin' ſanus es? Adelph.5.8.
Satin' illi Dij ſunt propitij? Phorm.4.3.
Ego pretium ob ſtultitiam fero: id eſt, iuſtè punior. Andr.3.5.
At ego infelix neque ridiculus eſſe, neque plagas pati poſſum : ich kan anderer Leut Narr nicht ſeyn. Eunuch.2.2.
Flabellum tenere te aſinum tantum. Eunuch.3.5.
Age nunc bellua, id eſt, ſtulta, *huic credis quod dicat?* Eunuch. 4.4.
Idem ſi vobis prodeſt, vos non facere inſcitia eſt. Eunuch.5.9.
Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctesq; & dies. ibid.

In me quidvis harum rerum convenit, quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus: in illum nil poteſt: nam exſuperat ejus ſtultitia omnia hæc. Heaut. 5.1.

Hominum homo ſtultiſſime. Adelph 2.2.

Abi ſis inſciens. Phorm. 1.2.

Quæ inſcitia eſt, advorſum ſtimulum calces? ibid.

Filium narras mihi, cujus de ſtultitia dici, ut dignum eſt, non poteſt. Phorm. 2.1.

Quid pertimui autem bellua? Phorm. 4.2.

Ita populus ſtudio ſtupidus in funambulo animum occupârat. Hecyr. Prolog.

Quot res dedêre, ubi poſſem perſentiſcere, ni eſſem lapis Heaut. 5.1.

Imprudens, harum rerum ignarusq; omnium. Eunuch. 1. 2.

Vide ſis, ne quid imprudens ruas. Heaut. 2.2.

Conveniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat. Andr. 1.3.

Id voluit, nos ſic nec opinãtes duci falſo gaudio, ſperantes jam amoto metu, inter oſcitantes opprimi. Andr. 1.2.

Vtrum ſtultitiâ facere ego hunc, an malitiâ dicam, ſcientem an imprudentem, incertus ſum. Phorm. 4. 3.

Num tibi videtur eſſe apud ſe? Hecyr. 4. 4.

Homines ſecundis rebus effrenatos ſibiq; præſidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet. Off. 18.b

O libidinem effrenatam & indomitam! pro Clu. 20.b

Novi hominis fautorem, novi effrenatam violentiam. in Att. 244.b

Indomitæ atq; effrenatæ cupiditates. in V. 88.a

Effrenatus & præceps furor alicuius. de Ar. 242.b

Mens & effrenata & præceps. pro Cæl. 44. b

Proiecta quædam & effrenata cupiditas pro D. 216.b

Libido efficit effrenatam appetentiam. Tuſc. 212.b

Quæ te tenuit tanta dementia? in Vat. 35.b

Prorſum oblitus ſum mei. Eun. 2.3.14.

Eò redigis me, ut quid egerim egomet neſciam. Eunuch. 4. 4. v.23.

Satis iam bacchatus es, leno. Adelph. 2.1. v.30.

Egone debacchatus ſum in te, an tu in me? Adelph. 2. 1. v.31.

Ne me hac re obtundas ſæpius. Adelph. 1.2. v.33.

Sed heus tu, vide ſis ne quid imprudens ruas. Heaut. 2.3. v.127.

Incur-

Incurriſti amens in columnas. Orat. ad Brut. p. 692.
In amentiam incidere in Verr. p. 392.
Opinio ipſa & fama ſeveritatis veſtra obruet ſcelerati gladiatoris amentiam. Phil. 5. p. 409.
In rebus omnibus imprudentiâ laberis. pro Caio Rabirio pag. 6.
Mutina illi exultanti frenos furoris iniecit. Phil. 13. 5 6.
Sic ſum in Antonium invectus, ut ille non ferret, omnemq; ſuum violentum furorem in me unum effunderet. Ep. ad Fam. lib. 12. p. 380.
Acerbiſſimè inſanire Acad. l. 2. p. 14.
Sapientem in furore ſuſtinere. Acad. l. 2. p. 27.
Furore divino incitari. de Div. l. 2. p. 25.
Furiarum caſtra incolere. Qu. Tuſc. l. 2 p. 356.
Quas ſine ratione, & ſine ullâ ſpe bonâ furor edere potuit, impura belua multorum inflammatus furoribus. de leg. l. 3. p. 357.
Delirare, & mente captum eſſe. 1. Off. p. 35.
Sic ſe res habet, ut eos agitent furiæ, neq; conſiſtere unquam patiantur. pro Sex. Roſc. p. 59.
In fabulis videtis, eos, qui aliquid impiè ſcelerateq; commiſerunt, agitari & perterreri Furiarum telis ardentibus: ſua quemque fraus, & ſuus terror maximè vexat, ſuum quemq; ſcelus agitat, amentiaq; afficit, ſuæ malæ cogitationes, conſcientiaq; animæ terrent. Hæ ſunt impijs aſſiduæ domeſticaq; furiæ, quæ dies noctesq; parentum pœnas, à conſceleratiſſimis filijs. pro S. R. p. 86.
Scelerum pœnis agitatur, à mente conſilioq; deducitur. in Verrem p. 58.
Vſq; eò eſt commotus, ut ſine ullâ dubitatione inſanire omnibus ac furere videretur. in Verr. p. 430.
Furor eius non pudore, ſed metu ac timore repreſſus eſt. in Verr. p. 431.
Quid hoc eſt? quod monſtrum! quod prodigium in provinciam miſimus, non unius libidinem, non ſuos oculos ad omnium inſanias exploret. in Verr. p. 434.
Spumas agit in ore, ardent oculi, voce maximâ copulati veniunt. in Verr. p. 484.
Furor quidam ſceleris, & audaciæ comes iſtius effrenatum animũ, importunamq; naturam tantâ oppreſſit amentiâ, ut nũquã dubitaret in conventu palàm ſupplicia, quæ in conuictos maleficij ſervos cõſtituta ſunt, ea in cives Romanos expromere. I. V. p. 546

Ardent oculi, toto ex ore crudelitas eminet. in Verrem pag. 555.

Vultus erat ipſius plenus furoris, oculi ſceleris, ſermo arrogantiæ. pro L.Mur.p.242.

Qui aliquâ ex parte eius furorem exulantem repreſſit. Seſt. p.48.

Cùm ille furibundus incitata ſuâ mente vecorde veniſſet. Seſt. p.58.

Furorem veſtrum cedendo maluiſſe frangere, quàm reſiſtendo. Vat.76.

Bonis inſaniam ne inferat. Cœl.108.

Voce & clamore abiecti hominis furorem & petulantiam fregi. Piſ.191.

In inſaniam incidiſtis. Piſ.198.

Furores, quos nullis legibus, nullis iudicijs frenare poteramus, ferro à cervicibus veſtris repuli. Mil.253.

Tantus ſtupor & furor eum oppreſſit. Phil.2.p.363.

Amoliendi. *Vide* Abigendi.

Amœnitatis. *Vide* Gaudij.

Amoris. *Vide* Affinitatis.

Amovendi. *Vide* Abigendi.

Amplexandi. *Vide* Oſculandi.

Amplificandi. *Vide* Augendi.

Amplitudinis. *Vide* Honoris.

Amputandi.

Abbrechen/Einſtellen/Innhalten.

Cleomenes anchoras præcidi imperat. in Verr.253.b

Naves præcidere aut incendere. Att.138.b

Cotem novaculâ poſſe præcidi. de D.87.a

Cinna collegæ ſui conſulis Cn. Octavij præcidi caput iuſſit. Tuſc. 239.a

Præcidere alicui manum gladio. de In.69.b

Amici-

Amicitiam decet magis ſenſim diſſuere, quàm repentè præcidere. Off.24.b
Præcidere fiſtula, quibus aqua ſuppeditatur alicui loco. pro Rab. 96.a
Tenedia libertas ſecuri Tenediâ præciſa eſt. Qu.Fr.313.a
Præcidere & abſcindere ſermonem, ut hic qui, &c. nolo plura dicere. ad Her.41.a
Iam tibi maximam partem defenſionis præcideris. in Verrem 139.a
Præcidere alicui ſpem faciendi aliquid. in Verr.80.a
Per abſciſſionem, ſi cum incipimus aliquid dicere, præcidimus. ad Her.41.a
Præcidere ſibiipſi licentiam, libertatemq; vivendi. in Verr.148.b
Is ſibi ipſe reditum præcidit. in P.60.b
Præcide inquit, ſtatue aliquando quod libet. Ac.33.b
Nunquam reo tám humili, tàm nocenti, tam præcisè negavi, quam hic mihi planè ſine ullâ exceptione præcidit. At.121.b

---

Angoris. *Vide* Metûs, & Ægritudinis.
Anhelitûs, *Vide* Suſpirij.

Animi. Sententiæ. *Vide etiam* Cogitandi. Conſtituendi. Deliberandi, Conſilij. Mentis.

Geſinnet ſein / Gedencken / Muth faſſen / Gutt hertz haben / Vorhabens ſein / Willens ſein / In ſinn nemen / Meinung / Vermuthen.

N*Vmerò mihi in mentem fuit.* Amph.1.1.v.25.& 2.2.verſ.79. vulgò σολοικόν τι *hic arbitratur, ſed præter rationem. Vide ſimilia exempla quæ collegi in Lexico Plautino litterâ* In.
Ita animatus fui. Amph.2.2.v.130.
Animum inducere. Aſin.5.1.v.5.
Bonum habe animum. Aul.2.2.v.15.
Animus rediit mihi. Merc.3.1.v.32.

Quod meo animo eſt ægrè. Merc.2.3.v.35.

Animum ego inducam tamen. Ciſt.3.1.v.3.

Animum ſuum offirmare: h. e. vincere. Sein gemütt vberwinden vnd bezwingen. Merc. Prol.v.81.

Patiar: facere inducam animum. Bacch.5.2.v. 71. *Terent.* Ne illis animum inducas credere. *Ita enim rectè diſtinguo apud Plautum, non vt alii,* pati or facere: *quod durum eſt, ac vix Latinum.*

Melius ſanam eſt mulier mentem ſumere. Men. 5.2.v 51. et Amph.5.1..31. Mentem ſanam geſtat. *Vbi non poſſum non ridere mecum, cur Taubmannus noſter non expreſſerit vtrobiq; lectionem omnium MSS codd. qui indidem legunt vel* ſamram, *vel* ſaccam. *Et vos riſum teneatis amici? quoties legitis in vaſto illo atq; ex tot centonibus conſarcinato Commentariò* Pareum *tàm ſalsè ſuggillari, quando non ſemper lectionem MSS. codd. prætulit ingenioſæ lectioni doctorum virorum.*

Animo auſcultare aliquid. Pſeud. .3.v.8. *Sic dictum, vt* obſequi alicui aliquid.

Nimis tardus eſt advorſum mei ſententiam. Mercat. 3. 4. verſ. 10.

Quicquid incerti mihi in animo priùs aut ambiguum fuit. Pſeud. 2.4.v.69.

Habe modò animum bonum. Pſeud.1.2.v.77.

Meo in pectore conditum eſt conſilium. Pſeud.2.1.v.3.

Habe bonum animum. Mil.4.6.v.21.

Animum eram ferocior. Mil. 4.8.v.13.

Cupiens ſuus quid haberet animi filius cognoſcere. Andr. Argum. verſ.7.

Poeta cùm primùm animum ad ſcribendum appulit. Andr. prov. verſ.1.

Animum occuparat in funambulo. Hecyr.v.5.

In animum induxi Hecyr.prol.v.50.

Infirmum animum gerere, gubernat eos animus. Hecyr.3.1.31.

Strenuum hominem præbuit. Phorm.1.1.12.

Nonnunquam ſummis oratoribus non ſatis ea ſententia eventus dicendi procedit. de Orat.lib.1.pag.1.

Animus referendus eſt ad ea capita. de Orat. libr. 2. pag. 386.

In ſcribendo leni animo ac remiſſo fuiſſe. de Orat. libr. 2. p.399.

Satis

Satis animo certo & confirmato me in hac cauſâ conſiſtere poſſe. pro Quint.p.27.

In re aliquâ animum habere. in Verr.p.270.

Animo ſoluto ac libero eſſe. in Verr.p.300.

Meum animum in illos, tum mei conſilij negotijq; totius ſuſcepti cauſam rationemq; propoſui. in V.p.479.

Is eſt exorſus orationis meæ, videte quem vobis animum ſuſcipiendum putetis. pro Leg.Man.p.62.

Animo nimis fracto atq; afflicto eſſe pro Dom.p.432.

Multi cives forti & magno animo invenirentur. Sest.7.

Mentem optimi viri ſuis conſiliis ac fictis terroribus à defenſione meæ ſalutis averterunt. Sest.14.

Nos ut quieto & magno animo ſimus hortatur. Mil. 223.

Eſt incredibili quodam animi robore ſeptus Mil.263.

Quod animo intenderunt. Phil.10.p.468.

Animum alicuius confirmare & tenere. Epiſt. ad Fam. libr. 1. p.26.

Quo tandem animo in te eſſe debeo? Epiſt.ad Fam.lib.3.p.84.

Levare animum moleſtiis. Ep.ad Fam.lib 4.p.96.

Unà animum cum ornamentis amiſimus. Epiſt. ad Fam. lib.14. p.450.

Ad exiſtimationem imperij pertinere arbitratus ſum, comprimere eorum audaciam, quò facilius etiam cæterorum animi, qui alieni eſſent ab imperio noſtro, frangerentur. Epiſt. ad Fam. lib. 15.p.469.

Statutum ſic cum animo deliberatumq; habeo. in Verrem p.346.

Non occurrit animo. Acad lib.2.p.76.

Ipſum animal orbant animo. Acad.lib.20.p.19.

Impreſſum in animo, atq; in mente. Acad.lib.2. p.21.

Animus eripitur homini. Acad.lib.2.p.21.

Parùm defigunt animos, & intendunt in ea, quæ perſpicua ſunt. Acad.lib.2.p.26.

Animi moventur eodem modo rebus ijs, quæ multæ ſint. Acad.lib. 2.p.26.

Cum perturbationem animi illi ex homine non tollerent. Acad. quæſt.l.1.p.91.

Animos tranquillare. de Fin.lib.1.p.117.

Temeritas animum ſemper excruciat, & ſolicitat. de Fin. lib. 1. p.117.

Acri animo, & attento aliquid intueri. de Finibus libr. 1. pag. 119.

A conſuetudine oculorum animum abducere difficillimum dicebas. de Nat. Deor. lib. 3. p. 124.

Mentem ſevocare ab oculis. ibid.

Mente aliquid comprehendere. ibid.

Anxio animo & ſolicito eſſe. de Fin. l. 2. p. 151.

Vt animus moleſtiis hiſce potiſſimùm relevaretur. de Divin. lib. 2. p. 218.

Aciem animorum noſtrorum virtutis ſplendore perſtringitis. de Fin. l. 4. p. 228.

Animo eſſe quieto & libero. de Div. l. 2. p. 245.

Animo & ſenſibus uti. de Fin l. 5. p. 268.

Animos demittere. de Fin. l. 5. p. 269.

Qui altiore ſunt animo. de Fin. l. 5. p. 275.

Animi principatum tenere Quæſt. Tuſc. l. 1. p. 302.

Ardore animi coaleſcere. Tuſc. l 1. p. 312.

Cum animi celeritate contendere. ibid.

Niſi animũ ad ſeipſum advocamus, ſecum eſſe cogimus, maximeq́; à corpore abducimus. Qu. Tuſc. l. 1. p. 325.

Quidam ſuſcipiunt animum poſſe manere corpore vacantem. Qu. l. 1. p. 327.

Animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec manibus ullis elui poteſt. de leg. l. 2. p. 329.

Pendemus animis, cruciamur, angimur. Qu. Tuſc. l. 1. p. 335.

Vivere animo quieto. Qu. Tuſc. l. 2. p. 350.

Molliunt animos noſtros. Qu. Tuſc. l. 2. p. 357.

Nimis es animo molli. Qu. Tuſc. l. 2. p. 368.

Animum comprimere. Qu. Tuſc. l. 2. p. 369.

Animo ſuccumbere. Qu. Tuſc. l. 2. p. 770.

Animum alicuius oblectare. Qu. Tuſc. l 3. p. 402.

Perleviter pungere animi dolorem. ibid.

Vacare omni perturbatione animi. Qu. Tuſc. l. 5. p. 457.

Mederi animis nec eos turbulentos eſſe pati. Qu. Tuſc. lib. 4. p. 419.

Animos demittere & contrahere. ibid.

Animum auditùs ſuavitate detinere, Quæſt. Tuſcul. libr. 4. p. 421.

Mentem loco movere. ibid.

Animum perfundere. ibid.

Animos affligere & debilitare metu. Qu. Tuſc.l.4.pag.427.
Perturbare animum. Qu. Tuſc.l.4.p.440.
Sed nos umbris, deliciis, ocio, languore, deſidiâ animum infecimus opinionibus, maloq́ue more delinitum inivimus. Qu.Tuſc.l.5. p.491.
Animum traducere ad voluptatem. Quæſt. Tuſcul. lib. 5.pag. 491.
Exuſcitat animos & maiores ad rem gerendam facit. 1. Off. pag.8.
Complecti animo & cogitatione debemus. 1.Off.p.47.
Gere igitur animum laude digniſſimum. Parad. 5.p.235.
Nos verò ſiquidem animo excelſo & alto, & virtutibus exaggerato ſumus. Parad. 5. p. 276.
Nam quocunq́ue te animo & cogitatione converteris. de Orat. l.p. 270.

Annonæ caritatis.

Theurung. Wolfeylung.

CVm ingraveſceret annona. pro domo p.404.
Repentè vilitas annonæ ex ſummâ inopiâ & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt, quantum vix ex ea ſummâ ubertate agrorum diuturnâ efficere potuiſſet. pro Lege Man. p. 645.
In maximâ caritate annonæ familiam non alere. Off.l.3. p.134.

Annumerandi. Adſcribendi.

Zehlen/ Zurechnen/ Rechnen/ Halten vor etwas/ Mit einzehlen/ Vnterzehlen/ Vntermengen.

VNum etiam hoc vos oro, ut me in voſtrum gregem recipiatis. Eunuch. 5.9.
In hac ego legatione ſim, aut ad id conſilium admiſcear, in quo. in A. 242. b.
Trebatium verò meum quod admiſceas, nihil eſt. At.242.b.

Quos equidem in Deorum immortalium cœtu, ac numero repono. pro Seſt.27.b.

Tamen hunc in numero non repono. de Opt. 244. a.

Reponere ſtellas in numero Deorum. de Nat.36.b.

Reponi in numero proborum hominum. in V. 95. b.

Reponi in locum alterius. Brut. Att. 285.a.

Reponere aliquid in numero fabularum de In.51.a.

Homines mortuos reponere in Deos. de N.9.b.

Si placuit, vos hanc defenſionem in aliquo artis loco reponetis. de Or.110.b.

Nam ſi alii propterea laudantur, quòd pro libertate arma ceperunt: cur non M. Brutus in eâdem causâ reponatur? in Ant.227.a.

In grege hominum numerari. pro Sext.Roſc.p.77.

Referre aliquid in Codicem. Quint.Roſc.p.92.

In Deorum numero aliquid referre. de Nat. Deorum. libr. 2 pag.15.

In Deorum numero reponere aliquid. de Nat. deorum. libr. 2. pag.71. Et lib. 1.p.136.

Quid enim aiebat, ſi ij fratres ſunt in numero Deorum, num de patre eorum Saturno negari poteſt? de Nat.l.3.p. 3.

Beluas in Deorum numero reponere. de Nat. Deorum. libr. 3. pag.15.

In deorum numero haberi. Ibid.

Niſi maiores eos, qui ex hac vitâ migraſſent, in deorum numero eſſe voluiſſent. de Leg.l.2.p.342.

In Deorum numero eſſe. de nat. deor. l.1.p.136.

Reponere aliquid in numerum Deorum Ibid.

Quod ſi nubes retuleris in Deos, referenda certè erunt tempeſtates. Ibid.

Ergo imbres & turbines ſunt Dij putandi. Ibid.

In medio relictum quod erat, populo Rom. adiudicavit. 1. Off pag. 16.

Annuendi. *Vide* Conſentiendi.

Annunciandi. *Vide* Nuncii.

Anſam præbendi. *Vide* Alliciendi.

Antepo-

Anteponendi. Excellendi. Præponendi. Præferendi.

Vorziehen/ Vorſetzen/ Vorkommen/ Vorgezogen werden / vorgehen.

Sed quoniam pietatem amori video tuo prævortere. Pſeudol. 1. 3. v. 58.

Nemo antecedat filio credo meo. Pſeud. 1. 5. v. 3.

Hoc prævortar principio. Pſeud. 2. 2. v. 8.

Quæ habent nocturna ora noctu ſacrificatum ire occupant. Pœn. 1. 2. v. 10.

Illic redeundum eſt, ne mi uxorem prævortiſſe dicant præ Republicâ Amph. 1. 3. v. 10.

Sicut nos inter alias præſtitimus pulchritudine. Pœn. 5. 4. v. 21.

Solus eſt quem diligunt Dij. And. 5. 6. v. 9.

Homines beſtiis præſtant. de Iuven. l. 1. p. 137.

Iam neminem antepones Catoni. Brut. p. 538.

Qui enim his rebus, quas dixi, excellunt, ipsâ virtute videntur excellere. in Top. p. 719.

Neminem mihi præponendum puto. in Verr. p. 112.

Non quo mihi potior ſit officii mei, quàm huiuſce ſalutis defenſio. pro Mur. 12. a.

Mors quæ civib. Rom. ſemper fuit ſervitute potior. in A. 228. b.

Res eſt potior oratione. Ep. 180 a.

Filius plus pollet, potiorq́ eſt patre. Tuſ. 124. b.

Qui hæc legere aſſueverit, iudicabit nulla ad legendum his eſſe potiora. de Fin. 51. a.

Si quid eiuſmodi acciderit, ne quid tibi ſit famâ meâ potius. At. 251.

Illa ſemper potiora duxiſti, quæ ad ſapientiã ſpectarẽt de Or. 150. b.

Itaq́ cives potiores ſunt, quàm peregrini, propinqui quàm alieni. de Am. 99. a.

Topice, quæ ad uſum potior erat. Top. 221. b.

Quid potius? id eſt, *quid melius.* in V. 98. a.

Nemini concedo, qui tibi potior vetuſtate neceſſitudinis poſſit eſſe (Ep. 144. b.

Cùm in Africam veniſſem, nihil mihi fuit potius, quàm ut Maſiniſſam convenirem regem. de Som. 126. b.

Incredibile eſt, quanto herum anteeo ſapientiâ. Phorm. 1. 5.

Miror, ubi ego huic anteverterim. Eunuch. 4. 5. v. 12.

Qui anticipes eius rei moleſtiam. Ep, ad Att. l. 8. p. 260.

Ego ſtatui dignitatem & ſalutem provinciarum atq; ſociorum meis omnibus commodis, & rationibus præferri oportere. pro lege Man.pag.656.

Extremum mihi propoſui. pro lege Man. pag.634.

Neq; me tibi, neque quenquam antepono. Epiſt. Attic. libr. 1. pag.32.

Reperies multos, quibus periculoſa & calida conſilia quietis cogitationibus ſplendidiora & maiora videantur. Off.1.p.33.

Qui anteire cæteros virtute putant. Off l.2.p.78.

Itaq; non ut aliquando anteponeremus utilia honeſtis. Off. libr.3. p. 113.

Multùm omnibus corporum viribus & dignitatibus anteſteterunt. de inv. l. 2.p.198.

Dignitate cæteros antecellit. in Verr.p.346.

Omnibus ingenii gloriâ antecellere. pro Archiâ Poet. p.346.

Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis. de Amic.p.189.

Sic etiam moderationi modeſtia ſemper anteponenda. Off. libr. 1 p.63.

Aperiendi. *Vide* Ædium: & Reſignandi: & Rumoris.

Ἀφορμῆς. *Vide* Cauſa.
Apparatûs. *Vide* Promptitudinis.
Appellendi. *Vide* Accedendi.
Appetitûs. *Vide infra* Cupiditatis.

Begierde/ Luſten.

QVi appetitus longiùs evagantur, & tanquam exultantes ſive cupiendo, ſive fugiendo, non ſatis à ratione retinentur, ſi ſine dubio fidem & modum tranſeunt. 1.Off.p.41.

Aut libidine aliquâ aut metu commoti ſunt, ut voluptate nimiâ geſtiant. Ibid.

Appetitus omnes contrahendi ſedandiq;. 1. Off.p.41.

Appetitum rationi obedientem præbeamus. 1.Off.p.53.

Efficiendum eſt, ut appetitus rationi obediant, eamq; neq; præcurrant, nec propter pigritiam aut ignaviam deſerant: ſintq; tranquilli, atq; omni perturbatione animi careant. 1.Off.p.41.1.

Appe-

Appetitione nimiâ inflammari. Quæſt. Tuſcul. libr. 4. pagin..427.

Applicandi, Adjungendi.

Zuthun / Beythun / Beyſügen / Begeben vff etwas.

TVm ille egens forte applicat primùm ad Chryſidis patrem ſe. Andr.5.4.

Ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerumque applicat. Andr. 1.2.

*Ne ille pro ſe dictum exiſtimet, qui nuper fecit:&c.*id eſt.*ad ſe applicet.* Heaut Prolog.

Animum ad aliquod ſtudium adiungere. Andr. 1. 1.

Animum ad aliquam rem adiicere. Eunuch. 1.2.

Ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunq; applicat. Andr.1.2.

Approbandi. Aſſertionis. Aſſeverandi. *Vide etiam* Conſentiendi.Confirmandi.

Gut heiſſen / Zuſtimmen.

QVieſco ergò: Amo te. Pœn. 1. 2.v.42. *Venuſta famula, cùm grata, & accepta nobis aut facta aut verba aliorum ſignificamus.* Caſin. 2. 2. v. 24. *Cicero:* De eâ re multum te amo.

Approbare vera pro falſis. Acad.l.2.p.29.

Appropinquandi. Imminendi.

Zunahen / Herbey nahen.

IMpendebat direptio, imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis. pro Dom.218. a.

Certior ſum factus, Parthos ab illo aditu Cappadociæ longè abeſſe Ciciliæ magis imminere Att. 79.a. {2.1.a.

Ipſe autem eo die in Pæti noſtri tyrotarichum imminebam. Attic.

Qui imminere iam cupiditate videntur in tribunitiam poteſtatem pro Dom. 221.b.

Huius mendicitas aviditati coniuncta in fortunas noſtras imminebat. in A. 198 a.

Aliquem avaritiâ hiante atq; imminenti eſſe. in V. 165.b & a.

Iſte infeſtus in omnia maria ex omnibus Siciliæ partibus imminebat. 261.b.

Homo ad cædem imminens. pro Dom. 216.a.

Qui etiam per iocum irridens Deo, mergi eos in aquam iuſſit ut biberent. de Nat. deor. l. 2. p. 56.

Summam attingere aquam. Tuſc. qu. l. 1. p. 198.

Aquam turbidam & cadaveribus inquinatam bibere. Tuſc. qu. l. 5. p. 487..

Arandi. *Vide Titulo* Agriculturæ & Ruris.
Arbitrandi. *Vide Titulo* Opinionis.

Arbitrii. Voluntatis. Ingenii. *Vide etiam* Sententiæ.

Sinn/ Eygenſinnig/ Willen/ Gutwillig/ Gutachten/ Eygengefallen/ Eygen Willkuhr.

F*Acere aliquid ſuo modo & more.* Amph. 1. 1. v. 66.

Proinde ut commodum ſiet, & lubet quicquid facias. Amph. 2. 1. v. 8.

Arbitratu tuo. Amph. 3. 2. v. 50.

Immigravi ingenium meum. Moſtel. 1. 2. v. 54.

Non tuo hoc fiet modo. Mæn. 2. v. 25.

Quid tibi eſt? Aul. 2. 2. v. 65.

Lubens meritoq; vitulor. Perſ. 2. 3. v. 2. Vſitata formula quam vide apud Briſſonium elegantiſſimo Formularum libro

Hoccine me miſerum non licere meo modo ingenio frui. Heaut. 2. 4. verſ 21.

Ad eorum arbitrium & nutum totos ſe fingunt & accommodant. Orat. ad Brut. p. 629.

Quid

Quid mihi nunc quæſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? de Or.95.b.

Quæ mihi facultas, ut id meo arbitratu facerem, ante hoc tempus nunquam eſt data. de Fin.64.b.

Quo loco niſi iniquum poſtulo, reſponde arbitratu meo. de Fin. 106 b.

Quas ſententias in hoc libro expoſui meo arbitratu. de Am.96.a.

Ego literas ipſius arbitratu dabo, ex te non moveant. A.25.a.

Quæro cauſſas omnes aliquando vivendi arbitratu meo. Ep.95.a.

Tribunitii candidati compromiſerunt, H S. CCCCC. in ſingulos apud M. Catonem depoſitis, petere eius arbitratu ut qui contrà feciſſet, ab eo condemnaretur. Qu.Fr.316.b.

Apud quos, quo more, cuius arbitratu ſit educatus. de In.50.b.

Veni igitur, & age de pace, meóne inquam arbitratu? an tibi inquit ego præſcribam? At.153.a.

Cum ſummam tantæ pecuniæ nullo teſte ſibi ipſe ſuo arbitratu, & ſuâ voluntate feciſſet. cont.Rul.79.a.

Ad noſtrum arbitrium libidinemq; adverſariorum minas eludemus. in V.72 a.

Hic Heracleo ad arbitrium ſuum navigavit. in V.255.a.

Secundum arbitrium tuum teſtes dabo. in V.269.b.

Ad aliorum arbitrium vivere, non ad ſuum. pro Mur.128.a.

Cum Vectius ad arbitrium tuum peroraſſet. in Vn.34.a.

Mentes iudicum ad arbitrium ſuum poſſe movere. de Or.115.a.

Quid Epicurei? num deſiſtunt de iiſdem, de quibus ab Epicuro ſcriptum eſt, ad arbitrium ſuum ſcribere? de Fin.50.a.

Ad alicuius arbitrium & nutum totum ſe fingere & accommodare. Or.199.a.

Delectationes quas tibi ipſi ad arbitrium tuum compares. Epiſt. 94.b.

Et in eâ (regione) ſitum loci cuiuſdam ad ſuum arbitrium fabricari & architectari. ad Her 22.a.

Ad arbitrium hoc animo adimus. pro.Qu.Roſc.p.95.

Res niſi ad nutum eius iudicata eſt. In Verr.p.140.

Venit in alterius arbitrium ac poteſtatem. in Verr.p.218.

Ad arbitrium litteras conficere. in Verr. p.550.

Omnia iura eius in ſententiis veſtris verſantur. in Verr.p.561.

Adducere aliquem ad arbitrium ſuum. Ep.ad.Fam.l.5.p.155.

In noſtrâ poteſtate eſt... Off. p.21.

Omnia ad ſuum arbitrium referre. Qu.Tuſc.p.482.

Qui intro

Qui introducunt cauſſarum ſeriem ſempiternam, hi mentem hominis voluntate liberá ſpoliant, (al.ſpoliatam) *neceſſitate fati devinciunt.* de Fat.144.a.

(*Non enim ſi alii ad alia propenſiores ſunt, propter cauſſas naturales & antecedentes, idcircò etiam noſtrarum voluntatum & appetitionum ſunt cauſſa naturales & antecedentes: nam nihil eſſet in noſtrâ poteſtate, ſi res ita ſe haberet. Hac pauca verba idcircò addidi, quod ad liberam voluntatem pertinent.* de Fat. 141.b.

Animus fractus & abiectus, & arbitrio carens ſuo. Parad. 122.b.

Antonius in ſuâ poteſtate nunquam fuit, nihil unquam arbitrio ſuo fecit, ſemper eò tractus quò rapuit libido. in A.106.b.

Puto arbitrio ſuo quemq; timere oportere. pro Dom.214.b.

Maximas res arbitrio multitudinis agi. in V.242.b

Eius orationis cuſtodienda & proferenda arbitrium tuum ſit. At. 243.b.

Antonius poſtulat eſſe arbitrium ſuum de rep. At.185.a.

Tametſi iactat ille quidem illud ſuum arbitrium. At.6.a.

Sed ego planè vellem me arbitrum intra antiquam Academiam & Zenonem datum. de Leg.l.1.p.314.

Ego autem voluntatem tibi profecto emetiar. Brut.p.525.

Voluntates omnes liberas rerum habet. Inv.v.p.305.

Tàm diu propendit, quàm diu uoluntas tulit. In Verrem.p.319.

Si tua feret voluntas, pro Man. p.656.

Sanè vellem potuiſſet obſequi voluntati tua. Epiſt. ad Fam. lib.3. pag. 66.

Vt illius voluntati & meis ſtudiis inſerviam. Epiſt. ad Fam. l. 4. p.98.

Velim priſtinam tuam erga me voluntatem conſerves. Epiſt. ad Fam. l.5. p.120.

Facere non potui, quin tibi & ſententiam & voluntatem declararem meam. Ep. ad Fam.l.1.p.174.

Velim mihi ignoſcas, ſi illius voluntati obtemperans, minùs videbor meminiſſe conſtantia mea. Epiſt.ad Fam.l.13.p.440.

Quod voluntati tua maximè conducet: ſi feceris maximè obtemperabis voluntati mea. Epiſt. ad Fam l.16.p.492.

Ex Epiſtolâ voluntatem eius rei tuam perſpicere videor. Epiſt. Att. l.1 p.14.

Eam voluntatem eius recuperare non potui. Epiſt. Attic. libr. 1. pag.15.

Non

Non potui cauſam dicere immutatæ voluntatis. Ep. Att. libr. 11. p. 5.

Iactat ille quidem illud ſuum arbitrium. Epiſt. Att. lib. 1 p. 15.

Vt crebris literis illius voluntas erga me confirmetur. Ep. Att. lib. 11. p. 342.

Obire & parére voluntati alicuius. de Nat. Deorum libr. 1. p. 10.

Obſequar igitur voluntati tuæ de Finib. lib. 2. p. 134.

Æquius autem erat id voluntate facere. 1. Off. p. 14.

Ipſi quàm perſonam gerere velimus, à noſtrâ voluntate proficiſcitur. 1. Off. p. 46.

Arceſſendi. *Vide* Vocandi.

Ardoris. Ardendi. Accendendi. Inflammandi. *Vide etiam* Deſiderandi.

Brennen / Anbrennen / Anzünden / Entzünt werden.

His edictis ardet dolore & irâ noſter Pompeius. At. 34. b

Tu mihi non ſolum incendere iudices, ſed ipſe ardere videris. de Or. 125. b

Cùm ſpumas ageret in ore, arderent oculi. in V. 234. b

Cùm arderet Syria bello. At. 95. a

Orbem terrarum diſtributis imperiis ardere bello. E. 46. a

Vna Gallia communi non ardet incendio. Or. 100. a

Verres ardebat amore illius hoſpitæ. in V. 132. b

Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur irâ: ex Cæcilio. pro Cæl. 45. a

Ardere cupiditate alicuius rei. in P. 91. b

Ardet ſtudio hiſtoriæ. At. 269. a

Noſtra antiqua manus bonorum ardet, & ſtudio noſtri, atq; amore. Qu. Fr. 302. b

Res ardet invidiâ. Qu. Fr. 316. b

Non angor, ſed ardeo dolore. At. 138. b

Omnia tùm in illum odia civium ardebant deſiderio mei. pro Mil. 109. a

Vidimus eos ardentes tùm cupiditate, tùm metu, tùm conſcientiâ, de L. 178. b

Nunc animus demum mihi ardet. de Fin.67.a
Nec ſitienter quid appetens deſiderio ardeat. Tuſc.217.a
Is cùm arderet podagræ doloribus, mane quaſo inquit &c. de Fin. 147.a

Argenti. *Vide* Divitiarum.
Arguendi. *Vide* Accuſandi, & Refutandi.

Argutiarum. Facetiarum. Ioci.

Lüſtig/ Schertzen/ Schimpfen/ Boſſiren/ Arglüſtig.

FLuere facetijs. Mil.4.8.v.12.
Qui mihi inter patinas exhibet argutias. Moſtell.1.1.v.2.
Ioca illa tibi dixeram dudum. Amph.3.2.v.35.
Si quid dictum eſt per iocum, non æquum eſt id te ſeriò prævortier. Amph. 3.2.v.48.
An id ioco dixiſti? Amph.3.3.v.9.
Quod luſi tecum non par identidem ſeriò vortier. Aul. ſc. Quid hic v.11.
Solet iocari ſæpè mecum illo modo. Men.2.2.v.43.
Iſthæc ioco dixit. Stich.1.1.v.21.
Cuſtodem oblectent per ioculum & ludum. Truc.1.2.v.11.
Quid illud, quo pacto Rhodium tetigerim in convivio, nunquid tibi dixi? Eunuch.3.1.
Iugularas hominem, ſcil. *iſto dicto vel ioco.* ibid.
Labore alieno magno partam gloriam verbis ſæpè in ſe tranſmovet, qui habet ſalem, qui in te eſt. ibid.
Ludum iocumq́ dices fuiſſe illum alterum, præut huius rabies quæ dabit. Eunuch.2.3.v.8.
Iocularium in malum inſciens penè incidi. Andr.4.5.
Iocularem audaciam: id eſt, ridiculam. Phorm.1.2.
Habes enim quibuſcum iocari poſſis. ad Herenn. libr. 2. p.42.
Ne iocis quidem reſpondeo, quibus in caſtris uſum eſſe dixiſti. Phil. 2.p.353.

Iami-

Familiariter cum ipſo cavillor, & iocor. Epiſt. ad Att. libr. 2. p. 37.
Mirificè facetijs capior. Epiſt. ad Fam. lib. 9. p. 257.

Argumenti. *Plura Vide Tit.* Rationum. Cauſæ. *Vide etiam* Signi. Confirmandi.

Anzeigung/ Beweiß/ Zeichen/ Vrſach.

R*Es utriq; eſt argumento.* in V. p. 375.
Argumento uti. Acad. lib. 2. p. 38.
Argumentum ex aliquo ſumere. ibid.
Pòſt argumentis & quaſi rerum notis utebantur ad probandum. Acad. Qu. lib. 1. p. 89.
Quàm plurimis poſſes argumentis onerare iudicem. de Nat. Deor. lib. 3. p. 120.

Armaturæ. *Vide Tit.* Belli.
Arrogantiæ. *Vide Tit,* Superbiæ.

Artificis. Artificij. Artis. Opificum. Vaſorum.

Handwerck/ Werckmeiſter/ Kunſt/ Werckſtatt/ Laden/ Gaden/ Geſchirr/ Kunſtſtück.

P*Oeta tu es prorſus ad eam rem unicus.* Aſin. 4. 1. v. 3.
Quid eſt, quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius? Andr. 1. 1.
Nihil iſtac opus eſt arte ad hanc rem, quam paro. ibid.
Hoc novum eſt aucupium: ego adeò hanc primus inveni viam. Es iſt eine newer fund. Eunuch. 2. 2.
Tabernam illi inſtructam & ornatam Larini medicinæ exercendæ causâ dedit. pro Cl. 55. b
Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet. in Ant. 164. a
Cùm ambo in quandam tabernam divertiſſent, ſimul cœnare voluerunt. de In. 63. b
Cùm edictis tuis tabernas claudi iubebas. pro D. 124. b

Occludi tabernas iubes. Ac.36.a

Leno quidam Lentuli concurſat circum tabernas, precio ſperans ſolicitare poſſe animos egentium. I.C.122.a

Occluſis tabernis quæſtus minui ſolet. ibid.

Opifices & tabernarios, atque illam omnem fecem civitatum quid eſt negotij concitare? pro Flac.149.b

Clodius concitator tabernariorum. pro Dom.215.b

Niſi ego cum tabernarijs & aquariis pugnarem, veternus civitatem occupaſſet. E.115.b

Quantum pauca opera & mercedes fabrorum tulerunt. in Verr. 106.a

Vt ipſe ad operas mercenarias ſtatim protrahatur. in Ant. 157.a

Publicis operis diſturbare domum aliquam. in Ant.155.a

Navem tibi operis publicis eſſe ædificatam. in V. 245.a

Operas ſuas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur. Q. Fr.308.b

Plancius in operas plurimos patris autoritate & gratiâ miſit. pro Plan.268.b

Erat mihi contentio cum operis conductis. pro Seſt.11.a

Is venditabat ſe operis, atq; ab iis ſe ereptum, ne de ambitu cauſam diceret, prædicabat: ab iisdem invito etiam Senatu, provinciam ſperare dicebat. pro Seſt.6. b

Operæ Clodianæ pontes occupaverunt. At.6.b

Qui erant mecum, facilè operas aditu prohibuerunt. Att.65.a

Hæc omnia antiquo opere & ſummo artificio facta. in Verr.210.b

Quare iſte non opere delectatur, ſed pondere. in Verr.129.a

Hydria præclaro opere, grandi pondere. in Ver.206.b

Galea cælata opere Corinthio. in Ver.223.a

Exornare ſepulchrum opere tectorio. de Leg.183.a

Stragulum magnificis operibus pictum. Tuſc.240.a

Erit igitur extructa moles opere magnifico, inciſæq; literæ. in A. 264 a

Tum illa ex patellis & thuribulis, quæ vellet, ita ſcitè in aureis poculis, ita aptè in ſcyphis aureis includebat, ut ea ad eam rem nata eſſe diceres. in Verr.p.438.

Candelabrum è gemmis clariſſimis, opere mirabili perfectum attulerunt. in Ver.p.441.

Pulchritudo eius recens ad hominum oculos atq; integra perveniret. in Verr.p.442.

Erat

Erat eo ſplendore, qui ex clariſſimis & plurimis gemmis eſſe ardebit, eâ varietate operum, ut ars certare videretur. in Verr. p.442.

Cum copiâ habebit domi ſuæ candelabrum Iovis è gemmis auroq́; perfectum, cuius fulgore collucere, atque illuſtrari Iovis templum oportebat, in quibus & iam ille Taurus, quem crudeliſſimus omnium tyrannus Phalaris habuiſſe dicitur, quo cives ſupplicij causâ demittere homines & ſubijcere flammam ſolebant. in Verr. p.445.

Eſt ex ære ſimulachrum ipſius Herculis, quo non facilè dixerim quicquam me vidiſſe pulchrius. in Verr. p.446.

Viginti & ſeptem tabulas pulcerrimè pictas, quæ non ſolum pictorum artificio delectabant, ſed etiam commemoratione hominum, & fortunarum cognitione. in Verr. pag. 472.

Confirmare hoc liquidò poſſum, valvas magnificentiores ex auro atq; ex ebore perfectiores nullas unquam ullo tempore fuiſſe: incredibile dictu eſt, quàm multi Græci de valvarum harum pulchritudine ſcriptum reliquerint: ex ebore diligentiſſimè perfecta argumenta erant in valvis. in Verrem p.472.

Gorgonis os pulcerrimum, criminum anguibus, menſas Delphicas è marmore, Crateras ex ære, vim maximam vaſorum Corinthiorum. in Verr. p.473. & 475.

Si quis illam artem comprehenderit. de Orat. libro 2. pag. 365.

Patera, quâ mulieres ad res divinas utuntur, thuribulum antiquo opere & ſummo artificio factum ademit. Hæc autem omnia antiquo opere, & ſummo artificio facta. in Verrem pag. 413.

Eandem artem etiam Ægyptij, longinquitate temporum, innumerabilibus penè ſeculis conſecuti putantur. de Divinat. lib. 1. p.155.

Eas artes perſequeretur. de Finib. lib. 1. p.125.

Sed luſtremus animo has maximas urbes. de Finibus libr. 2. p. 176.

Ad voluptates artes ſuas dirigere. de Fin. lib. 2. p.176.

Tamen his ipſis artem adhiberi videram. de Orat. libr. 1. p.306.

Quid eſt, quod artè effici poſſet? Acad. lib. 2. p.15.

Artem tractare. ibid.

Componunt artem quandam de his. Acad.lib.2.p.23.

Arte maiore eſſe praditum Quæſt Tuſc.lib.5.p.790.

In maiore & uberiore aliquâ arte verſari. Quæſt. Tuſcul. lib. 2. p.297.

Artium liberalium. *Vide* Studiorum.
Adſcribendi. *Vide* Annumerandi.
Adſpectûs. *Vide* Conſpectûs.

Adſpergendi.

Duncken/Eindunckẽ/Beſlecken/Beſprengen.

HOſtiam immolare noluit, ne aram ſanguine aſpergeret. de N.77.b

Miloni nonnullam laudatione tuâ labeculam aſpergis. in Verr. 37.a

Ne qua ex tuâ ſumma indignitate labes illius dignitati aſpergatur. in Vat.32.a

Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leviter aſperſus. Ep.84.a

Qui iſtius facti non modò ſuſpicione, ſed ne infamiâ quidem eſt aſperſus. pro Cæl.42.a

Ebutio ſextulam aſpergit. (id eſt, *heredem fecit ex ſextulâ.*) pro Cæc.288.a

Hunc tu vitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis? pro Planc. 265.a

Hæc aſperſi, ut ſcires me tamen in ſtomacho ſolere ridere. Epiſt. 27.b

Quod tamen eſt mendaciunculis aſpergendum. de Orat. 131.a

Huic generi orationis aſpergentur etiam ſales. de Or. 204.b

Nunc mihi iucunditatis plena epiſtola, hoc aſperſit moleſtiæ, quod. Qu. Fr.312.b

Atq; etiam ipſe conditor totius negotij guttam aſperſit huic Balbo. pro Clu.32.a

tes facilitatem comitatemq́ tua gravitati & ſeveritati a-ſperſeris. pro Mur.140.a

co illa in omni parte orationis ſuâ arte aſpergi videbatis. pro Cor.66.b

etiam Veneris Cnidiæ Coæque pulchritudinem effingi poſſe aſperſione fortuitâ putas? de Divin.85.a

tuſconſulta quaſi fuligine aſperſa. in A.177.b

in ore attingere, dentibus inſecare, linguâ aſpergere poſſit. ad Her.39.b

---

Aſpernendi. *Vide* Contemnendi.
Aſpiciendi. *Vide* Videndi.
Aſſentandi. *Vide* Adulandi.
Aſſentiendi. *Vide* Conſentiendi
Aſtutiæ. *Vide* Doli.

Aſſuefaciendi. *Vide etiam* Conſuetudinis.

Gewehnen.

Taq́ orbus iis rebus omnibus, quibus & natura me & voluntas & conſuetudo aſſuefecerat, cùm cæteris, tùm mihi ipſi diſpliceo. Ep.57.a

ma quæ tractare ceperam, & quibus me aſſuefeceram. de Cla. 165.b

ſar ceteras nationes imperio Rom. parere aſſuefacit. de Pro.75.b.

uorum ſermoni (al. *ſermone*) *aſſuefacti qui erunt, ne cupientes quidem poterunt loqui, niſi Latinè.* de Or. 146.a

militer igitur ſuſpicor, Curionis, etſi pupillus relictus eſt, patrio fuiſſe inſtituto, puro ſermone (al. *ſermoni*) *aſſuefactam domum.* de Clar.184.a

tq́ idem tamen ſtuprorum & ſcelerum exercitatione aſſuefactus frigore & fame, (*al.* exercitatione, aſſuefactus frigori & fami) *& ſiti ac vigiliis perferendis, fortis ab his iſtis ſuis ſociis prædicabatur.* in Catil.106.a

ic tu internoſces, ſi aſſueveris. Acad.15.a

Ut fremitum aſſueſceret voce vincere. de Fin.125.

ea aſſiduitate quotidiana, & conſuetudine oculorum aſſueſcunt animi. de N.45.a

Ego ſervo & ſervabo (ſic enim aſſuevi) Platonis verecundiam. Ep.141.a

Vicinitas non aſſuefacta mendacijs. pro Planc.263.b

Homines labore(al.*labori*) *aſſiduo & quotidiano aſſueti.* de Or. 148.a

---

Athletæ. *Vide* Pugilis.

Attendendi. *Vide* Audiendi.

Attinendi. *Vide* Pertinendi.

Attribuendi. Adiungendi. *Vide etiam* Addendi.

Zuſchreiben / Zurechnen / Zuſprechen / Zuerkennen / Zuthun.

RVllus &c. populo Romano adiudicabit, paulò pòſt: iudicabit Alexandriam regis eſſe: à populo Roman. abiudicabit. primum pop Romani hæreditatem Decemviri iudicent? cùm vos volueritis de privatis hæreditatibus Centumviros iudicare? deinde quis aget cauſſam Populi Romani? ubi res iſta agetur? qui ſunt iſti Decemviri, quos perſpiciamus regnum Alexandriæ Ptolomæo gratis adiudicaturos? contra Rul. 74.b

Poſſidere agros in orâ maritimâ regem Hyempſalem, quos Publius Africanus populo Romano adiudicarit. contra Rul. 77.b

Nemo enim dubitat, quin domus eſſet adiudicata. At.54.

Quod ſi ipſa reſpublica iudicaret, aut, ſi omne ius decretis eius ſtatueretur: Antonione, an Bruto legiones populi Rom. adiudicaret. [illegible]tr.2·6.b

In medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Off. 2.b

Neceſſe eſt, ut is, qui nobis cauſſam adiudicaturus eſt, inclinatione voluntatis propendeat in nos. de Or.120.a

Iſte in poſſeſſionem bonorum mulieris mittit: ipſum Veneri in ſervitutem adiudicat. in V.65.b

Illud

non dubito, quin ſi te ſumma mea erga te ſtudia parum mihi unxerunt, reſpubl. nos inter nos conciliatura, coniuncturaq́; E.63.b.

um hoc ſtatuo eſſe virtutis, conciliare ſibi animos hominum, ad uſus ſuos adiungere. Offic.36.a.

tem elucere, ad quam ſe ſimilis animus applicet & adiungat. amic.105.b.

ngere ſibi gratiſſimos optimosq́; adoleſcentes. E.220.a.

n bonum tuâ amicitiâ dignum tibi adiunxeris, mihiq́; gratiſſimum feceris. E.223.a.

ium mihi non eſt, quin is, qui novas neceſſitudines adiungat, etera ſua beneficia conſervare velit. E.203.b.

r ſolet infirmorum hominum amicitias ſibi quâlibet impensâ diungere. E 114.a.

d in ſorte ſapiens prætor offenſionem vitat æquabilitate decernendi, benevolentiam adiungit lenitate audiēdi pro Mur.134.a

autem tibi hoc confirmo, eſſe neminem niſi aliquâ neceſſitudine ompetitorum alicui tuorum ſit adiunctus. de Nat. 209.a.

m quid incipiat Antonius homines adiungere atq; invitare ad amicitiam, quos per ſe ſuo nomine appellare non poſſit? Q. Cic.de Pet.209.a.

iis principes ad amicitiam tuam ſi adiunxeris, per eam reliquam multitudinem facilè tenebis. de Pet.210.a.

o à te &c. ipſosq́; ut quàm honorificentiſſimè pro tua naturâ & quàm liberaliſſimè tractes. Bonos viros ad tuam neceſſitudinem adiunxeris, municipiumq́; gratiſſimum beneficio tuo adiunxeris. Ep.208.b.

Auctionis. *Vide* Emendi.

Avaritiæ. Parſimoniæ.

Geitzig / Karg / Genaw / Saugenzipffel.

A*Vido ingenio eſt.* Aul.prol.v.9.
Inhiat aurum & devorat. Aul.22.v.17.
Pumex non æquè eſt aridus, atq; hic eſt ſenex. Aul. 2. 4. v. 3.
Neq; illo quiſquā eſt alter hodie ex paupertate parcior. Au.2.2.v.29.
Egomet me defraudavi animumque meum, geniumque meum, nunc eo alii lætificantur meo malo, & damno. Aul. 4. 9.v.15.

Ne tuum animum avariorem faxint divitiæ meæ. Capt. 2. 2. verſ. 70.

Non mihi avaritia innata eſt: ſatis eſt divitiarum. Mil. 4. 2. verſ. 17.

Eius frater aliquantum ad rem eſt avidior. Eunuch. 1. 2. verſu. 51.

Fratrem rei operam dare, & ruri parcum ac ſobrium eſſe. Adelph. 1. 2. v. 1.

Attentiores ſumus omnes ad rem, quàm ſat eſt. Adelp. 1. 3. verſu. 48.

Nimiùm ad rem in ſenectâ attenti ſumus. Adelph. 5. 8. verſu. 32.

Habet patrem quendam avidum, miſerum, aridum. Heautont. 3. 2.

Si numquam avarê ſtatui pretium arti meæ. Hecyr. Prolog.

Avaritia vide quid facit. Phor. 2. 2. v. 11.

Inſimulare aliquem avaritiæ. ibid.

Si herum inſimulabis avaritiæ, malè audies. Phorm. 2. 3. verſu. 12.

Nullum officium tàm ſanctum, atque ſolenne, quod non avaritia comminuere, atque violare ſoleat. pro Quint. p. 8.

Uſque eò fervet ferturque avaritia, ut de ſuis commodis nolit aliquam partem amittere. pro Quint. p. 21.

Concedas te cæcum cupiditate & avaritiâ fuiſſe. pro Quint. pag. 30.

Ardere avaritiâ. pro Sex. Roſc. p. 67.

Avaritiam ſuam pecuniâ explere. pro Sex. Roſc. p. 89.

Neque avaritiæ neque luxuriæ veſtigium relinquere, in L. Mur. pag. 227.

Cùm eius animum ad perſequendum, non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris, avaritia ſua frenaret. in Verrem pagin. 365.

Avaritiâ hiante eſſe atque imminente. in Verr. p. 278.

Vehementer errabas cùm te maculas furtorum, & flagitiorum tuorum, ſociorum innocentium ſanguine eluere arbitrabare, præceps amentiâ ferebare, qui te exiſtimares avaritiæ vulnera, crudelitatis remediis poſſe ſanare. in Verr. p. 538.

Illum avaritia ab inſtituto curſu ad prædam aliquam revocavit, libido ad voluptatem, amœnitas ad delectationem. &c. pro leg. Man. p. 643.

Spe

avaritiâ bona devorare, argenti cupiditate cæcatum eſſe. Domo p. 424.

nquam fuit avaritiâ tam ardenti? de Finib. libr. 3. 195.

Auctionandi. *Vide* Emendi.

Aucupandi. *Vide* Obſervandi.

---

daciæ. Confidentiæ, Imprudentiæ, Temeritatis.

h/ Kühn/ Frevelhafftig / Verwegen/ Trotzig/ Pochen / Meiſterhafftig.

Va non deliquit, decet audacem eſſe, confidenter pro ſe & protervê loqui. Amph. 2.2.v.207.

fiducia auſus primùm, quæ empta eſt nudius tertius, filiam eam dicere eſſe? Epid. 5.2.v.31.

dit ſpes noſtra, nuſquam ſtabulū eſt confidentiæ. Moſt. 2.1.v.3.

ulla eſt in pectore audacia. Moſt. 2.1.v.61.

ac bono animo es. Rud. 3.3.v.25.

a eſt meus pater. Men. 2.3.v.26. De homine impudente. *Vi- Lex. Plaut. lit. M.*

direq; eſt eorum operæ pretium audaciam:

Iam inceptio eſt amentium, haud amantium. Andr 1. 3.

â fiduciâ id facere audeam? Andr. 3.5.

m, confidens, catus Andr. 5.2.

no confidens. Phorm. 1.2.

cinè tàm audax facinus facere eſſe auſum? Eun. 4.3.

entem confidentiam. Das iſt mir ein kühner Geſell. Andria. 5.3.

le ne nimium calidum hoc ſit modò, id eſt, *audax.* Eun. 2.3.

eſt audacia. Wie mann heut zu Tag pflegt Kühn zu ſein. Eun. 3. 3.

c animo hæc præſenti dicas. Eun. 4.6.

a eius confidentia eſt. Eun. 5.1.

daciam meretricum ſpecta. Eun. 5.6.

Minùs

Minùs multò audaciter, quàm lædit, læderet. Phorm. prolog.
Iocularem audaciam. Phorm. 1. 2.
Vereor ne iſthæc fortitudo in nervum erumpat deniq. Phorm. 2. 1.
Tantâne affectum hominem quemquam eſſe audaciâ? Phorm. 5. 7.
Ibi tùm impudentiſſima eorum oratio: eſt quid tu es? &c. Andr. 4. 1.
Eho impudens, non ſatis habes? &c. Andr. 4. 2.
Mirum verò, impudenter mulier ſi facit. Andr. 4. 5.
Ingentem confidentiam: &c. num eius color pudoris ſignum uſquam indicat? Andr. 5. 3.
Os durum. Eunuch. 4. 7.
Vide amabo, ſi non, cum aſpicias, os impudens videtur. Eun. 5. 1.
Adeón' te eſſe incogitantem atque impudentem, Phædria, ut &c. Phorm. 3. 2.
Audaciam in admittendis religionibus fœdis damnet atq; impiam ducet. de leg. lib. 2. p. 335.
Audaciæ partes ſibi poſcere. pro Sex. Roſc. p. 48.
Nihil tam ſanctum, quod non aliquando violaret audacia. pro. Sex. Roſc. p. 60.
Audaciâ præditus eſt. pro Qu. Roſc. p. 93.
Audaciæ cedere. in I. Catil p. 204.
Non diſcedit à te audacia. Phil. 2. p. 372.
Audaciam rerum geſtarum magnitudine atq; imperatoriis laudibus tegere. in Verr. 500.
Vix poſſunt homines ſceleratiſſimi iam corroboratam vetuſtate audaciam frangere. Mil. 235.
Sed ut mones, frænum momordi. Ep. ad Fam. l. 11. p. 343.
Vt ferocitatem iſtam tuam comprimerem, & audaciam frangerem. Vat. 74.
Quid me interponerem audaciæ veſtræ? Phil. 2. p. 342.
Privatorum audaciam nutrierunt. in Sall. 154.
Fregi & contudi vobis audaciam. Phil. 13. p. 521.
Comprimere alicuius audaciam. Ep. ad Fam. l. 15. p. 469.
Videbatur nobis exercitus Cæſaris audaciæ plus habere, quippe qui patriæ bellum intuliſſent. de divin. p. 257.
Niti & magnopere confidere aliqua re. pro. Clu. 18. a.
Illum, quo antea confidebant, metuunt. At. 131. b.
Vrbe aliquâ confidere. E. 190. b.

Nimis

confidere. Off.15.a. *Linguâ vernaculâ hoc modo reddimus* [...]*priè hæc per* Trotzen / auff ein Ding pochen: *inde* Con[...]*enter loqui.* Trötzlich reden / pochen. *Gallicè*, parler au[...]*cieu ſement.*

Velleius fidenter ſanè, ut ſolent iſti, nihil tàm verens, quàm ne [...]*bitare aliquâ de re videretur.* de N.5.b.

[...]*o vellem fidentiùs reſpondiſſes.* Attic.88.b.& de Fin.69.a.

[...] *ille fidenter homo peritiſſimus, confirmare ita ſe rem habere,* [...]*e* Or.105.b.

[...]*idè fortaſſe ſignifer evellebat, quod fidenter infixerat.* de Diu. [...]2.b.

[...]*nde quomodo ſuſcipere aliquam rem, aut agere fidenter aude*[...]*it?* Acad.71.b.

[...]*quorum eminet audacia, atq; projecta eſt.* pro Cluent.56.

[...]*iecta quædam & effrenata cupiditas.* pro D.236.

[...]*iectus ad audendum.* I.V.76.b.

[...] *tuum non modò oſtendis, ſed etiam offers,* pro Sext. Roſc. pag.66.

[...]*rſtat in imprudentiâ.* pro Qu. Roſc.p.101.

[...]*lterius imprudentiâ ſui pudoris exiſtimationem amittere.* in Verr.p.304.

[...] *ſuum populo oſtendere.* in Verr.p.156.

[...]*t ad audendum proiectus.* Ibidem.

[...]*uo in iure, atq; adeò, quo id potiùs ore feciſti?* in Verr.p.357.

[...]*on pudor, non metus ullus in te eſt.* in Verr.p.370.

[...]*nprudentiæ finem facere.* Ibidem.

Quid ad hanc impudentiam addi poteſt? in Verr.p.410.

Forma per dedecus pecuniam, & nomen nobile conſceleratum impudicitiæ dediſſet. Ep.Att.p.649.

Per omnes partes provinciæ tanquam aliquam calamitoſam tempeſtatem peſtemq; pervaſiſſe demonſtro. in Verr.p.197.

Huius ego temeritati, ſi virtute atq; animo non reſtitiſſem, quis eſſet, qui me in conſulatu non caſu potiùs exiſtimaret, quàm conſilio fortem fuiſſe? Ep.ad Fam.lib.5.p.119.

Vt famam ſubeam temeritatis. Ep.Brut.p.567.

Cohibere ſemper & ab omni lapſu continere temeritatem. Acad. Qu.l.1.p.94.

Temeritatem formidare. de Fin.l.2.p.147.

Temeritatem coercere. Qu.Tuſc.12.p.367.

Omnis actio vacare debet temeritate & negligentiâ. Off.1.p.40.

Audien-

Audiendi. Attendendi. Auſcultandi. Animadvertendi. Obſervandi. Surdum eſſe.

Hören / Vffmercken / Zumercken / Verſpüren / Zuhorchen / Taub ſein.

Animum advortere. Amph prol.v.45.
Fac omnem auritum populum. Aſin.prol.v.4.
Iſtud quod affers, aures expectant meæ. Aſin.2.2.v.65.
Animum adverte, ut æquè hæc mecum ſcias. Ibidem verſu 66.
Auſcultate, & mea dicta devorate. Aſinar. 3. 3. verſu 59. 143.
Nimiùm libenter edi ſermonem tuum: audiviſti uſq; à principio omnia. Aul.3.6.
Audire nos iubet imperator hiſtricus. Pœn. prol.v.4.
Exurge præco, fac populo audientiam. Ibid. v.11.
Hinc mihi dextera vox aures verberat. Amph.1.1.v. 177. *Vide etiam Lexicon:* Verberare.
Ab impudicis dictis averti volo. Amph.3.2.v.16.
Fando numquam accepit quiſquam. Amph.*ſc.*DI voſtram.v.26.
Ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant. Capt.2.1.v.24.
Perpurgatis ambo tibi operam damus auribus. Mil.3.1.v.178.

Perſius:

Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto. *Horatius libr. 1. Epiſt.1.*

Eſt mihi purgatam crebrò qui perſonet aurem.

Quin ego me fruſtrà Poſtquam adbibére aures meæ, tuæ loram orationis. Mil.3.3.v.10. *Vbi alii quoq; legunt:* tuam moram orationis.
Credo iam illum inaudiiſſe. Aul.2.2.v.88.
Metuo ne non ſit ſurda, atq; hæc audiverit. Caſ. 3.3.v.21.
Vnde meæ uſurpant aures ſonitum. Caſ. 3. 5.v.9.
Si opera eſt auribus: atq; advertendum ad animum adeſt benignitas. Merc.prol.v.15.
Guſtare ego eius ſermonem volo. Moſt. 5.1.v.15.
Quæſo ut benignis accipiatis auribus. Men.prol.v.4.

Fa-

advertis animum tuum ad animum meum. Mil. 1. 1. v.39.

conſilio venator adſit, cum auritis plagis. Mil. 2. 6. v.13. Vide Lexicon Plaut.

meas profectò dedo in deditionem tuam. Mil. 4.1.v.8.

venaturam facere. Mil.4.1.v.44. Et 4.2.v.38.

gite, hoc animum advortite aures, huc adhibete aures. Pſeu. v.19.

quod ſit prævortaris, quàm rei adverſa animo auſcultes. ud.1.3.v.8.

huc concedam, ut horum ſermonem legam. Pſeudol. 1. 4. rſ.21.

orationem hanc dulcè aures devorant! Pœn. 5. 2. rſ.9.

verbum aures meas tetigit. Pœn. *Scen.* Quam rem.v.3.

iam dictum habeo. Perſ. 2. 2. v. 32.

ebris vox mihi ad aures venit. Rud.1.4.v.12.

vox muliebris aures tetigit meas. Rud.1.4.v.14.

quod fabulatur, aures immittas tuas. Capt.3.4.v.16.

iſſe me quaſi per nebulam. Capt.5.4.v.25. Sic Cicero ad Atticum: In ſtrepitu exaudiviſſe videor. *Item:* per caliginem videre. *Vide P. Victor.* lib.13.cap.14. Var.lect.

gitur mihi operam. Curc. 2. 2.v.7.9.

c rem agite, atq; advortite. Curc.5.2.v.36.

uo ne ſit ſurda, atq; hæc audierit. Caſ. 3.3.v.12.

ædepol iſthæc tua dicta nunc in aures recipio. Ciſt. 2. 1. verſ. 33.

deò ſcin', qui maximè animum advorterim? Epid. 2.2. verſu.31.

endite quæſo, atque animum advortite. Bacch. prol.v.9.

quum eſt nos Deo facere ſilentium. Ibid.v.11.

icio oris non decet utier. Bacch.prol.v.24.

res date otioſas: has volo volans vox vacuas feriat. Bacch. prol.v.14.

hi facite audientiam. Bacch.prol.v.24.

n date ſilentium. Bacch.prol.v.53.

ſſimulabam me horum ſermoni operam dare. Epid. 2. 2. verſu. 54.

auditores ſeſe perpetuò nobis attentos præbeant. ad Herenn. lib.10.

Multa

Multa Oratoris auribus accepit. de Orat.l.1.p.328.
Auribus aliquid percipere. de Orat.l.2.p.447.
Cùm ſtatim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. ad Herenn. l.1.p.5.
Auribus multa percepimus. de Orat.l.3.p.459.
Rem faciliùs totam accipere. pro Qu. p. 2.
Attentè bonâq; cum veniâ verba alicuius audire. pro Sext.Roſc. pag. 40.
Erigite mentes, aureſq; veſtras, & me de invidioſis rebus, ut ille putat, dicentem attendite. pro Syll. 171.a.
Quoniam me in hac re tàm diligenter attenditis. pro Arch. 186.a.
Quis non magnopere attendit unquam? in V.81.a.
Attendere aliquem ſtudioſè. de Fin. 98.b.
Attendere te volo. quæ in manibus ſunt. Ep.173.b.
Quæ pertinent ad dicendum, ea nos meliùs quàm cæteri attendimus. de In.57.a.
Sed ſtuporem hominis, vel dicam pecudis, attendite. in Ant.166.a.
Vt cùm lex aliqua recitaretur, primum verſum attenderet, &c. pro R.P.125.
Nam verſûs æquè prima, & media, & extrema pars attenditur. de Or. 160.b.
Sed ſi animum attenderis, turpitudinem videas. Off. 58.b.
Quo tempore igitur aures iudex, animumq; attenderet? in V. 81. b.
Sed attendite animos ad ea quæ ſequuntur. contra Rul.75.b.
Ades, inquit, animo, timorem omitte. de Som.127.a.
Adeſſe animo. pro Cæcin.290.b.
Adeſtote omnes, animis qui adeſtis corporibus. pro Syl.173.a.
Vigilare, cogitare adeſſe animo. in A.219.b.
Si fieri poſſet, vel plures te animos habere vellem, quos omnes ad Mutinam intenderes. in A.231.b.
Mens naturalem vim habet, quum intendit ad ea quibus movetur. Acad. 9.a.
Intendere ſenſus ad res percipiendas. Ibid.
Immenſa regionum magnitudo, in quam ſe iniiciens & intendens animus, latè longéq; peregrinatur. de N.12.b.
Si C. Antonius, quod animo intenderat, perficere potuiſſet in A. 226.a.
Intendere aciem ad rem in omnes partes. Tuſ. 217.a.

Cui ad aures vox mihi advolavit? Rud.2.3.v.13.
Ut te non pigeat dare operam. Rud.3.2.v.20.
Si des operam, eloquar. Rud.3.3.v.33.
Tibi auſcultamus. Rud.3.3.v.32.
Nunc adverte animum. Rud.4.3.v.22.
Eamus intrò omnes, quando omnes operam promiſſam damus. Rud.4.4.v.138.
Mihi paternæ vocis ſonitus aures accidit. Stich.1.2.v.31.
Nunc quis hic eſt alienus noſtris dictis auceps auribus? Stich.1.2.v.46.
Auribus accipere aliquid. Trin.4.1.v.9.
Accipite, & date vacivas aures. Trin. Prol.v.11.
Nunc advortite. Andr.Prol.v.8.
Favete, adeſte æquo animo & rem cognoſcite, ut pernoſcatis. And. Prol.v.24.
Arrige aures Pamphile. And.5.4.v.31.
Æquo animo attendite. Hecyr.Prol.v.28.
Ornando ſurdas iam aures reddideras mihi. Heaut.2.3.v.8.
Nunc quid velim animo attendite. Phorm.in Prol.v.25.
Aurem admovi: ita animum occepi attendere. Phorm. 5.6. v.29.
Apud forum modò de Davo audivi. Jch habs von *Davo* gehört. Andr.2.1.
Auſculta paucis: & quid ego te velim, & tu quod quæris, ſcies. Andr.3.3.
Auſculta paucis, niſi moleſtum eſt, Demea. Adelph.5 3.
Auſculta, iſtic ſum. Andr.5.4.
Graviter audire: Etwas vngern vnd mit verdruß hören. Heaut.1.1.
At enim tædet jam audire eadem millies. Phorm.3.2.
Partim quæ perſpexi his oculis, partim quæ accepi auribus. Hecyr. 3.3.v.3.
Ita populus ſtudio ſtupidus in funambulo animum occupârat. Hecyr.Prolog.
Ad aures haud invito ſermo mihi acceſſit tuus. Hecyr. 3.5. verſ.32.
Quem cum iſtoc ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi. Hecyr.4.3.
Animam compreſſi, aurem admovi, ita animum cœpi attendere, hos modo ſermonem captans. Phorm.5.6.

Nunc quam rem vitio dent, quæſo animum advortite. Andr. Prolog.

Favete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite, ut pernoſcatis, ecquid ſpei ſit reliquum. ibid.

Cum ſilentio animum attendite, ut pernoſcatis, quid ſibi Eunuchus velit. Eunuch. Prolog.

Si ſenſero hodie quidquam in his te nuptiis fallaciæ conari. Andr. 1.2.

Cave te eſſe triſtem ſentiat. ſcil. *pater.* Andr. 2.3.

Cùm, ibi me adeſſe, neuter tum præſenſerat. Andr. 5.1.

Modóne id demum ſenſti Pamphile? ſcil. *te miſerum eſſe.* Andr. 5.3.

Advorti hercle animum. Ich habs wol gemerckt. Eunuch. 3.1.

Quot res dedere, ubi poſſem perſentiſcere, ni eſſem lapis? Heaut. 5.1.

Ne paullulum quidem ſubolet, amicam eſſe hanc Cliniæ: Ich ſpüre es gantz und gar nicht/ꝛc. ibid.

Numquid patri ſubolet? nil etiam. Phorm. 3.1.

Annon ſex totis menſibus priùs olfeciſſem, quàm ille quidquam cœperat? Adelph. 3.4.

Ne nos inter nos congruere ſentiant. Heaut. 3.1.

Senſiſti, illos me incipere fallere. ibid.

Ne tu id perſentiſceres. Heaut. 4.4.

Subſenſi id quoque illos ibi eſſe. Heaut. 3.1.

Si me ſenſerit eum quæritare. Adelph. 3.3.

Patrem noviſti ad has res, quàm ſit perſpicax. Heaut. 2.2.

Alios tuam rem credidiſti, quàm te, animadverſuros magis? id eſt, *curaturos?* Phorm. 3.1.

Primum hoc aures tuæ crimen accipiunt. in Verrem pag. 231.

Perattentos animos habere. in Verr. p. 307.

Adhibere aures. pro Arch. p. 347.

Adeſtote omnes animis. pro L. Syll. p. 320.

Adhibete animos, & mentes veſtras. de Aruſp. Reſp. pag. 471.

Aures ad hanc diſputationem patent. Epiſt. ad Fam. libr. 3. p. 73.

Verbum ipſum omnibus modis animi & corporis devorabat. Sect. 12.

Me

Me attentiſſimis animis ſummâ cum benignitate auditis. Sest. 16.

Nihil unquam videbatur tàm populare, ad pop. Rom. aures accidiſſe. Sest. 53.

Verbum iucundum & honorificum ad tuas aures accidit. Vat. 74.

Aliqui ſermones hominum ad aures veſtras permanarunt. Corn. 151.

Literis eius famâ & nuncijs celebrantur aures quotidiè meæ novis nominibus gentium. Provinc. 165.

Oratio non prætervecta eſt aures veſtras, ſed in animis omnium penitùs inſedit. Corn. 128.

Æſtatem unam cum plures aures referſit iſtis ſermonibus. Rab. 178.

Percipitis iam animis auditores. Cæl. 212.

Sæpè venit ad aures meas. Marc. 289.

Meæ aures dies ac noctes omnium præceptis & monitis patuerunt. Phil. 14. p. 529.

Quibus meæ & veſtræ aures calent. in Salluſt. 558.

Hæc ad populi Romani perveniunt aures. Philipp. 10. pag. 467.

Aures meas oneraſti tuo odio. Sall. in Cic. p. 549.

Cùm multos dies aures meas Acutilio dediſſem. Epiſt. ad Att. lib. 1. p. 10.

ide quibus hominibus aures ſint deditæ meæ. Epiſt. ad Att. lib. 2. p. 63.

olebam illum noſtrum familiarem ſermonem in alienas manus devenire. Ep. ad Att. lib. 1. p. 13.

tére aures querelis omnium. Epiſt. Qu. Fr. l. 1. p. 577.

d audiendum animos ereximus. Acad. l. 2. p. 8.

cuo animo illum laudabam & magno ſtudio. ibid.

m Heraclitum ſtudiosè audirē contra Antiochum differentem Acad. l. 2. p. 9.

hil præter auditum habeo. 1. Off. p. 15.

entos animos ad decori conſervationem tenebimus. 1. Offic. pag. 52.

n animum attenderis. Off. l. 3. p. 113.

endum eſt ne aſſentationibus patefaciamus aures, nec adula- nos ſinamus. 1. Off. p. 37.

Avellendi. Avertendi.

Abwenden / Abrechen / Abzerren/Zertrennen/ Ablencken.

HOc ſimulacrum iſte è ſigno Cereris avellendum, aſportandumq́; curavit. in V.226.a

Poma ſi cruda ſunt, ex arboribus avelluntur: ſi matura, decidunt. de Sen. 52.a

Avellere, atq; abſtrahere filium de matris complexu. pro Font. 283.b

Vt perpetuum dolorem avulſus à meis ſuſtinerem. pro Dom. 242.b

Avulſum à ceteris. de Or.144.b

Si aliter fuerit (quod dij omnes avertant!) reip. vicem dolebo. Att. 279.b

O dij immortales! avertite & deteſtamini quæſo hoc omen. in At.193.a

Atq; hoc quidem deteſtabile omen avertat Iupiter. & 232.a

Quod dij omen avertant. Ep.189.a

Cæſar Antonij furorem à pernicie reipubl. avertit. in A.192.a

Ego verò Auſtro miras gratias ago, qui me à tantâ infamiâ averterit. At.256.b

Ibes avertunt peſtem ab Ægypto. de N.21.b

Et certè, niſi is Antonium ab urbe avertiſſet, periiſſent omnes. At. 274.a

Puer qui à cervicibus noſtris avertiſſet Antonium. ibidem. 283.a

Auferendi. *Vide etiam* Furti.

Entziehen/ Wegthun/ Vmbſtoſſen.

S*Vbduc cibum athletæ: ferre non poterit.* Tuſc.183.b

Subducere id, quo nititur adverſariorum cauſa. de In.80.a

Neſciunt, ſe illarum rerum fundamenta ſubducere. de Finib. 150.b

Augendi, Amplificandi. Multiplicandi. Exaggerandi.

Vermahnen/Großmachen/Erweiteren/Zunehmen/Wachſen.

INſanum magnum mulier negotium, metuoq; ut poſſiem hodie emolirier. Bacch. 4.3. v.1. &2. *Veteres cùm aliquid vehemen- extollerent, ſoliti ſunt tanquam exclamantes orationi ſuæ vocem μανία inſerere. Vnde manarant illæ locutiones:* μανικὸν, ὅσον μέγα, *&* Inſanum magnum. *Vide* Iſaac. Caſaub. *ad Athen. lib.* 13. *c.* 5.

Atticam hodie civitatem maximam maiorem feci, atq; auxi civi fœminâ. Perſ. 4.3.5. v.6.

Id duplicabit furtum. Pœn. 3.1. v.61.

Ad optimam præclaramq; prædam hic velut cumulus accedit. pro Sex. Roſc. p.39.

Hæc aliis cumulant atq; adaugent. pro S.R. p. 47.

Fines Imperij propagabis. Phil. 13. p. 553.

Vitium ventris, & gutturis non modò non minuit ætas hominibus, ſed etiam auget. Cœl. 109.

Acceſſionem adiungit ædibus. Off. l.1. p. 55.

Vt aliorum ſpoliis noſtras facultates, copias, opes augeamus. Off. l.3. p. 108.

Auxit benevolentiam conſuetudo. de Amic. p. 195.

Quantis in anguſtiis veſtra gloria dilatari velit. Somn. Scip. pag. 147.

Iſte ardet furore, nec remittit aliquid, ſed indies ingraveſcit. Att. 158. b

Sic hic morbus vehementiùs vivis ingraveſcit. in C. 103. b

Medicus morbum ingraveſcentem ratione providet. de D. 111. b in Ant. 221. a

Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraveſcunt, animi autem ſe exercendo levantur. de Sen. 84. a

Cùm ingraveſceret annona, ut iam fames timeretur. pro Dom. 215. a

Iam à primâ ætate me omnis doctrina liberalis delectavit: tamen hoc ſtudium quotidiè ingraveſcit. E. 49. a

Nunc apud Oratores ipſe numerus increbuit. Or.263.a

Cum hoc neſcio quomodo apud eos increbuiſſet, me &c. Orat.91.b

Nonnullorum ſermo iam increbuit, ſe &c. de Op.243.b

Hi quorum ſermo imperitus increbuit. in Or.198.b

Hac conſuetudo qua increbuit. in A.260.b

Sed ait rurſus idem increbuiſſe eam funerum magnificentiam, qua nunc ferè Romæ eſt. de Leg.183.a

Ventus increbeſcit. Ep.105.a

Augurandi. *Vide* Ominandi.

Advocandi. *Vide* Vocandi.

Auſcultandi. *Vide* Audiendi.

Auſpicij. *Vide* Ominandi.

Autoris. Cauſæ. Principij.

Vrſach ſein/Anmahnen/Anlaß geben.

E*Go caput huic argento fui hodie reperiendo.* Aſin.3.3. verſ.140.

Impero, autorq́ſum. Aul.2.2.v.73.

Me ſuaſore atq; impulſore id factum. Moſtell.3.3.v.13. & Mil.4.3.v.1.

Quid mihi nunc autor es ut faciam? hem illic eſt huic rei caput. Andr.2.6.v.27.

Factum id conſilio meo. Andr.3.2.v.22.

Quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris. Heauton.3.1.verſ.72.

Putant quidquid factum, ex te ortum eſſe. Eunuch.5.4.verſu 44.

Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedundum. Phorm.2.2.v.4.

Omnium Architectum & machinatorem rei unum eſſe ſcio. pro S R.p 92.

Alicui principem exiſtere ad aliquid. pro Arch.p.345.

Anſam retinere omnium controverſiarum. pro Cæcinn. pag. 592.

Tu Cæſari cauſam contra patriam inferendi belli dediſti. Phil. 2. 358.

Quæſtuoſiſſimi huius belli ſemen tu fuiſti. Phil. 2. 359.

Suo tempore totius huius ſceleris fons aperietur. Philipp. 14. 557.

Ex quo fonte Senator iſte promanat. Cœl. 98.

Ex uno fonte omnia ſcelera manare videtis. Philipp. 13. pag. 526.

Ex quo ortum eſt officium, ſatis ferè diximus. 1. Off. p. 25.

Ex quibus honeſtas officiumq́; manaret. ibid.

Hinc venena, hinc falſa teſtamenta naſcuntur. Offic. libr. 3. p. 113.

Authoritatis. *Vide* Honoris.

Auxilij. *Vide* Adiuvandi.

B

Baſiorum. *Vide* Oſculandi.

Belli. Legionum. Pugnæ. Exercitûs. Armaturæ. Armorum. Obſidionis. Prælij. Induciarum. Signorum. Militiæ. Duelli. Certaminis.

Krieg führen / Streitten / Kempfen / Kriegsoberſter / Lager / Fehnlein / Schlachtordnung / Lermen ſchlagen / Zufeld liegen / Den feind ſchlagen / Feldgeſchrei / Kriegslohn empfangen / Belägern.

Bellum gerere cum aliquo. Amph. Arg. 1. v. 2.

Cernere cum hoſtibus. Amph. arg. 2. v. 3.

Amphitruo præfectus eſt legionibus. Amph. Prol. v. 100.

Caſtris illicò producit omnem exercitum. Amph.1.1.v.62.
Theleboæ ex oppido legiones educunt ſuas nimis pulchris armis præditas. Amph.1.1.v.63.
Viri diſtributi, diſpoſiti ordines. Amph.1.1.v.65.
Contra hoſtes ſuas legiones inſtruunt. Amph.1.1.v.67.
Pro ſe quiſque edit, ferro ferit, tela frangunt, boat cœlum fremitu virûm: ex anhelitu, ſpiratu, atq; nebulâ conflati cadunt vulneris vi & virium. Amph. 1.1.v.76. & ſeqq.
Inducere equites dextrâ. Amph.1.1.v.87.
Equites ab dextrâ maximo cum clamore involitant, impetu alacri fœdant, & protrahunt hoſtium copias. Amphitr. 1. 1. verſ.90.
Vertentibus Telebois telis complebantur corpora. Amph.1.1.v.94.
Hæc eſt illi pugnata pugna. Amph.1.1.v.96.
Prælium id tandem diremit nox interventu ſuo. Amphitr.1.1. v.98.
Ire in exercitum Amph.1.1.v.245.
Victores victis hoſtibus legiones reveniunt domum duello exſtincto maximo atq; internecatis hoſtibus. Amph.1.1.v.33.
Tubæ vtrinq; canunt contra, conſonat terra, clamorem utrinque efferunt. Amph.1.1.v.73.
Pugnatâ illâ pugnâ frater trudebat fratrẽ haſtâ & galeâ. Amph. ſc. DI voſtram fidem.v.16.
Noli duello Amphitruonem perdere. Amphitr. ſc. Quis tam. v.27.
Pugnam inire. ibid.v.37.
Latrones hoſtes bello & virtute contudi. Amph. ſc. Quis tam. v.54.
Vi vertebant piraticâ. ibid.v.57.
Pulchrè gliſcit prælium. Der Krieg reiſt ein/nimbt zu. Aſin. 5. 2.v.68.
Legiones copiaq; exercitûs eorum vi pugnando periurijs noſtris potiti. Aſin.3.2.v.8.
Pugnam facere in aliquo. Aul 3.4.v.13.
Bellum Ætolis eſſe dixi cum Alijs foris: illis fient prælia. Capt. prol.v.58.
Poſtquam belligerant Ætoli cum Alijs. Capt. prolog. verſu 23.
Si in ſingulis ſtipendiis is ad hoſtis exuvias dabit. Epid. 1. 1. v.36.

Virtu-

Virtute atq́ auſpicio Epidici cum prædâ in caſtra redeo. Epid. 3.2. verſ. 22.

Ad legionem quomitant, adminiculum eis dabant, ubi emeritum eſt ſtipendium. Moſt. 1.2.v.48.

Eduxi omnem legionem, ex obſidione in tutum induxi manipulares meos. Moſt 5.1.v.6.

Herus meus elephanti corio circumtentus eſt, h.e. *eſt fortis miles.* Mil. 2.2.v. 8.

Viden? hoſtes tibi adeſſe? tuoq́ tergo obſidium ante mœnia: Aliquâ nos mitte, circumduce exercitum, curre in obſidium perduelles, noſtris præſidium para, intercludito inimicis commeatum, tibi inveni viam, quâ cibatus commeatusq́ adte, & legiones tuas tutò poſſit pervenire. Mil. 2.2.v.64.65. 66.67. 68. 69.70.

Centuriare manipulares. Mil.3.2.v.3.

Vt ubicunq́ cum hoſtibus congrediar. Pſeud.2.1.v.6.

Atq́ ad hoc meas legiones adducam: ſi hoc expugno. Pſeud. 2. 1. v. 12.

Sed quid ceſſamus prælium committere. Perſ. 1. 3. v.32.

Eleuſipolim Perſæ cepére urbem in Arabiâ. Perſ.4.3.v.37.

Suarum in pugnâ virium victoriâ me emit. Pſeud.4.7.v.74.

Nunc omnes voco contra. Stich. 5.5. v.31. Ich will es mit allen wagen/Ich biet jhnen allen ein Trutz.

*Satis alicui eſſe.*Ibid.*Ger.* Einem gewachſen ſein. *Sic* Perſ.1.1.v. 27. *DIsne advorſer, quibus ſat eſſe non queam?*

In medium huc agmen cùm vecti Donax, Tu Simalio in ſiniſtrum cornu: tu Syriſce in dexterum: ubi centurio eſt Sanga, & manipulus furum? Eun.4.7.

Videre videor iam diem illum, cùm hic egens profugiet aliquò militatum. Adelph.3.4.

Pompeius bellum in Affricâ confecit, victorem exercitum deportavit. pro Pom. 15.b.

Bellum Italiæ terrâ mariq́ inferamus. Att.135.a.152.a.

Inferre bellum alicui. Offic.16.b.

Inferre arma alicui. Offic.330.a.

Inferre famem ſuis civibus, & vaſtitatem Italiæ. Att.144.a.

Inferre ſigna patria. pro Flac 147. a.

Ille furens infeſta iam patriæ ſigna inferebat. in A. 108.b.

Galli cum M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt. pro Font. 276.b.

Conferre ſigna cum hoſtibus. in P.90.a.
Caſtra caſtris collata in Theſſaliâ audiebamus. de D.132.a.
Conferre pedem. pro Planc.268.a.
Sanxerunt ne quis ſuorum civium caſtra Imperatorum P. R. iniret. pro.Cor.59.b.
Omnia facere omnis debet, ne armis decernatur. Att.102.a.
Certamen quod ferro decernitur. de Or. 138.a.
Sed utinam meo ſolum capite decernerem. Att.136.a.
Pendeo animi expectatione Corfinienſi, in qua de ſalute reip. decernitur. Att. 122.a.
Vno iudicio de fortunis omnibus decernitur. pro Qu.1.b.
Duo ſunt genera decertandi: unum per diſceptationem, alterum per vim. Off.7.b.
Cum multis conſularibus tantâ contentione decertavi, quantâ nunquam antea. Epiſt. 64.a.
Demoſthenes & Aeſchines inter ſe decertare ſoliti ſunt. de Finib. 12[illegible].a.
Depugnare cum aliquo. At.106.a.
Aiax depugnaturus cum Hectore. Tuſ.219.a.
Si voluptatis cauſsâ Torquatus cum Gallo apud Aniene depugnavit provocatus. de Fin.80 a.
Vtrum turpi pace nobis, an miſero bello eſſet utendum. Att.131.b.
De manibus audaciſſimorum civium delapſa arma ceciderunt. Off.16.a.
Conceſſa tibi â patribus iſta poteſtate arma ceciderunt, reſtincta iſta ſeditio eſt. de Leg.
Omnibus iſtis latronibus auctoritate ipsâ ſenatus iam pridem de manibus arma cecidiſſent. in An.
Quibuſcum bellum gerimus. ad Heren.l.4.p.84.
Socii noſtri cum belligerare nobiſcum vellent. ad Herenn. libr. 4. pag. 87.
Arma qui tulerint. ad Her.l.4.p.115. (pag. 145.
Exercitus in Macedoniam contra Philippum mittitur. de Inv.l.1.
Quàm maxime contra Annibalem copiæ ſunt. de Inv.l.1.p.14.
Tenere arma. de Orat.l.1.p.277.
Ad pugnandum arma ſunt ſumpturi. de Orat.l.2.p.368.
Quod Reipublicæ causâ cum ex ſenatusconſulto ad arma vocaſſet. de Orat.l.2.p.382.
Non vidit bello flagrantem Italiam. de Orat.l.3.p.454.
Cur de perfugis noſtris copias comparant contra nos? Orat.ad Brut. p.692.

Vis belli ac turba movetur. pro S.Roſc.p.68.
*Ab armis recedere.*pro.Sex. Roſc.p.80.
Prælium cùm committunt boni Imperatores, hoc ſolent facere, ut in eo loco, quo fugam hoſtium fore arbitrentur, milites collocēt, in quos, ſi qui ex acie fugerint, de improviſo incidant. pro S.Roſ. pag.89.
*Arma capere.*pro S.Roſc.p.80.
Facere bellum populo cuidam. in Verr. p.189.
Civitati bellum indicere atq; inferre. Ibid.
Bellum indicere alicui. in Verr.p.446.
Bello ardet Italia. in Verr.p.480.
Arma capere, & bellum facere in Verr.p.497.
Nationum Allobrogum & reliquias armis ſuis conficiat atq; opprimat. pro Font. p. 579.
Nefario furore audaciâq; inſtinctus bellum ſacrilegum ſemper impiumq; habuit indictum. In Verr.p.265.
Ad arma ire in Ver. p.204.
Arma Saturnini oppreſſa ſunt, etiamſi è repub. Remp. non vulnerârunt. pro Mil. 297.
Neq; ego illa nec ulla unquam arma ſecutus ſum. pro Marc. 286.
Arma ab aliis poſita ſunt, ab aliis erepta. Marc.p. 291.
Meo iudicio & voluntate ad ea arma profectus ſum, quæ ſumpta erant contra te. pro Lig.pag.295.
Omnium gentium arma in ſe convertere. pro Deiot.p.312.
Cum hoc iſto tempore ſtant cum gladiis in conſpectu Senatûs. Phil. 2 p.341.
Cum hoſtibus de vitâ dimicatur. ad Her. lib.[illegible] p.150.
Pro legionibus in hoſtes ſe immiſit medius. ad Her.l.4.p.121.
Auxilia quædam in oppidum recepit. de Inven.lib.2.p.247.
Nullum nobis certamen cum iſtis eſſe debet. de Orat. l. 2. p. 384.
Telum iacere venenatum. pro Quint.1.p.3.
Res ad manus atq; ad pugnam venit. in Verr.p.498.
Fuſi pleriq; ſine mente ac ſine ullo ſenſu iacent, & cum aſpexiſſet, non ſe Prætoris convivium, ſed ut Cannenſem pugnam nequitiæ videre arbitraretur. in Verr. p.498.
Cum Fonteio ferrum ac manus contulerunt, multo eius labore, ac ſudore ſub populi Romani imperiumq; ditionemq; ceciderunt. pro Font.p.369
Pugnare inter ſe, atq; contendere. pro Arch.Poet.p.353.
Repentè Antonius in aciem ſuas copias de vico produxit. Ep. ad Fam.l.10.p.310.

Verebar

Verebar ne ſi antequam ego incepta perficerem, prælium confectum eſſet. Ep.ad Fam.l.10.p.316.

Committere prælium. Ibidem.

Ex prælio integer diſceſſit. Ep.ad Fam.l.10.p.319.

Acriter & vehementer præliatus ſum. Ep.Att.l.1.p.23.

Quas ego pugnas & quantas ſtrages edidi? Epiſtol. Attic. libr. 1. pag. 24.

Vt in præſentiâ tecum committere prælia velit. Epiſt. Attic. libr. 8. pag. 258.

Certare cum aliis pugnaciter de aliquâ re. Acad.l.2.p.35.

Non obteſtandi causâ cum aliquo pugnare. Acad.l.2.p.45.

Pugnas omninò, ſed cum adverſario facili. Academ. libr. 2. pag. 43.

Intendi longiùs acies non poteſt. Acad l.2.p.42.

Cùm autem Poſthumus Dictator cum Octavio Manilio Tuſculano prælio dimicaret in noſtrâ acie, Caſtor & Pollux ex equis pugnare viſi ſunt. de Nat.Deor.lib.2.p.82.

Voluptatum calculis ſubductis prælium ineunt. de Fin. libr. 2. pagin.153.

Cùm pericula præliorum iniret audaciùs. de divin.l.1.p.177.

Ne tuam cauſam, in quâ tibi cum Diodoro magna luctatio eſt, deſeras. de Fato. p.278.

Maximè tibi de hoc ipſo cum Diodoro certamen eſt. Ibid.

In medios ſe immittere hoſtes. Qu. Tuſc.l.1.p.344.

Ferro decertare, Qu. Tuſc.l.2.p.274.

Pugnare inter ſe viderentur. Off.l.2.p.67.

Quia nunquam poſſet utilitas cum honeſtate pugnare. Off. libr.3. pag.102.

Quod non utilia cum honeſtis pugnarent. Off.l.3.p.112.

Ibi vero non modò cum hoſtibus, verùm etiam cum fluctibus dimicare melius fuit. Off.l.3.p.138.

Omni ſtudio ad bellum incumbere. pro Leg Man.p.635.

Bello aliquem laceſſere, ac tentare. pro Leg. Man.p.616.

Dico eius adventu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas atq; inſtructas eſſe deletas, ſummis obſidionis periculis liberatam urbem. pro Leg. Man.p.635.

Sæpiùs cum hoſte conflixit, quàm quiſquam cum inimico concertavit, plura bella geſſit, quàm cæteri legerunt, plures provincias confecit, quàm alii concupiverunt. pro leg.Man.p.638.

Africa teſtis, quæ magnis oppreſſa hoſtium copiis eorum ipſorum ſangui-

ſanguine redundavit. pro leg. Man. p. 639.
Italia cum ſervili bello tetro periculoſoq; premeretur. Ibid.
Bellum extenuare, imminuere, tollere, ſepelire. pro leg. Manil. pag. 6.9.
Longè à domo bellare, & propugnaculis imperii. pro leg. Man. pag. 640.
Bellum alicui tranſmittere. pro Leg. Man. p. 644.
Hic ad omnia veſtra memoria bella conficienda divino quodam conſilio natus eſſe videtur. pro leg. Man. p. 649.
Bellum conficere. pro leg Man. p. 651.
Pro ſalute communi arma capere. pro C. Rabir. p. 155.
Arma contra aliquem ferre. pro. Cn. Rab. p. 162.
Arma capere. pro. C. Rab. p. 164.
Inferre bellum patriæ. in L. Cat. p. 174.
Bellum alicui indicere. in Lu. Cat. p. 182.
Numquam in acie pertimuit, armatus ſæpè in hoſtiũ manum multitudinemq; ſe immiſit. pro Font. p. 585.
Bellum inteſtinum ac domeſticum, poſt hominum memoriam crudeliſſimum ac maximum me uno togato duce & imperatore ſedetur. in L. Catil. p. 191.
Bellum alicui facere. in L. Cat. p. 202.
Armis expellere aliquem. in Cat. p. 203.
Bellum gerere cum aliquo. in Cat. p. 205.
Æternum bellum ſuſcipere. in L. Cat. p. 216.
Agitare rem militarem. in L. Mur. p. 227.
Cùm armis pellendum à ſuis mœnibus cenſuiſſent. pro L. Flac. pag. 287.
Cum fugitivis fortiter bellum geſſerat. pro L. Flac. p. 305.
Ad ferrum, ad flammam vocari. pro. L. Flac. p. 305.
Dimicare armis. Orat, ante exilium. p. 364.
Cum apertis hoſtibus bellum gerere. Orat. poſt reditum. pagin. 391.
Acerbum bellum inteſtinumq; ſuſcipere. pro Domo. p. 424.
Speravit eiſdem ſe copiis cum illo poſſe confligere. pro Domo. pagin. 426.
Cum his furiis & facibus, cum his inquam exitioſis prodigiis ac penè huius imperii peſtibus bellum mihi inexpiabile dico eſſe ſuſceptum. de Aruſp. Reſp. p. 463.
Cum ſalutis defenſoribus bellum ſibi eſſe gerendum iudicarunt. Sest. 4.

Vicaſſim

Vicatim homines conſcribebantur, decuriabantur ad vim, ad manus, ad cadem, ad direptionem incitabantur. Sect. 15.

Non ille mihi legitimam aliquam contentionem, ſed vim, arma, exercitus, Imperatores, caſtra denuunciavit. Sect. 11.

Veteres copiæ & effuſa ac ſuperata illa Catilinæ manus importuna eſt renovata. Sect. 22.

Contendere contra tribunum plebis privatis armis. Sect. 22.

In hanc Reip. navem fluitantem in alto tempeſtatibus, armatæ tot claſſes incurſuræ videbantur. Sect. 23.

Claſſibus ſe eam navem oppreſſuros minitabantur. Sect. 23.

E terreſtri præſidio milites colligere, quos in navibus collocet. in Verr. p. 593.

Eſt vobis auctor, vir bellorum omnium maximarumq; rerum peritiſſimus Servilius, cuius tantæ res geſtæ terrâ mariq; extiterunt, ut cùm de bello deliberetis, auctor vobis gravior eſſe nemo debeat. pro Leg. Man. p. 654.

In re militari cùm ſummi conſilii, & maximi animi, tum verò uſu quoq; bellorum gerendorum inprimis eorum hominum, qui nunc ſunt, exercitatus. pro Font. p. 581.

Virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad uſum, ad diſciplinam peritum, ad conſilia prudentem, ad curſum fortunamq; felicem, domi vobis ac liberis veſtris retinere. pro Font. pag. 583.

Ducem ſe militibus præbuit. Vat. 87.

Vigebant ſtudia rei militaris. Cæl. 94.

Milites dimittere. Ep. ad Fam. l. 3. p. 63.

Movere caſtra. Ep. ad fam l. 3. p. 69.

Excluſi eos, qui me in caſtra, & qui trans Taurum perſequi non poſſent. Ep. ad fam. l. 3. p. 74.

Quid erat quod me perſequerentur in caſtra. Ibid.

Diffidere militibus. Ep. ad fam. l. 7. p. 187.

Poſtquam itum eſt ad arma. Ep. ad fam. l. 10. p. 311.

Brutum decem ac ſeptem cohortes, & duos non frequentes tyronum legiones, quos conſcripſerat, Antonium habere audio. Epiſt. ad fam. l. 10. p. 318.

Quamvis in magnam deſcendat vitæ dimicationem. ad Her. libr. 4. pag. 118.

Non luctabor tecum Craſſe amplius. de Orat. l. 1. p. 288.

Contendere cum aliquo. pro Quint. p. 1.

Tecum mihi res eſt. pro Sex. Roſc. p. 65.

Contendit

Contendit humilitas cum dignitate, de amplitudine. pro Sex. Roſc. p.84.

Si certamen inter aliquos ſit, cui potiſſimùm delatio detur. in Verr. pag.110.

In agendo inferiores non futuri ſumus. pro Cæcin.556.

De capite, de famâ & liberis dimicare. Seſt.3.

Tota deniq; Italia ad omnem contentionem expedita eſt. Seſt. 19.

Erat mihi contentio non cum exercitu, ſed cum operis conductis, ad diripiendam urbem concitatis. Seſt.10.

Cum amentiſſimo Tribuno plebis cùm decertaſſem, cum conſulibus dimicarem. Seſt.22.

Ad arma vocarent, qui ne veſtitu quidem defendi Remp. ſiviſſent. Seſt. 23.

Inſtructa acie pro ſalute populi Romani victoriâque voviſſem. Seſt. 25.

Cædem à vobis veſtriſq; liberis, vaſtitatem, incendia, rapinas meo dolore luctúq; depuli. Seſt. 25.

Cum propè vim piſtorum armorum profugiſſet. Seſt.26.

Externa bella regum, nationum, iam pridem extincta ſunt. Seſt. 26.

Conſilio & auxilio bonorum oppugnare Rempublicam. Seſt. (27.

Antiochus Magnus magnâ belli contentione terrâ mariq; ſuperatus eſt. Seſt.p.30.

Cum Armeniorum Regem Tigrane grave bellum perdiuturnumq; geſſimus. Seſt.p.30.

Ille iniuriis in ſocios noſtros inferendis bello propè nos laceſſivit. Seſt.30.

Atq; etiam cùm ad fluvium Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio deviciſſent. De nat. Deor. lib.2 p.52.

Reſpublica à facinoroſiſſimis ſicariis & à ſervis eſt oppreſſa, atq; occupata. Seſt.41.

Fuiſtisne ad arma ituri? Seſt.41.

Ad ferrum, ad faces, ad quotidianam cædem ſe cum exercitu contulit. Seſt.44.

Bellum intulit quieſcentibus. Seſt.47.

In Hiſpania duriſſimo bello cum Metello & in claſſe, & in exercitu fuit. Corn.127.

Acerrimis illis & maximis præliis Sicyonenſi & Darienſi interfuit. Corn.127.

Maxima bella nobis inferantur. Corn.142.

Bella

Bella maxima geſſit, & confecit. Corn.147.
Bellum nobis propè iuſtum intulerunt. Prov.152.
Bellum cum maximis tyrannis conſulari exercitu & imperio confectum eſt. Provin.162.
Inſtaurata ſunt maximi belli reliquiæ & incitatæ. Provin. 164.
Bellum in Galliâ geſtum eſt maximum. prov.164.
Omnia flammâ & ferro delere voluerunt. prov.165.
Ipſis indixi bellum & inimicitias. prov. 165.
Ortum repentè bellum Allobrogum, atq; hac ſceleratâ coniuratione excitatum præliis fregit. prov.169.
Sibi cum iis, quos armatos vidit, contra populum Romanum bellandum eſſe duxit. provin.169.
Cum acerrimis nationibus & maximis præliis feliciſſimè decertavit. prov.169.
Noſter exercitus & arma populi Romani has regiones peragrarunt. prov.160.
Arma in templo Caſtoris conſtituebantur ab eo latrone. Piſ.181.
Mihi certamen fuit cum Mario. Piſ.186.
Arma in templo Caſtoris luce, & palàm comportantur. Piſ. 187.
Bellum hoc hic ordo aut populus ſuſcepit. Piſ.199.
Nefarium & crudele bellum iſtis intuliſti. Piſ.214.
Dyrrhachii milites domum, in quâ iſtum eſſe arbitrabantur, obſidere cœperunt. Piſ.218.
Omnia bella iure gentium conquieſcebant. Rab.279.
Omnes ad illa arma fato neſcio quo Reipublicæ miſero funeſtoq; compulſi ſumus. Marc.285.
Civile bellum tantum & tàm luctuoſum excitaverunt. Marc. 287.
Iisdem in armis fuit. Ligar.296.
Contra te ipſum Cæſarem eſt congreſſus armatus. Lig.296.
Quid tuus ille diſtrictus in acie Pharſalicâ gladius agebat? Ligar.296.
Belli civilis incendium ſalute patriæ reſtinxiſtis. Marc.291.
Perfuncta eſt Reſpublica hoc miſero fataliq; bello. Marc.141.
Bellum ſubitò exarſit. Lig.294.
Tecum in acie fuit contra Pharnacem. Deiot.311.
Omnia omnium arma contra te unum excitavit. Deiot.312.
Iſte ardebat ſtudio ipſius belli. Deiot.117.
Deiotarus familiam veſtram abiectam, & obſcuram è tenebris in lucem vocavit. Deiot.317.

Fami-

Familijs omnibus bellum nefarium indicere. Deiot.718.

In Cicilia & Syria bella geſſerunt. Deiot.318.

Qui non bellum eodem tempore mihi indixerit. Philipp. 2. p. 338.

Cùm inferri patriæ bellum nefarium viderem Phil.2.347.

Obeam causam meâ culpâ civile bellum natum eſt, Philipp. 2.p. 347.

Civile bellum natum, conflatum, & ſuſceptum eſt tuâ operâ. Phil.2.365.

Ter depugnavit Cæſar cum civibus in Theſſaliâ, Africâ & Hiſpaniâ. Phil. 2.367.

Bellum nefarium contra fortunas noſtras ab homine profligato, & perdito non comparatur, ſed geritur. Phil.2.384.

Armis decernere. Phil 3.398.

Hoc bellum non ex diſſenſione partium, ſed ex nefariâ ſpe perditiſſimorum civium excitatum eſt. Phil.5.419.

Huius ſingulari clementiâ & manſuetudine bellum acerbiſſimum eſt reſtinctum. Phil.5.422.

Pacis nomine bellum involutum reformido. Phil.7.442.

Non illi ſenatus, ſed ille populo Romano bellum indixit. Phil. 7. p. 445.

Bellum contra Antonium ſuâ ſponte ſuſcepit. Philipp. 8. p 447.

Quiſquam bellum timet, qui nos coacti id ſuſcepimus. Philipp. 10.p. 471.

Pro populi Romani ſalute arma ceperunt. ibid.

Iidem acerrimi pro ſalute Bruti bellum gerunt. Philipp.10. p. 472.

Pro ſalute communi arma capiunt. Philipp.10.p.473.

Cum Dolobellâ hoſte decreto bellum eſt gerendum. Philipp. 11. p.483.

Tùm populum Romanum ad privatum bellum detulit. Phil. 11. p.484.

Veterani pro Republicâ arma ceperunt. Philipp. 11. pag. 49.

Cum impijs ſceleratisq́; civibus bellum ſuſcepimus. Philipp. 13. p.507.

Civile bellum concupiſcit. Phil.13.p.508.

Magnas res geſſi bellicas Phil.13.p.514.

Maiora bella geſſerunt. ibid.

Bellum contra patriam nefarium ſuſcepiſti. Philipp. 13. p. 527.

Bellum contra te gerunt. ibid.

Conflare bellum Ep.ad Fam.lib.5.p.118.

Si hoc expectandum ſit, totum bellum conficiam. Ep. ad Fam. lib. 5.p.128.

Sume arma. Ep.ad Fam.l.6.p.163.

Suadere inſtitui, ut bellum duceret. Ep. ad Fam.l.1 p.187.

Occultum bellum mihi indixit. Ep.ad Fam.l 8.p.235.

Civitas ad arma ijt. Ep. ad Fam.lib.8.p.238.

Lepidum caſtigare non deſtiteram, ut extingueret bellum. Epi. ad Fam. l.10.p.301.

Componere bellum. Ep. ad Fam.l.10.p.317.

Cum exercitu meo à confluente Rhodano caſtra movi. Epiſt. ad 10. p.319.

Vltra me caſtra poſuit. ibid.

Nos ſi alia hortarentur, ut bellum ſuſcitare velimus. Ep.ad Fam. lib.11.p.323.

Inprimis rogo te, ad hominem ventoſiſſimum Lepidum mittas, ne bellum nobis redintegrare poſſit. Ep.ad Fam.lib.11.p.328.

Bellum Reipublicæ indicere. Ep.ad Fam.l.11.p.337.

Nos confecto bello renovatum bellum gerimus. Ep. ad Fam. lib. 12.p.357.

Ille ex turbulentâ Republicâ, hic ex pace & victoriâ bellum excitavit. Ep.ad Fam.l.12.p.359.

Si contra importuniſſimos latrones arma cepit. Ep. ad Fam. l.12. p.360.

Omnibus meis bellum primus indixi. Epiſt. ad Fam. lib. 12. p.366.

M. Aneio legato imperavi, ut eas quinque cohortes ad reliquum exercitum duceret, coactoq; in unum locum exercitu caſtra in Lycaoniâ apud Iconium faceret. Epiſt. ad Fam. lib. 15. p.466.

Concitare bellum. Ep. ad Fam lib.15. p.467.

Depugnarem potiùs cum ſummo non dicam exitio, ſed periculo veſtro. Seſt. 24.

Adducta res in certamen eſt. Piſ.212.

Ferro inter ſe communiùs decertarunt. Piſ. 212.

Cum illâ ipsâ deterrimâ peſte ſæpiſſimè pro tuâ gloriâ contendi. Mil. 249.

Deinceps cum hoſte conflixit, & cum maiore numero hoſtium contendit. Phil. 14. p. 546.

Diſceptare armis. Ep. ad Fam. lib. 4. p. 113.

Simius non ſemiſſis homo contra me arma tulit, & eum bello cepi. Ep ad Fam. lib. 5. p. 128.

Tum enim bella gerere noſtri imperatores & duces incipiunt, cùm auſpicia poſuerunt. de Nat. Deor. lib. 2. p. 53.

Niſi eius augurio Rex Hoſtilius maxima bella geſſiſſet. de Nat. D l. 2. p. 53.

Tum ergò cum Zenone, ut accepimus, Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit. Acad. Qu. lib. 1. p. 94.

Cùm bello Latino ludi votivi maximi primùm fierent: civitas ad arma repentè eſt excitata. de Divin. lib. 1. p. 128.

Cùm contra Hannibalem Legiones duceret. de Divin. libr. 1. p. 187.

Committere prælium. ibid.

Vt pro vitulis contra Leones ſummâ vi impetuq́ contendant. de Fin. l. 3. p. 207.

Magnum & difficile certamen inire. de Fin. l. 4. p. 225.

Quarum præſidio iniret illud difficile magnumq́ prælium. de Fin. l. 4. p. 226.

Concertationem alicuius rei tollere. Quæſt. Tuſcul. libr. 2. p. 349.

In certamen deſcendere. Qu. Tuſc. l. 2. p. 373.

Helvetij ſine dubio ſunt in armis, excurſionesq́ faciunt in provinciam. Ep. Att l. 1. p. 38.

Totam Italiam flagraturam bello intelligo. Epiſt. Attic. lib. 7. p. 224.

Bellum nullum noſtri adminiſtrant. Ep. Att. l. 7. p. 226.

Bellum Italiæ terrâ mariq́ inferemus. Epiſt. Att. lib. 9. pag. 266.

Bellum crudele & exitioſum à Pompeio ſuſcipi intelligebam. Ep. Att. l. 9 p. 274.

Cùm tàm peſtiferum bellum pararet. Epiſt. Att. libr. 9. pag. 293.

Quos contra me ſenatus armavit. Ep. Att. l. 10. p. 316.

Tibi bellum aliquod magnum & periculoſum adminiſtranti. Ep ad Qu. Frat. l. 1. p. 569.

Cum iјs bellum ſuſcepimus ſempiternum. Ep. ad Qu. Frat. libr. 1. p. 581.

Ad Mithridaticum bellum miſſus à ſenatu. Acad. Quæſt. lib. 2. p.3.

Cùm victor à Mithridatico bello revertiſſet, triumphavit. Acad. Qu. lib.2.p.4.

In bello magno rei militaris occupatio eſſe ſolet. Acad. Qu. lib. 2. pag.5.

Nec verò, ut fabulæ ferunt, dij bellis prœliiſq; caruerunt. de Nat. Deor.l.2.p.78.

Bellum cum aliquo gerere. de Fin. l.2.p.145.

Aut quod bellum ſuſceptum eſt ab eâ ſine conſilio deorum. de Divin.l.2.p.156.

Bellum alicui inferre. de Divin.l.1.p.177.

In aciem Latinorum irrupit armatus. de Divinat. libr. 1. pag.177.

Cùm fano Delphici Apollinis bellum nefarium intuliſſet. de Divin.l.1.p.190.

Ex quo factum, ut & viderentur virgines ferre arma contra, & nive Gallorum obruerentur exercitus. ibid.

Quibus portentis populo R. magna bella, pernitioſæq; ſeditiones denunciabantur. de Divin.l.1.p.197.

Aut belli adminiſtrationem prudentiùs, quàm Imperator coniecturâ aſſequetur. de Divin. l.2.p.216.

Manum ſibi, & copias feſtinas comparavit. Seſt. 43.

Maioribus præſidiis & copiis Reſpub. oppugnatur, quàm defenditur. Seſt.p.50.

Omnis noſter exercitus ſuperbiſſimo delectu, & duriſſimâ conquiſitione collectus, interijt. de Prov.p.158.

Tantum habebas exercitum, quantum tibi Senatus non dederat, ſed quantum tua libido conſcripſerat. Piſ. p.193.

In Macedoniam magnum exercitum tranſportavit. Piſ. pag. 198.

Caſtra movere. in Ver.p.430.

Non eſt tibi cum Pompeianis, ſed cum totâ Repub. bellum. Phil.13. p.529.

Ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuêre. de Amic. pag.197.

Contra quos arma fert. Phil.13. p.530.

Propter cuius periculum ad ſaga ivimus. Phil.14. p.532.

Bellum inexpiabile infert Conſulibus omnium latronum teterrimus. Phil.14.534.

Gerit

Gerit idem bellum cum Senatu populoq; Romano. Philipp. 14. 534.

Bellum grave Octavianum inſecutum eſt. Philipp. 14. p. 540.

Cum tribus Antonij legionibus equitatu conflixit. Philipp. 14. p. 542.

Amiſit maximam partem exercitûs. Piſ. 198.

Dimiſit reliquum exercitum. ibid.

Ex Syriâ exercitum educit. Piſ. p. 199.

Ille exercitum Cn. Domitij ampliſſimi viri ſuis tectis & copiis ſuſtentavit. Deiot. p. 311.

Qui contra conſulem privato conſilio exercitus compararunt. Phil. 3. p. 380.

Invictum exercitum ex Hiſpaniâ militibus conduxit. Philipp. 4. 401.

Tenetur, premitur, urgetur nunc ijs copiis, quas iam habemus, mox iis, quas paucis diebus conſules compararunt. Philipp. 4. pag. 405.

Civem ſceleratum & perditum Gallorum & Germanorum exercitu, peditatu, equitatu, & copiis inſtruis. Philipp. 5. pag. 408.

Exercitum tantum tàm brevi tempore ſummo ſtudio municipiorum coloniarumq; provinciæ optimè de Rep. merita & merentis conſcripſit, & comparavit. Phil. 5. p. 420.

Milites veteranos ſummo Reipub. tempore conſcripſit. Philipp. 5. p. 424.

Contra vim & auſpicia obſeſſo ſenatu ad opprimendam Rempublicam Brunduſio legiones accerſivit. Philipp. 6. pag. 430.

Contra patriam exercitum duxit. Phil. 13. p. 513.

Copias ſuo labore & periculo ad Reipub. non ad ſuum præſidium per ſe confecit. Phil. 10. p. 466.

Parthos times, quia diffidis copiis noſtris. Epiſtol. Fam. libr. 2. pag. 46.

Vexare aliquem copiis. Epiſt. Fam. lib. 2. p. 46.

Pergratum mihi feceris, ſi iſtas exiguas copias, quas habuiſti, quàm minimùm imminueris. Ep. Fam. l. 3. p. 63.

Vt coniungerem copias rogavit. Ep. Fam. lib. 10. p. 291.

Magnam perditi hoſtes ſibi acceſſionem feciſſent, ſi quas copias à Lepido abſtraxiſſent. Ep. Fam. l. 10. p. 295.

Auditâ re Hircius cum cohortibus viginti veteranis redeundo

Antonio, in ſua caſtra occurrit, copiasq; delevit omnes. Epiſt. Fam. l.10. p.311.

Itaq; quem exercitum neq; vendere ullis præmiis volui, nec eorum periculorum metu, quæ victorib. illis pertendebantur, diminuere debetis exiſtimare, retentam. Ep. Fam.l.10.p.315.

Loquebantur omnes te habere copias. Ep. Fam.l.11.p.354.

Parvis omninò iam copiis obſidebatur, quod magno præſidio Bononiam tenebat Antonius. Ep.Fam.l.12.p.355.

Magnas Romæ Panſa copias ex delectu Italiæ comparat. ibid.

Niti alicuius exercitu. Ep.Fam.l.12.p.358.

Quem ego exercitum quibuſcunq; potero rebus, ornabo. ibid.

Exercitus omnes, qui in Syriâ fuère, teneo. Ep. Fam.libr.12. pag. 360.

Neq; quò fugiat habet, neq; diutiùs ibi poterit tantum exercitum Caſſij ſuſtinere. Ep. Fam.lib.12.p.265.

Reſiſtere copiis. Ep.Fam.lib.14.p.447.

Mediâ nocte cum magnâ copiâ venit Clodius, cùm haberet fugitivorum deiectas copias. Ep. ad Att.l.4.p.114.

Exercitum luſtravi apud Iconium. Ep. Att. l.5.p.157.

Magnum numerum hoſtium concidimus. ibid.

Exercitum tenet multâ ſpe, & promiſſis. Ep.Att.l.7.p.218.

Quot in præſentiâ cohortes erga te habet Cæſar? Ep. Att. libr. 8. p.257.

Populi Romani exercitus Cneium Pompeium circumſidet, & vallo ſeptum tenet. Ep.Att.l.9.p.292.

Contra te hic ordo Conſulibus arma dedit, quæ non effugiſſes, niſi te ad arma Cæſaris contuliſſes. Phil.2.p.358.

Ego arma contra Conſules, contra patriam tuli. Phil.2.p.366.

Quid eſt aliud civili hoſti omnia arma ad bellum largiri? Phil.5. p.408.

Saga ſumſimus: arma cepimus. Phil. 12.p.500.

Cum iam in armis eſſemus. Ep.ad Att.l.8.p.252.

Illi armis diſceptari noluerunt. ibid.

Vt contra eum arma feras. Ep. ad Att.lib.9. p.278.

Ne contra Cæſarem pugnares. Ep. ad Att.lib.9.p. 80.

Si Sextus in armis permanebit. Ep.ad At.lib.14.p.424.

Contra metum, & vim ſuis ſe armis defendere. de Nat. Deor.li. 2.p. 100.

Expedire arma. Qu.Tuſc.l.2.p.362.

Conſiliis, diligentiâ noſtrâ celeriter de manibus audaciſſimorum civium

civium delapſa arma ceciderunt. 1. Off. p. 32.

Quæ res geſta eſt nunquam in bello tanta? quis triumphus conferendus? ibid.

Diceret ſe tertium triumphum deportaturum fuiſſe, niſi meo in Rempublicam beneficio, ubi triumpharet, eſſet habiturus. ibidem.

Qui arma contra ferunt. 1. Off. p. 35.

Qui nos in hoſtium numero habeat. Ep. At. l. 10. p 333.

Circumſidemur omnibus copiis. Ep. Att. l. 15. p. 473.

Romam venit cum magnâ manu. Ep. Att. 16. p. 506.

Cohortibus armatis circumſeptus ſenatus. Ep. Att. p. 645.

Exercitum in graviſſimo bello animadverſionis metu contineret. de Fin. lib. 1. p. 110.

Vt in expeditionem exercitum educerent. de Divin. l. 1. p. 186.

Et cùm Imperator exercitum, Conſul populum luſtraret. de Divin. l. 1. p. 197.

Cùm in expeditionem educturus eſſet. de Divinat. libr. 1. pag. 238.

Qui maximas copias duxit ad Troiam. Quæſt. Tuſcul. libr. 1. p. 336.

Suis fructibus exercitum alere non poſſet. 1. Off. p. 12.

Paratiores habuerunt exercitus, & fortiores. 1. Off. p. 31.

Tantum enim abfuit, ut illorum præſidio noſtram firmaremus claſſem, ut etiam à Rhodijs urbe, ſtatione, quæ extra urbem eſt, cõmeatu, aquâ denique prohiberentur noſtri milites. Ep. ad Fam. lib. 12. p. 367.

Cinximus vallo & foſſâ, aggere maximo, vineis, turre altiſſimâ, magnâ tormentorum copiâ, multis ſagittarijs, magno labore, apparatu, multis ſaucijs noſtris, incolumi exercitu negotium confecimus. Ep. Att. lib. 5. p. 158.

Magnum bellum impendet à Parthis. Epiſtol. Att. libr. 6. p. 180.

Qui hoc bello contra patriam arma cœperunt. Brut. pag. 538.

Ciuibus arma cogitas inferre, à quibus exercitum abducis, adverſus quos aciem ſtruis. Epiſt. Octav. p. 647.

Tantus Imperator in omni genere belli fuit, præliis, oppugnationibus, navalibus pugnis, totius belli inſtrumentis & apparatu. Acad. l. 2. p. 4.

Certamen cum aliquo inſtituere. Q. Tuſc. l. 3. p. 398.

Arma ſumere. Qu. Tuſc.lib.4.p.433.
Toto pectore trementem provocare ad pugnam. ibid.
In has clades incidimus. Off.l.2.p.75.
Cumq; de imperio certamen eſſet, cum rege generoſo ac potente. Off.lib.2.113.
Non ſuſcepiſſet bellum civile Cæſar. de Divin,l.2.p.220.
Rem bellicam adminiſtrari maiores noſtri niſi auſpicatò voluerunt. de Divin.l.2.p.242.
Patriæ bellum inferre. de Divin.l.2.p.257.
Qui ipſi bellum ſibi indixiſſent. de Fin.l.5.p.261.
Bellum gerere cum aliquo. Qu.Tuſc.l.3.p.307.
Arma contra aliquem ſumere. Qu.Tuſc.l.1.p.330.
In prælium aliquem mittere. Q.Tuſc. l.1.p.338.
Qui conſuetus es in armis æuum agere. Quæſt. Tuſcul. libr. 2. p.368.
Bello potiti ſunt. 1.Off.p.11.
Convenit dimicare pro patriâ Qu.Tuſc.l.4.p.430.
In Republicâ maximè conſervanda ſunt iura belli. 1. Offic. p 16.
Suſcipienda quidem bella ſunt ob eam cauſam, ut ſine iniuriâ in pace vivatur. ibid.
Poſſet aliquando ad bellum locus ipſe adhortari. ibidem.
Qui armis poſitis ad Imperatorum fidem cõfugiunt, quamvis murum aries percuſſerit, recipiendi ſunt. ibid.
Nationes devictas bello in fidem receperunt. 1 Offi. p.17.
Ex hoc intelligi poteſt, nullum bellum eſſe iuſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut renunciatum antè ſit, & indictum. ibid.
Pompilius Imperator tenebat provinciam, in cuius exercitu Catonis filius Tiro militabat, cùm autem Põpilio videretur unam dimittere legionem, Catonis quoq; filium, qui in eadem legione militabat, dimiſit. ibid.
Monet ut caveat, ne prælium ineat. ibid.
Bella cum aliquo gerere. ibid.
Arma contra aliquem ferre. ibid.
De imperio decertatur, belloq; quæritur gloria. ibid.
Ea bella, quibus imperij gloria propoſita eſt, minùs acerbè gerenda ſunt. 1. Off.p.18.
Civiliter contendimus. ibid.
De imperio dimicabatur. ibid.

Cum

Cum altero certamen honoris, & dignitatis eſt, cum altero capitis & famæ: ſic cum Celtiberis, cum Cimbris bellum, ut cum inimicis gerebatur. Ibid.

Multi bella ſæpè quæſiverunt propter gloriæ cupiditatem. 1.Offic. pag. 30.

Sunt ad rem militarem apti. Ibid.

Bella gerere. 1. Off. p. 32.

Eorum conſilio ſæpè aut non ſuſcepta aut confecta bella ſunt, nonnunquam etiam illata. 1. Off. p. 32.

Bellum ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud niſi pax quæſita videatur. Ibid.

Temerè in acie verſari & manus cum hoſte confligere, immane quiddam & belluarum ſimile eſt. 1. Off. p. 33.

Decertandum manu eſt. Ibid.

Bella aut de ſociis aut de imperio gerebantur. 1. Off. p. 74.

Tantum Italicum bellum propter iudiciorum metum excitatum eſt. Off. 2. p. 95.

Carthagini malè iam diu cogitanti bellum inferatur. de Sen. p. 155

Caſtra ad Cybiſtra, quod oppidum eſt ad montem Taurum, locavi. Ep. ad fam. l. 14. p. 462.

Ex eo loco caſtra movi. Ep. ad fam. l. 15. p. 464.

Cùm quidem C. Poſthumius Aruſpex oraret illum, ut ex expeditione educeret exercitum, id cùm Sylla feciſſet ante oppidum Nolam florentiſſima Samnitum caſtra cepit. de Divinat. libr. 1. pag. 186.

Cùm Aretium verſus caſtra moviſſet. de divin. l. 1. p. 187.

In foro etiam caſtra poſuit. paradox. 4 p. 433.

Beneficiorum. Benefaciēdi Meritorum. Beneficentiæ. Benignitatis. Liberalitatis. Munificentiæ. *Vide etiam* Officij. Studij. Benevolentiæ.

Wolthaten / Gutthaten / Beweiſen / Erzeigen / Eine Gutthat / wol / vbel anlegen / Freygebigkeit / Gutthätig / Wolverdient / Verpflicht / Schuldig / Verbunden ſeyn.

Archi-

ARchitectum eſſe benefactis. Amph. prol. v. 54. *h. e.* autorem eſſe beneficiorum.

Nobis ſunt obnoxii, noſtro devincti beneficio. Aſinar. 2. 2. verſu. 19.

Neq; quiſquam eſt ingenio tàm duro, nec tàm firmo pectore, quin ubi quicquam occaſionis ſit, ſibi faciat benè. Aſinar. 5. 2. verſ. 93.

Vt mihi bona multa faciam, clàm meam uxorem. Caſ. 2. 8. verſu 34.

Et benè & benignè facitis. Pœn. 3. 2. v. 12.

Atq; ut gratum mihi beneficium facitis, experiar. Rud. 4. 6. verſu. 17.

Animo ſuo volupe facere. Caſ. 4. 1. v. 5.

Benefacta maiorum meûm exaugeam, atq; illam augeam in ſperato opportuno bono. Stich. 2. 2. v. 31.

Benè volo ego illi facere. Trin. 2. 1. v. 47.

Non ſum occupatus amico operam dare. Merc. 1. 3. v. 4.

Bona aliquem facere. εὐποιεῖν. Amph. 1. 1. v. 29.

Iam diu ego huic benè, & hic mihi volumus. Pſeud. 1. 3. v 4.

Generi noſtro hæc reddita eſt benignitas. Stich. 2. 1. v 27.

Benè amico ſi feceris, ne pigeat feciſſe, ac potiùs pudeat, ſi non feceris. Trin. 2. 2. v. 67. 68.

Nullum beneficium duco eſſe id, quod cui facias, non placeat. Trin, 3. 2. v. 12.

Si quid amicum erga benefeci. Trin. 5 2. v. 4

Iſthæc commemoratio quaſi exprobatio eſt immemoris beneficii. Andr. 1. 1.

Vt ſolidum parerem hoc mihi beneficium, Chærea. Eun. 5. 2.

Hoc beneficio utriq; ab utriſq; vero devincimini. Heautontim. 2. 3.

Quem beneficio adiungas, ille ex animo facit, (ſcil. quod facit) *ſtudet par referre, præſens abſensq; idem erit.* Adelph 1. 1.

Abs quivis homine, cùm eſt opus, beneficium accipere gaudeas. Adelph. 2. 3. v. 1.

Verùm enimverò id demum iuvat, ſi quem æquum eſt benefacere, is facit Ibid.

Neq; modum benignitatis, neq; quid me ores, cogitas. Adelph. 5. 1.

Tibi lubens benefaxim. Adelph. 5. 5. & 6.

Pro maleficio ſi beneficium ſummum volunt reddere. Phorm. 2. 1.

Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præſentem Deum. Ibid.

Immò

Immò enim quàm maximè abs te poſtulo, atque oro,
Vt beneficium verbis initum, re comprobes. And.5.1.
Feneratum iſtuc beneficium tibi pulchrè dices. Phorm.3.2.
Idem hoc tibi, quod benè promeritus fueris, conduplicaverit. Ibid.
Crede mihi, gaudebis facto. Ibid.
Cupio aliquos parere amicos beneficio meo. Eun.1.2.
Nunc tibi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier? (id eſt meam liberalitatem.) Eun.1.2.
Habet, quod det, & dat nemo largiùs. Eun.5.9.
Accipit hominem nemo meliùs prorſus, neq; prolixiùs. Ibid.
Vehemens in utramq; partem es nimis, aut largitate nimiâ aut parcimoniâ. Heaut.3.1.
Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum. Adelph. 2. 2.
Novi tuum animum, quaſi quicquam tibi ſint viginti minæ, dum huic obſequaris. Ibid.
Age prolixè: (id eſt, *ſis liberalis.*) Adelph.5.8.
Quæ res tàm repentè mores mutavit tuos? quod prolubium? quæ iſthæc ſubita eſt largitas? Adelph.5.9.
Benigno animo & fideli, & clementi in illam fui. Hecyrâ.3.5. verſ. 22.
Ab Orco mortuum me reducem facis in lucem. Hec.5.4.v.11.
Facere boni quid. Hec.5.4.v.32.
Hoc illi in beneficii loco defero. in Verr.p.234.
Quin cum opus eſt, beneficium rurſum ei experiemur reddere. Phor. 3. 3.v.5.
Beneficium clavo, quemadmodum dicitur, trabali figere. in Verr. p. 509.
Benè apud aliquem pretia ac munera collocare. In Verrem.pagin.510.
Beneficiis alicuius privatum eſſe. pro A. Cluent p.71.
Commodis omnibus afficere aliquem. pro A. Cluent.p.83.
Affici beneficio. contra Rul.p.96.
Beneficium ab aliquo accipere. contra Rul. p.109.
Beneficio aliquem placare. in L Catil.p.216.
In aliquem multa & magna beneficia conferre. pro L. Flacc, p.285.
Summa Cæſaris in omnes, incredibilis in hunc liberalitas extitit. Rab.278.

Vide

Pecunias, ad beneficentiam liberalitatemq́; conferre. 1. Off. p.28.
Vide quanta lux liberalitatis tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. Ligar.295.
Liberalitas tua, ut hominis nobiliſſimi latiùs in provinciâ patuit. Ep. ad fam. l. 3. p.76.
Si quis fortè fuerit, qui noſtræ dignitati obeſſe velit: Peto à te, ut tuam conſuetudinem & liberalitatem in me abſente defendenda mihi præſtes. Ep.Fam.l.5.p.127.
Competitor Domitius liberalis in populo valdè fuit. Ep. ad Attic. l.4.p.129.
Ne tua liberalitas diſſolutior videatur. Epiſtol. ad Brutum pagin.538.
Sed oblitus liberalitatis meæ, quâ tecum paulò ubi cœperim, plura complector. de nat. Deor. l.1.p.28.
Ponere beneficium apud ingratos homines. E.223.b.
Benè ponere beneficium apud aliquem. E.216.b.
Benè ponere ſtudium ſuum, officium apud aliquem. E.214.b.
Apud ipſum præclariſſimè poſueris (ſtudium) E.217.a.
Quare non οἴχεται induſtria tua, ſed præclarè ponitur. At. 84.a
Operam apud aliquem optimè poni. Qu.de Pe.212.a.
Benè collocare beneficium. Ep.216.a.
Collocare beneficium apud aliquem. Off.48.a.
Se benè apud iſtum tàm multa pretia ac munera collocaſſe. in V. 247.a.
Ædilitas alicui data, & rectè collocata, & in loco poſita. in Verr. 243. a.
Ponere aliquid in loco beneficii, vel teſtimonii, vel iudicii. E. 246.a.
Merita alicuius in aliquem conſtare. E.12.a.
Officia alicuius in aliquem conſtare. E.177.a.
Mea in te omnia ſumma neceſſitudinis officia conſtabunt. E. 32. b. & 33.a.
Non convenit enim, cùm ad promerendum officium tam fuerim expeditus, nec ad referendam gratiam eſſe tardiores. Antequam 103.a.
Optimè de repub. promereri. in A.191.a.
Si poſſunt, non amittunt occaſionem promerendi. Qu. de Pet. 109.a.
Is ſuo beneficio promeritus eſt, ſic ut amet, & ſibi ut debeat. Qu. Fr. 109.a.

Ali-

Aliquem fuiſſe diligentiſſimum in promerendo, ut ſibi maximi honores haberentur. Q.Fr.29. b.

Homines tenues unum habent in noſtrum ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficii locum. pro Mur. 140.b.

Levius punitus, quàm promeritus ſit. de In.72.b.

Paratus ad benè promerendum. Off. 44.a.

Prolixa & benefica natura. Ep.3..b.

Aliquid animo libenti prolixoq; facere. At. 264.a.

Animo gaudenti & libenti, &c. At.15.a.

Cætera ſpero prolixa eſſe, his duntaxat urbanis competitoribus. At. 1. b.

Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipſum quàm per me in Brutum At.93.a. (At.111.b.

In quo parùm prolixi (al. *prolixè*) *reſpondent Campani coloni.*

Neq; ille, quæ meum tempus poſtularet, ſatis prolixè mihi pollicere-tur. pro Dom.219.a.

Quod ſtatuerat facere, non ſolum fecit, ſed etiam prolixè cumulatéq; fecit. ibid.

Id autem eſt, ut hoc, quod te tuâ ſponte facturum eſſe certò ſcio, honoris noſtri causâ libenter, non prolixè, ſed celeriter facias. aliter *Non ſolum libenter & prolixè, ſed etiam celeriter facias.* Att. 262. b.

Nec minus ei prolixè, de tuâ voluntate promiſi, quàm eram ſolitus de meâ polliceri. Ep.98.

Beneficia in aliquem ponere. pro L.Syl.p.317.

Eſt liberale officium, ſerere beneficium, ut metere poſſis fructum. Orat. ante exilium p.358. (pag.358.

Virtute militum hoſtium frangere furorem. Orat. ante exilium.

Beneficium in aliquem conferre. Oration. poſt reditum. pagin.371.

Ornare aliquem beneficiis. Orat. poſt reditum. pag. 374. & pro Cn. Planco.p.538.

Quod tempus erit unquam, quo ferè fama moriatur. Orat. poſt reditum. p. 382.

Beneficium alicui dare. Orat. poſt reditum. pag.384.

Omnia officia iſtius ſumma, & in me & in Rempublicam conſtiterunt. Orat. poſt reditum. p.391.

Cuius non extet in me ſuum meritum, cui non ſim obſtrictus memoriâ beneficii ſempiternâ. pro C.Planco.p.453.

Meum beneficium potiùs ad eum detuli. pro C.Planco.p.497.

Multis

Multis benignè fecit. pro. C. Planc. p. 512.

Beneficium dare. pro C. Planc. p. 514.

Maximis beneficii vinculis obſtrictum eſſe. pro Cn. Planco pagin. 525.

Onus beneficii reformidant. Ibid.

Leve onus beneficii gratiâ. pro C. Planco. p. 528.

Nihil tàm inhumanum, tàm ferum, tàm immanè, quàm committere, ut beneficio non dicam indignus, ſed victus eſſe videare. pro C. Planc. p. 529.

Complecti aliquem beneficio. pro C. Planc. p. 529.

Quâ voce mihi in commemorando eorum, qui de me optimè ſunt meriti, beneficio eſſe utendum putabam. Seſt. 4.

Meum erga te parentemq́ tuum beneficium tueri debeo. Cæl. 95.

Summa in eandem civitatem huius rogatu ſtudia & beneficia contulit. Corn. 145.

Maximis à vobis beneficiis affectus ſum. Piſ. 197.

Vos nos conciliavit meritis in Rempublicam ſingularibus. Mil. 261.

Beneficio omnes ſuos cives ducit. Mil. 261.

Veſtra beneficia, quæ in me contuliſtis, in huius ſalute augeatis. Mil. 265.

Vide ne ſuperbi ſit aſpernari liberalitatem. Epiſt. ad Famil. libr. 4. pag. 107.

Videndum eſt, ut eâ liberalitate utamur, quæ proſit amicis, noceat nemini. Quare L. Syllæ & Cæſaris pecuniarum translatio à iuſtis dominis ad alienos, non debet liberalis videri. 1. Offic. pagin. 19.

Videndum eſt, ne obſit benignitas, & iis ipſis, quibus benignè videbitur fieri, & cæteris. 1. Off. p. 19

Aliis nocent, ut in alios liberales ſint, 1. Off. p. 19.

Benigniores volunt eſſe, quàm res patitur. 1. Off. p. 20.

In eum benignitatis plurimum conferetur. 1. Off. p. 22.

Ad tua innumerabilia in me unum merita maximus hoc tuo facto cumulus acceſſerit. Marc. 293.

Homines ampliſſimis populi Romani beneficiis uſi ſunt. Phil. 1. 328.

Vivo beneficia per omnes annos tributa & data ſunt. Phil. 1. 320.

Intelligit quantum à me beneficium acceperit. Phil. 2. 340.

Bene-

Beneficio ſum uſus tuo. Phil. 2. 339.

Beneficia quæ venderet, à collegâ petebat. Phil. 2. 369.

Non modò præmiis, quæ apud me minimùm valent, ſed ne periculis quidem compulſus ullis, ad eorum cauſam me adiungerem, niſi ſumma quidem eorum in me merita conſtarent. Ep. ad Fam. l. 1. p. 15.

Meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit oblivio. Ep. ad Fam. l. 2. p. 57.

Dare alicui beneficium. Ep. ad Fam. l. 6. p. 182.

Hanc meam voluntatem ad matrem tuam, optimam fœminam, tuiq; amantiſſimam, detuli. Ep. ad Fam. l. 10. p. 275.

Te hoc exiſtimare volo, quicquid in eum officii contuleris, id ita me accipere, ut in me ipſum te putem contuliſſe. Ep ad Fam. l. 10. p. 291.

Rempublicam divino beneficio affeceris, & ipſe æternam gloriam conſequère. Ep. ad Fam. l. 11. 335.

Magno præterea beneficio eius magnoq; merito ſum obligatus. Ep. ad Fam. l. 13. p. 389.

Magno meo beneficio affecti cumulatiſſimè mihi gratiam retulerunt. Ep. ad Fam. l. 13. p. 389.

Illud dubitare non debes, quin tam grave, tam honeſtum municipium tibi tuo ſummo beneficio in perpetuum obligare velis. Ep. ad Fam. l. 13. p. 389.

Publici mei beneficii memoria privatam offenſionem obliteraverunt. Orat. poſt. red. p. 390.

Velim augeas tua in eum beneficia. Epiſtol. ad Famil. libr. 13. p. 432.

Magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris. Ep. ad Fam. l. 13. p. 432.

Ex ſociorum gratiâ hominum ampliſſimorum maximum fructum capies, & me ſummo beneficio affeceris. Epiſt. ad Fam. libr. 13. p. 434.

Benevolentiæ. Favoris. Gratiæ. *Vide ſupr. plura* Affinitatis. & *infra* Reconciliandi. *Item* Officii. Studii.

Gunſt/ Geneigt/ Gewogen/ Günſtig/ Favoriſiren.

Fave-

Favete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite. And. Prol.
Facite, æquanimitas veſtra poetæ ad ſcribendum augeat induſtriam. Adelph. Prolog.
Bonitas veſtra adiutans atq; æquanimitas. Phorm. Prolog.
Æqui ſitis, date creſcendi copiam. Heaut. Prolog.
Facite ut veſtra auctoritas meæ auctoritati fautrix, adiutrixq; ſit. Hecyr. Prolog.
Ita noſtræ eſt omni fautrix familiæ. Eunuch. 5.9.
Perfice hoc precibus, pretio, ut hæream aliquâ in parte tamen apud Thaidem. Das ich bey jhr mög in Gnaden ſeyn. Eun. 5.9.
Nimirum hic homines frigent. Sie haben keinen groſſen Gunſt allhie. Eun. 2.2.
Ipſi cupio Glycerio: (id eſt, *faveo.*) Andr. 5.4.
Errat longè, qui imperium credat gravius eſſe aut ſtabilius, vi quod fit, quàm illud, quod amicitia adiungitur: (id eſt, *benevolentiâ:*) Adelph. 1.1.
Voluntas veſtra ſi ad poetam acceſſerit: (ſi eum veſtrâ benevolentiâ proſequuti fueritis.) Phorm. Prol.
Cùm te video noſtræ familiæ, tàm ex animo factum velle. Adelpho. 5.7.
Quod ſi hic pro ſuis beneficiis, pro ſuo ſtudio, quod in vos habuit ſemper, &c. uni delicto ut ignoſceretis, poſtularet. de Invent. 75. a.
Tua erga ſe officia plena, tui ſuaviſſ. ſtudii attulerunt. A. 113. a.
Cognovi tua ſtudia in amicos, etiam in te amicorum. A. 264. b.
Tibi polliceor eximium & ſingulare meum ſtudium. Ep. 64. b.
Studium erga me tuum multis in rebus perſpexi. Ep. 60. b.
Accuſandi terrores & minæ amicorum ſtudia debilitant. pro Mur. 134. b.
Te rogo, ut omnia tua ſtudia in eum conferas. Qu. Fr 313. b.
Pompeius ſignificat ſtudium erga me non mediocre. At.
Sanguinis autem coniunctio & benevolentia devincit caritate homines. Off. 11. b.
Ipſum præterea ſummo officio, & ſummâ obſervantiâ tibi in perpetuum devinxeris. Ep. 203. b.
Cuius officiis me eſſe devinctum confiteor. Ep. 14. b. 87. b.
Cleomenes ab iſto donis beneficiisq; plurimis devinciebatur. in Ver. 252. b.

Tùm

Tum viros optimos & homines honeſtiſſimos ſummo beneficio in perpetuum tibi tuiſq; devinxeris. Epiſt.206.b 88.b
Tenere aliquem devinctum largitione. pro Plan.267. a ibid.
Is totam Hortenſiorum domum devinctam conſuetudine tenebat. pro Arch.186.b
P. Craſſus cum Seruio Galba affinitate ſeſe devinxit. de Claris Orat.153.a
Quem non ſolum ſermone meo, ſed etiam familiaritate devinxi. Qu.Fr.200.a
Iis ſtudiis, quibus vterq; noſtrum devinctus eſt. E.45.a
Hic tibi tua præſtanti in eum liberalitate devinctus eſt. E.6.b
Videor mihi perſpicere ipſius animum propenſum ad ſalutem tuam. Off.21.b
Velle alicuius cauſâ. Ep.132.a
Volo ipſorum cauſâ. in V.122.b
Velle omnia cauſâ alicuius. At.51. b
Si vellent noſtrâ cauſâ. At.135.a
Omnium cauſâ velle debeo. Ep.229.b
Illud perficies, quo minus tuâ cauſâ velim. Ep.36.a
Si quid noſtrâ cauſâ vis. Ep.70.b
Rhodum volo puerorum cauſâ: inde quamprimum Athenas, etſi Eteſiæ valde reflant. Sed planè volo his magiſtratibus, quorum voluntatem in ſupplicatione ſum expertus. At.96.b
Varro eius cauſâ vult omnia. Ep.213.a
Ipſius cauſâ vehementer omnia velle. Ep.224.a
Valdè eius cauſâ volo. Ep.263.b
Regis cauſâ ſi qui ſunt qui velint. Ep.1.a
Ego mei ſtudioſos habeo Dyrrachinos. in V. 50.a
Habet enim certos ſui ſtudioſos, &c. de Cla.170.a
Democritus ſtudioſus nobilitatis. Acad.31.a
Attici noſtri te valdè ſtudioſum eſſe cognovi. At.12.a
Eques Romanus, vetus amicus ſuus, ſtudioſus, amans, obſervans ſui. pro Rab.Poſt.129.b
Is mihi cauſſam tradidit, quem ſuâ cauſſâ cupere ac debere intelligebat. pro S.R.43.b
Dolabellæ cauſſâ & cupio & debeo. At.249.a
Cupere omnia cauſſâ alicuius. in Ver.145.a
Vehementer cupere cauſſa alicuius. Ep.227.a
Cuius cauſſa omnia tàm cupio, tùm mehercule etiam debeo. Epiſt. 230.b

Q *Tibi*

Tibi cui maximè cupio, ſatisfaciam. E.245.a

Faveo Curioni, Cæſari honeſtiſſimè cupio, pro Pompeio emori poſſum. E.26.a

Ad iſtorum benevolentiam conciliandam & colligendam. Qu. Fr. 301.a

Benevolentiam civium blanditijs & aſſentationibus colligere turpe eſt. de Am. 07.b

Benevolentiam & bonum rumorem colligant: de Leg. 66. a

Colligere benevolentiam à perſonâ alicuius. ad Her.2.a

Ex hoc labore magnam gratiâ dignitatemq; colliges. Qu. Fr.517.a

Exiſtimatio multo labore collecta. in V.66.a

Colligere gratiam ex privatorum negotiis. de Or.155.a

Conſervare famam ante collectam. in Verr.66.a

Colligere bonum rumorem. de Fin.116.a

Colligere laudem omnium undiq;. Qu Fr.298.a

Ab auditorum perſonâ benevolentia colligetur. ad Heren.l.1.p.7

Flagrat pratoria domus ſtudio hominum & cupiditate. in Verr. p.278.

Nullam benevolentiam inſignem in Rempublicam declarat. pro Dom.p.440.

Benevolentiam allicere officijs poſſumus. in V. p.565.

Effundere collectam gratiam. **den ablaß verſchütten.** Ep. Fam. l.2.p.53.

Aſpernari benevolentiam alicuius. Ep.ad Fam.lib.3.p.82.

Alterum eſt, quod Pompeij, & Bruti fidem, benevolentiam mirificè laudas. Ep.ad Fam.l.3.p.85.

Complecti aliquem ſummâ benevolentiâ. Epiſt. ad Fam. libr. 6. p.175.

Summam in nos benevolentiam omni ratione ſignificat. Ep. Att. lib.2.p.80.

Permagnum pondus affert benevolentiam erga illum. Ep. Att. l. 9.p 282.

Benevolentiam ſibi conciliare. de Fin.lib.1.p.118.

A me hac profecta ſunt, qua ego in beneficij loco, non pono. Ep. ad Fam.lib 11.p 470.

Cuius erga me ſingularem benevolentiam, vel in labore meo, vel in honore perſpexi. Ep ad Fam.lib.15.p.476.

Significant ſtudium erga me non mediocre. Ep.At.lib.2.p.70.

Habet voluntatem non nimis devinctam beneficio Proconſulis. Ep.Att.lib.1.p.18.

Maximo beneficio devinctum habebis. Epiſt. Att. libr. 16. pag. 514.

Repudiare tantum beneficij voluiſſe. de Finibus libr. 2. pag. 121.

Beneficio alicuius perversè uti. de Natur. Deor. libr. 3. pag. 144.

Nullum habere à patribus beneficium. ibid.

Ex quo proſpicitur, cùm hanc benevolentiam tam latè longeq́ diffuſam, cui ſapiens in aliquem pari virtute præditum contulerit. de leg. lib. 1. p. 306.

Minimis beneficijs homines adducerentur, ut ſatis cauſæ putent ſe ad ſuffragationis ſtudium dediſſe. de petit. Conſul. pag. 393.

Summo te beneficio afficere oſtendito. de petit. Conſul. pag. 395.

Cura ut intelligant, te ſibi in perpetuum ſummo beneficio obligari. de pet. Conſ. p. 398.

Arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos viſum iri. 1. Offic. pag. 19.

Mores eius erunt ſpectandi, in quem beneficium conferetur. 1 Off. p. 20.

Ad noſtras utilitates officia ante collata. ibid.

Acceptorum beneficiorum ſunt delectus habendi. 1. Offic. pag. 21.

Non dubium, quin maximo cuiq́ plurimùm debeatur. ibid.

Quæ beneficia æquè magna non ſunt habenda, atq́ ea, quæ iudicio conſideratè conſtanterq́ delata ſunt ibid.

Collocare beneficia, & referre gratiam. ibid.

Quidnam beneficio provocati facere debemus? annon imitari ferè tales agros, qui multò plus afferunt, quàm acceperunt? 1. Offi. p. 21.

De benevolentia quam quisque habeat erga nos primùm illud eſt in officio, ut ei plurimum tribuamus, à quo diligimur. 1. Off. p. 2.

Sin erunt merita, ut non ineunda, ſed referenda ſit gratia. ibid.

Eorum beneficijs maximè obligati ſumus. 1. Off. p. 24.

Magna illa cõmunitas eſt, quæ conficitur ex beneficijs ultrò citroq́ datis acceptisq́. 1. Off. p. 24.

Vt hos beneficijs quàm plurimis afficiamus. Offic. libr. 2. p. 50.

Quamobrem melius apud bonos, quàm apud fortunatos beneficium collocari puto Off.l.2.p.95.

Multorum benevolentiam præclarè & tueberis, & munies. de Fin.lib.2.p.163.

Largitione benevolentiam Macedonum conſectetur. Off. libr. 2. p.85.

Bibendi. Potandi. Paſcendi. Ebrietatis. Edendi. Epularum. Cibi Convivij. Prandendi. Cœnandi. Heluandi. Vini. Luxûs.

Trincken / Truncken ſein / Bezechen / Sauffen / Außtrincken / Bſcheid thun / Im luder liegen / Zu wein gehn / Zu gaſt gehn / Beruffen / Mahlzeit zurichten / Voll machen / Collatzen / Schlafftrunck thun / Gaſterey halten / Eſſen / Zechen / Zutrincken / Zubringen / Zu Tiſch ſitzen.

E*Am ego, ut matre fuerat natum, vini eduxi meri.* Amph. 1. 1.v.274. *h.e.* Bibi vinum non dilutum, & lymphis iugulatum. *Nota* vini matrem *hic dici vitem, ut vinum ſit vitis filius: per* κατάχρησιν *Græcis & Hebræis uſitatã. Vide* Iani Druſij *Obſervat. lib.4.c.2.&* Rittershus. *Comment. in Oppianũ.* Victor. *Var. Lect. lib.23 c.5.* Lipſ. *Epiſt. Quæſt. lib.3.c.17.*

Mira ſunt, niſi invitavit ſeſe in cænâ pluſculũ. Amph. 1.1.v.125. *vide Lexic.* Invitare.

Probè appotus eſt. Amph.1.1.v.126.

Nec Bacchum ſalutem hodie, nec Cererem: h. e. *nihil vel bibam, vel edam.* Amph. *ſc.* Di voſtram.v.62.

Æquè pocula potitet. Aſin.4.1.v.26.

Mater lena ad vinum accedat interim. Zu wein gehn. Aſin. 4. 1. v.54.

Cum ſuo ſibi gnato unâ ad amicam de die potare. h. e. à primâ parte diei. Aſin. 4.2.v.17. *vide Philoſophiam Plaut.*

Nunc remiſſus eſt edendi exercitus: inquit Paraſitus, ἀλληγορικῶς. Capt. 1.2.44.

Communicabo te ſemper menſâ meâ. Mil.1.1.v.51.

Hoſpes

Hoſpes me ad cœnam vocat, venio, decumbo, acceptus hilarè atq; ampliter. Merc. Prol. 98. & 99.

Si ad cœnam vocaſſet decẽ ſummos viros, nimiùm obſonavit. Merc. 4.2. v.3. & 4.

Mihi amatori ſeni concoquenda eſt cœna Merc. 4.4. v.1. & 2.

Ain' tu meum virum hic potare cum filio? Aſin. 5. 2. v. 1. & 2. 11.

Potare vnà cum filio, hoc eſt, quòd ille it ad cœnam quotidie. Aſin. 5. 2. 14.

Iube dari vinum, iam dudum factum eſt, cùm bibi. Aſin. 5. 2. v.41.

Interbibere ſola, ſi vino ſcateat, Corinthienſem fontem Pirenem poteſt. Aul. 3.6. v.23.

Reddere aliquem madidum. Aul. 3.6. v.36.

Deponere aliquem vino. Aul. 3.6. v.18. *Græcè* καθίζειν οἰνωμένον. h.e. *ebrium amiſſis ſenſibus humi ſternere.* Metaph. *ab onerib. quæ deponuntur. Sic* Curc. 2.3. *v.*81. Ille ebibit, caput deponit. *h. e. vino ebrius caput inclinavit, & dormijt, & velut capitis onus deponit. Ductum quoque videri poſſit ab ægris, qui, cùm planè deſperati erant, aut etiam iam mortui, quòd de ſublimiori lectulo humi collocabantur, deponi dicebantur. Eâdem metaphorâ uſus Propertius lib.3. Eleg.9.*

Dixit, & aſſiduo lingua ſepulta mero.

Et Cicero lib.9. Epiſt. 20. Eum quem tu ſolitus es promulſide conficere, integram famem ad ovum affero. *Græci etiam dicunt* κατασείειν ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς πότοις ὑποπιπτόντων, τὴν μεταφορὰν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν τοὺς καρποὺς κατασειόντων *: ut explicat Athenæus lib.10. vide paulò poſt* Percutere vino. *Cæterùm de voce* Deponere *&* Componere *vide Lexic. Plaut. & Philoſophiam Plaut. Tit.* Funeris.

Nomen ei eſt lenæ, multibiba, merobiba, quaſi tu lagenam dicas, ubi vinum eſt Chium, vinoſiſſima. Cur. 1.1. v.77.78.

Ipſum vinum expeto tangere, invergere in me liquores tuos ſine ductim. Curc. 1.2. v.12

Indere in os vini guttam. Caſ. 2.3. v.31.

Flos veteris vini meis naribus obiectus eſt. Cur. 1.2. v.15.

Vide ut ingurgitat impura in ſe merum avariter faucibus plenis. Curc. 1.2. v.35.

Percutere ſe meraciore flore Lybico. Caſ. 3. 5. v. 16. *vide Lexicon Plautinum.* Percutere vino.

Quia adeò me complevi flore Liberi. Ciſt. 1.2. v.5. *(v.5.22.*

Nũc comeſſatũ ibo ad Philolachē. ſchlaff trunck halten. Moſt. *1.4.*

Vterq; pro Ilio potabimus, uter ibi melior bellator erit inventus cantharo. Men. 1.3.v.4.5.

Meus ſcrupoſam victus commeat viam. h.e. mea cæna parabilis eſt, & facilis. *I modò, venare leporem. nunc Cyrim tenes. Calceatis dentibus veniam.* Capt. 1. 2. v. 7). *Vbi vide Notas noſtras.*

Vocet convivam neminem illa. Aſin. 4.1.v.13.

Tecum unà poſcat, æquè poculis potitet, ne illa minus aut plus quàm tu, ſapiat, abs te accipiat, tibi propinet, tu bibas. Aſin. 4. 1.v.54.

Agitare convivium vino, & ſermone ſuavi. Aſin. 5. 1. v.8.

Bibere pro ſummo. Stich. 5. 4.v 38. *Vide Phil. Plaut.*

Comeſſe panem tris pedes latum potes. Bacch. 4.1.v.8.

Reliqui in ventre cellæ unum locum, ubi reliquiarum reliquias reconderent Truc. 2. 1.v.87.

Obſonium adfer, tribus vide quod ſit ſatis, ne quid deſiat, neq; ſuperſit Men. 1 4.v.2.3.

Neq; tàm facetis, quàm tu vivis, victibus. Moſt. 1. 1.v.41.

Age accumbe, cedò aquam manibus, appone hic menſulam, vide ubi tali ſint, ubi unguenta. Moſt. 1.1.v.149.

Muſicè herclè agitis ætatem, ita ut vos decet. Vino & victu probo, piſcatu electili, vitam colitis. Moſt. 1. 2. v. 41. 42. Muſicè vivere *eſt, Tibicinis vitam vivere, ut explicat Eraſmus in Adagiis.* h. e. *lautè ſed alieno ſumtu. Ius hoc eſt Cantorum &* Poetarum, *ut ſacrificent ſine fumo.* h. e *lautè epulentur, nullo ſuo ſumtu.* Athen. *lib 1. c. 8.* ἀκαπνα ἀοιδοὶ θύομεν. *vide ibi* Caſaub. *Animadv.*

Ad cœnam ne me te vocare cenſeas, promiſi foràs. Jch hab mich ſonſten verſprochen. Moſt. 4.3.v. 3.

Cereales cœnas dat, ita menſas extruit, tantas ſtruices concinnat patenarias. Men. 1.1.v.25.

Benè obſonatum, atq; ex meâ ſententiâ bonum anteponam prandium pranſoribus. Men. 2.2.v.1.

Affatim eſt hominum, indies qui ſingulas epulas edunt. Quibus negotij nihil eſt, qui eſum neque vocantur, neq; vocant. Men. 3. 1.v.10.

Sublatum eſt convivium, edepol venio advorſum tempori. Men. 3. .v.17.

Minore nunquam bene fui diſpendio. Men. 3 2.v.20. h.e. *Nuſquàm tã benè fui acceptus.* Benè eſſe, *phraſis Comica.* Truc. 4.2.v.28.

Le

De eo nunc benè ſumus tuâ virtute. Vide etiam Tit. Hilaritatis *&* Felicitatis. *Perſ.5.2.v.69.* Truc. 4.2. *v.2.* 831. Merc. 3. 3.v.12. *Pulcrè eſſe.* Terent. Eun.3.4. *Vt de ſymbolis eſſemus.*

Meretrix huc ad prandium me adduxit. Men.5.9.v.80.

Parabâtur convivium, ni meus diſturbaſſet adventus omnia. Merc.ſc. Syra non v.33.

Sine talis domi agitare convivium Mil.2.2 v.9.10.

Agite, opponite obſonium iſtuc ante pedes illi ſeni. Merc. 4.4.v.39. 4..

Tuburcinari de ſuo, ſi quid domi eſt. Perſ.1.2.v.42.

Cùm haſce herbas huiuſmodi in ſuum alvum congerunt. Pſeud.3.2.v.34.

Lubido extemplò cæpere, eſt convivium. Perſ.1.3.v. 41.

Nunc & amico meo proſperabo, & genio meo multa bona faciam. Perſ.2.3.v.11.

Illo die compranſus fui. Amph.1.1.v.97.

Fac paretur prandium. Amph *ſc.* Quis tam.v.18.

Lances detergam omnes. ibid.v.22.

Poſtquam obſonavit herus, edixit mihi ut diſpartirem obſonium hic bifariam. Aul.1.4.v.3.

Vbi ſepulchrum habeamus, & hunc comburamus diem. Men.1.2. v.43. *Sic: Feciſti funus abſenti me prandio.* Men 3.2.v.27.

Tibi atq; illi iubebo iam apparari prandium. Men. 1. 2. v. 62.

Iube nobis tribus apud te prandium accurarier. Men. 1.3. v.25.

Prandium ut iuſſiſti hic curatum eſt. Men.2.3.v.15.

Propterea eo nunc obſonare prandium mihi potero. Pœn. 5. 5. verſ.16.

Tu iſtam cænam largire eſurientibus. Amphitr. 1. 1. verſu 155.

Ecaſtor cænabis hodie, ut te dignum eſt, magnum malum. Aſin. 5. 2.v.86.

Turbatam iam intus cænam para. Aul.*ſc* Grave eſt.v. 45.

Redibo ad ſenem ad cænam aſperam. Capt.3.1.v.37.

Cænare lepidè nitideq; volo, nihil moror barbarico ritu comeſſe iam. Caſ.3.6.v 19.20.

Ita eſt adoleſcens ipſus cæna maxima. Men.1.1.v.24.

Nam ego convivis cœnam conditam dabo hodie, atq; ita ſuavitate condiam, ut quisq; quidq; conditum guſtaverit, ipſos ſibi faciam ut digitos prærodant ſuos. Pſeud.3.2.v. 97.

Magnificè volo viros ſummos accipere, ut mihi rem eſſe reantur, Pſeud.1.2.v.34. *Sic* Eun *ſc.ult.* Accipit homo nemo meliùs prorſum, neque prolixiùs. *Virg.3.Æneid.v.353.* Illos porticibus rex accipiebat in amplis.

Improbæ vino modò cupidæ eſtis. Pſeud.1.2.v.50.

Nulli negare ſoleo, ſi quis me eſum vocat. Stich.2.1.v.28. Men.3.1.v. *qui eſum,neq; vocantur,neq; vocant.* Vocare *ſolẽne verbũ apud Romanos fuit in invitationibus. Vide Lex.Plaut.* Vocare.

Ei condixi in ſymbolam. Stich.3.1.v.28. Ich hab mich ſelber zu gaſt geladen. *Aliud eſt*, Condicere alicui ad cœnam: *vel Cœnam condicere: vel abſolutè: Condicere alicui: Aliud,* Ad cænam promittere. *Promittit ad cœnam invitatus. Cicero lib.1.Epiſt 9. abſolutè dixit:* cùm mihi condixiſſet, cænavit apud me. *Sueton.Claud.c.21.* velut ad ſubitam condictámque cœnulam invitare ſe populum dixerat.

Ex urbe ad mare prodimus pabulatum. Rud.2.1.v.6.

Cibum captamus è mari. Rud.2.1.v.11.

Piſcibus in alto credo præbent pabulum. Rud 2.1.v.29.

Iam diu factum eſt, poſtquam bibimus, nimis diu ſicci ſumus. Perſ.5.2.v.41.

Age circumfer mulſum, bibere da uſq; plenis cantharis. Perſ. 5.2.40. *Sic Livius li.40.* Nihil prius petierunt à Prætore, quàm ut bibere ſibi iuberet dari. *Vide infrà ex Cicerone.*

Bibere meliuſculè quàm ſat eſt. Moſt 4.2.v.51.

In craſtinum vos vocabo. Pſeud.5.2.v.33. *Martial.l 2.ep. 37.* Cras te Cæciliane non vocavi, *vide Lex.Plaut.* Proverbia.

Homines ad cœnam condicere. Stich.3.1.v.38.

Fero convivam Dionyſum tibi. Stich.5.2.v.13.

Polluctura datur nemini præter nos. Stich.5.4.v.6.

Strategum te facio huic convivio: potius in ſubſellio Cynicè accipiemur, quàm in lectis. Stich.4.4.v.20.

Cantio eſt græca, ἢ πέντε πῖν' ἢ τρία πῖν' ἢ μὴ τέτταρα. Stich.4.4.v.25.

Ita victu excurato, ita munditijs dignati, itaq; in loco feſtivo ſumus feſtivè accepti. Pſeud. 5.1.v.8.

In craſtinum vos vocabo. Pſeud.5.2.v.34.

Da illi, quod bibat. Moſt.1.4.v.30.

Da ab Delphio citò cantharum vinum. Moſt.1.4.v.34.

Maſſici mõtis uberrimos quatuor fructus ebibere in horâ unâ. Pſeu. 5.2.v.11.

Non vides me, ut madidè madeam? Pſeu. 5.2.v. 8.

Bibe

Bibe, ſi bibis. Trinck/wiltu trincken. Stich. 5.4 v. 28.
Hoc mea manus tua poculum donat. Perſ. 5.1.22.
Ite ad vos comeſſatum. Stich. 5.5. v. 34. 39.
Amoris poculum accepit merè, eaq; intra pectus ſe penetravit potio. Truc. 1.1. v. 22. *vide ſup. Tit.* Amoris.
Si alia membra vino madeant, cor ſit ſaltem ſobrium. Truc. 4.4. verſ. 2.
Ad te patris penum omnem congerebam clanculum. Eunuch. 2. 3 verſ. 18.
Pytiſſando modò mihi quid vini abſumſit? Heaut. 3. 1. v. 48.
Edormiſcam hoc villi. Adel. 1. 2.
Nolunt crebrò convivari. Heaut. 1. 2. v. 33.
Antiqua ut conſuetudine agitarem inter vos liberè convivium. Hecyr. 1. 2. v. 18.
At at, data mihi herclè verba ſunt: vicit vinum, quod bibi. At dum accubabam, quam videbar mihi eſſe pulcrè ſobrius! poſtquam ſurrexi, neque pes neque mens ſatis ſuum officium facit. Eunuch. 4. 5.
Vel herè in vino quàm immodeſtus fuiſti? Heaut. 1. 3.
Confugere anhelantem domum, ſine comite, vini plenum. Hecyr. 5. 3. v. 25.
Adoleſcens plus potus. Der zu viel getruncken hat. Hecyr 1. 2.
Vinolentus ferè abhinc annos quindecim mulierculam compreſſit. Phorm. 5. 8.
Is mihi ubi adbibit plus paulò, ſua quæ narrat facinora? Heautont. 1. 2.
Sanè pol illa temulenta eſt mulier, & temeraria. Andr. 1. 4.
Quæ cum amatore ſuo cum cœnant, liguriunt. Eun. 5 4.
Harum videre ingluviem, ſordes, inopiam, quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atq; avidæ cibi, quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent. Ibid.
Iam dudum eſt animus in patinis, Eun. 4. 7.
Quia compotrix eius eſt. And. 1. 4.
Cyathos ſorbillans, paullatim hunc producam diem. Adelph. 4. 2.
Certè herclè, ſatis ſi commemini, tibi quidem eſt olim dies, quam ad dares huic, præſtituta. Iamne ea præteriit? non, verùm ei hæc anteceſſit. Phor. 3. 2. v. 32.
Deducunt cibum. Sie ziehen jhnen etwas ab an der Speyſe. Eun. 2. 3.

Nam qui huic animum aſſentari induxeris, è flamma te petere cibum poſſe arbitror. Eun. 3.2.

Holera & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni. Andr. 2 2.

Lanâ ac telâ victum quæritans. Andr. 1.1.

Me tàm facilè victum quærere. Eun. 2.2.

Hem paullulum obſoni! Andr. 1.2.

Obſonat, potat, olet unguenta de meo. Adelph. 1.2.

Vix drachmis obſonatus eſt decem. And. 1.6.

Crucior bolum tantum mihi ereptum è faucibus. Heautontim. 4. 1.

Quod illi unciatim vix demenſo de ſuo, ſuum defrudans genium, comparſit miſer. Phorm 1.1.

Ad cœnam vocant. Eun. 2.2.v.28.

Rogare ad cœnam ut veniat. Eun. 2.2.v.35.

Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parùm: illud rectè. Adelph. 2.4.

Genium ſuum defraudare. Sich nicht ſatt eſſen. Phorm. 1.1.

Ædepol Syriſce, tu curaſti molliter, lauteq́; munus adminiſtraſti tuum. Du haſt wol geſſen. Adelph. 5.1.

Hunc comedendum & deridendum vobis præbeo. Eun. 5.9.

Antiquâ ut conſuetudine agitarem inter vos liberè convivium. Hecyr. 1.2.

Tùm me convivam ſolùm abducebat ſibi. Eun. 3.1.

Concurrunt læti mi obviam cupedinarii omnes, cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores: ſalutant, ad cœnam vocant, adventum gratulantur. Eun. 2.2.

Phædriam commiſſatum intromittamus, Eun. 3.1.

Commiſſator haud ſanè commodus. Er iſt kein luſtiger oder freundlicher Zechbruder. Adelph. 5.2.

Symbolum dedit, cœnavit. Andr. 1.1.

Heri aliquot adoleſcentuli coiimus in Piræo, in hunc diem ut de ſymbolis eſſemus: Chæream ei rei præfecimus. Eun. 3.4.

Tene aſymbolum venire, unctum atq; lautum è balneo? Phorm. 2 1.

Templa cœli ſumma. Eunuch. 3.5.

Ego ibo hinc intrò, ut videam, nobis quid cœnæ ſiet. Heautontim. 1. 2.

Ei unam cœnam atq; eius comitibus dedi: quod ſi iterum mihi ſit danda, actum ſiet. Heaut. 3.1.

Prior

Prior bibas, prior decumbas: cœna dubia apponitur. Quid iſtuc verbi eſt? ubi tu dubites quid ſumas potiſſimum. Phorm. 2. 1.
Dies continuos complures in conviviis iacere. in Verrem pag. 141.
Convivii crapulam exhalare. in Verr. pag. 316.
Pulveris plenus unguentis oblitus, vino vigiliisq; languidus, omnia primo motu ac ſpiritu ſuo, vini, unguenti, corporis odore complet. in Verr. pag. 31.
Plenus vini, ſtupri, ſomni. de Aruſp. Reſp. p. 489.
Edormi crapulam & exhala. Phil. 2. 349.
Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, ut tibi neceſſe eſſet, in populi Romani conſpectu vomere. Phil. 2. 362.
Cum ructare turpe eſſet, is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus gremium ſuum, & totum tribunal implevit. Phil. 2. v. 162.
Ubi ſe oblectans perpotavit ad veſperum. Phil 2. 367.
Quàm multos dies turpiſſimè in eâ villâ perbacchatus eſt? Ab horâ tertiâ bibebatur, ludebatur, vomebatur. Phil. 2. 378.
Vino obrutus & unguento oblitus. Phil. 13. p. 512.
Somno aut vino opprimi. Acad. l. 2. v. 30.
Si modò modicis potationibus ita eſt affectus, ut ſopito corpore ipſe vigilet. de Div. l. 1. p. 203.
Potandi voluptate frui. Q. Tuſc. l. 2. p. 226.
Cum non facilè extra tectum, ſed nec extra lectum quidem quiſquam videret: ita diei brevitas conviviis, noctis longitudo ſtupris, & flagitiis conterebatur. in Verr. p. 457.
Lucrum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus cantuq; Symphoniæ audio. in Verr. p. 500.
Epulabantur conſules. Sext. 28.
Cum opiparè epulati eſſemus ſaliarem in modum. Epiſt. Attic. lib. 5. pag. 143.
Epulas comparare. de nat. Deor. l. 1. p. 45.
Eſcis & potionibus veſci. de nat. Deor. l. 2. p. 73.
Si modò inter vos temperatis eſcis eſt affectus. de Div. l. 1. p. 203.
Sequebantur epulæ, quas inibãt parentes coronati. de leg. l. 2. p 346.
Menſas conquiſitiſſimis epulis extruere. Tuſcul. Quæſt. libr. 5. pag. 474.
Eo convivio admodum delectatus eſſet. Tuſculent. Quæſt. libr. 5. pag 488.
Oppiparè paratum erat convivium. 3. Off. p. 131.

Epula-

Epulabar igitur cum ſodalibus. de ſenect.p.166.

Convivium vicinorum quotidiè compleo. de Senect.p.167.

Græco more bibitur, hoſpes hortatur, poſcunt maioribus poculis, celebratur omnium lætitiâ ſermoneq; convivium. in Verrem pag.183.

Inire convivium cum aliquo. Ad eius convivium ſpectatiſſimi atque honeſtiſſimi viri tenentur. in Verr.p.432.

Cùm in conviviis ſymphoniâ caneret, maximisq; poculis miniſtraretur. in Verr.p.351.

Exornat amplè munificèq; convivium, exponit ea, quibus abundat plurima ac pulcerrima argentea vaſa, omnibus rebus curat, inſtructum & paratum ut ſit convivium, vocat ad cœnas, exponit pauca, non pocula ex auro, quæ ut mos eſt, regiis gemmis erant diſtincta clariſſimis. in Verr.p.444.

Animi & aurium causâ tot homines habet, ut quotidiano cantu vocum, & nervorum, & tibiarum, nocturnisq; conviviis tota vicinia perſonet. pro Roſc. Am.p.83.

Cibaria publicè locantur. pro.S. Roſc.p.54.

Cibum partim oris hiatu, & dentibus ipſis capeſſunt, partim unguium tenacitate rapiunt. de nat. Deor.lib.2.p.98.

Et ſimul ad cœnam invitavit in poſterum diem. Offic. libr. 3. pag. 122.

Paſtu indigere. de Nat.Deor. l.5,p.130.

Conficere cibũ. Dentes adverſi acuti dividũt eſcas, intimi autẽ conficiunt. de N.53 a. Id eſt. *mãdendo terunt.* Kewen machen.

Crudiq; poſtridiè ſe rurſus ingũrgitent. de Fin.66.b.

Demus ſcutellam dulciculæ potionis. Tuſ.200.b.

Cui cùm ipſe poculum dediſſet, ſubitò illâ mediâ potione exclamavit, ſe maximo cum dolore mori. pro.Cl.23.b.& 25.b.

At id fieri potuit: primò occultius in potione vel in cibo, deinde etiam impuniùs fit. Deiot. 47. a.

Qui à pecore eius depaſci agros publicos dicebant. de Or. 33.a.

In ſummâ ubertate ineſt luxuries, quæ ſtylo depaſcenda eſt. de Or. 137.b.

Depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus. de Leg.167.b.

Audio à bonis viris, qui & nunc & ſæpè anteà magno præſidio reip. fuerunt, hanc cunctationem noſtram non probari, multaq; ab iis in me & ſeverè in conviviis tempeſtivis diſputari. At.134.a.

Quantum alii tribuunt tempeſtivis conviviis, quantum aleæ. pro Arch.188. a.

Ego verò propter ſermonis delectationem tempeſtivis quoq; convivijs delector. Me verò & magiſteria delectant à maioribus inſtituta, & is ſermo, qui more maiorum à ſummo magiſtro adhibetur in poculo. de Sen. 86. b.

Quas enim cœnas & facere & obire ſcripſit ad me Sextius? quàm lautas? quàm tempeſtivas? Att. 149. b.

Convivia inire, pro Adire, ire ad convivia. pro S. R. 26. b.

Qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens. de Fin. 67. b. *Poſt deinde quod iuſſi ei dare bibere, & quantum imperavi, date.* Terent. in And. act. 3. ſce. 2. *Bis in die id faciet, meridiè liberè dato.* Cato de Re. Ruſt. *Vide ſupra ex Plauto.*

Accubueram horâ nonâ, cùm ad te harum exemplum in codicillis exaravi: dices, ubi? apud Volumnium Eutrapelum: & quidem ſupra me Atticus, infra Verrius familiares tui. Ep. 142. & poſt.

Infra Eutrapelium Cytheris accubuit. Ep. 143.

Tùm ille ut aliquid reſponderet, negavit moris Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres. in Verr. 89. b.

Ille erat in tribunali proximus, in cubiculo ſocius, in convivio dominus, ac tùm maximè, cum accubante prætextato Prætoris filio, in convivio ſaltare nudus cœperat. in Verr. 152.

Ebrioſos ſobriis inſidiari, dormientes vigilantibus, qui mihi accubantes in conviviis complexi mulieres impudicas vino languidi, confecti cibo, ſertis redimiti, unguentis óbliti, debilitati ſtupris eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum, atq; urbis incendia. in Cat. 106.

Hoc conſcripſi x. Calend accubans apud Veſtorium. At. 227.

Blandiendi. *Vide* Adulandi.
Bonorum. *Vide* Divitiarum.

Brevitatis. Abbreviandi. Compendii. Epitomes.

Außzugsweiß / Kurtz machen / Einziehen / Verkürtzen.

P*onere aliquid ad compendium.* Caſ. 3. 1. v. 3.

Fieri

Fieri dictis compendium volo. Capt. 1.2.v.12.

Quid opus eſt me multas agere ambages? Pſeud.5.1.v.10.

Orationis operam compendi-facere. Moſt.1.1.v.57.

Quàm potero, in verba conferam pauciſſima. Menæch. prol. verſ.6.

Quàm potes, tam verba confer maximè ad compendium. Mil.3.1. v.185.

Atq; in pauca, ut occupatus nunc ſum, confer quid velis. Pſeud.1.3. verſ.43.

Compendi-facere curam. Pœn. 1.2.v.138. Aſin. 2.2.v.41. Bacch.2.2. v.6. Moſt.1.1.v.57. Perſ.4.1.v.2. Vtitur quoque Symmachus lib 1. Epiſt.75. *Decet operam facere compendii.*

Operam fac compendi quærere. Pſeud.4.7.v.43.

Tu pauca in verba confer. Perſ.4.4.v.11.

Perge etiam tantâ re: rem in pauca confer. Pœn.5.9.v.52.

Vt uno verbo abſolvam Rud.3.2.v.49.

Si quid tibi compendi-facere poſſim. Truc.2.4.v.26.

Ad pauca redire. Hecyr.1.2 v.60.

Atq; id, ſi potes, verbo expedi. Phorm.1.4.

Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias, hæc deniq; eius fuit poſtrema oratio. Phorm.4.3.

Quid verbis opus eſt? kurtz zu ſagen Phorm.1.2.

Ah, dictum ſapienti ſat eſt. Phorm.3.3.

Qui mihi pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci. Att.55.a.

Lingua inciditur ad deplorandam calamitatem. Antequam. 195.a.

Poema ad Cæſarem quod compoſueram, incidi Qu.Fr.110.a.

Tametſi oportet incidamus media, ne nimis ſerò ad extrema veniamus Acad.169.b.

In omnibus numeris æqualiter (al. *æquabiliter*) *particulas deceat incidere, an facere alias breviores, alias longiores.* Or. 217.a.

Incidere nervos virtutis. Acad.45.b.

Incidere nervos populi Romani. contra Rul.75.b.

Incidere linum, diſcindere linum, quo epiſtolæ ſtringuntur & obſignantur in C.112 b.

Cæſar maximas copias brevi habiturus eſt. At.130.b.

Nec ullo modo divulgandum eſt, de te iam eſſe perfectum, ſed id erit perbrevi. Ep.89.a.

Id tametſi extra cauſſam eſt, tamen percurram brevi. pro Cæc. 303.a. *Brevi*

Brevi expediam. de Sen. 89.a.
Illud brevi conficiendum eſt. Par.121.b. (Seſt. 23.a.
Sed genus univerſum brevi circumſcribi & definiri poteſt. pro
Nunc complectar quod propoſui brevi. de Or.100.b.
Quid in utramq; partem mihi in mentem veniat, explicabo brevi. de Or.119.b.
Vt tuis literis brevi reſponderem. Ep.36.b.
Ad ea quæ requiris, brevi reſpondebo. de Or.225.a.
Tranſitio vocatur, quæ cùm oſtendit breviter quod dictum ſit, proponit item brevi quod conſequatur. ad Her.32.a.
Brevis eſt L. Craſſi oratio. de Or. 138.b. (Seſt. 5. a.
Longum eſt dicere, ſed hoc brevi dicam, ſi M. Petrei virtus &c. pro
Iam dabo operam quàm maximè potero, ut breve id faciam. in Saluſt. 172.b. (161. a.
Aliquid contractione brevius fieri, aut productione longius. de Or.
O miſeram & in brevi tam celerem, & tam variam reip. commutationem. Oct.336.b.
Paululum compendii facere. pro Qu.Roſc.p.68.
Nullo modo poſſum omnia iſtius facta aut memoria conſequi, aut ordine complecti, genera ipſa cupio perbreviter attingere. in Ver. pag. 439.
Sentio moderandum mihi eſſe iam orationi meæ, fugiendamq; veſtram ſatietatem. in Ver.p.349.
Ne nimium multa amplectamur, atq; ab eo quod propoſitum, longiùs aberret oratio, hoc ipſum & quod agitur, conſideremus. pro Cæc.p.607.
Ne multis. pro A.Cluent.p.22.
Quid multa? Ep.ad Fam.l.3.p.88.
Temporis brevitate à perſpiciendo excludetur. Acad. l.2.p.29.

C

Cadendi. *Vide* Ruinæ.
Cædendi. *Vide* Verberandi.
Cædis. *Vide* Interficiendi.
Calamitatis *Vide* Ægritudinis.
Caliginis. *Vide* Obſcuritatis.
Caliditatis. *Vide* Doli.

Calo-

Caloris. Æſtûs.

Hitz. Wärm.

C*Alorum moleſtiæ ſedarentur.* Off. l. 2. p. 69.
Vt omnia quæ alantur, & creſcant, contineant in ſe vim caloris. de nat. Deor. l. 2. p. 19.
Cùm homines beſtiæq; hoc calore teneantur. de nat. Deor. l. 2. p. 62.
Calorem extingere. de nat. Deor. l. 3. p. 130.
Nimio labore interire. de nat. Deor. l. 3. p. 130.
Calorem adipiſci. Quæſt. Tuſc. l. 1. p. 312.
Calore uri. Qu. Tuſc. l. 1. p. 323.
Vim caloris non pati. Q. Tuſc. l. 1. p. 479.

Calumniandi. Convitij. Convitiandi. Contumeliæ. Culpandi. Increpandi. Infamiæ. Maledicti. Maledicendi. Irridendi. Deludendi. Vituperandi. Objurgandi. Reprehendendi Nominum ignominioſorum. *Vide etiam* Ignominiæ. *Item* Contemnendi.

Schmähen/ Schenden/ Affterreden/ Vbel nachreden/ Verſchmähen/ Außhüpen/ Verachten/ Verſchenden/ Schelten/ Einem Fluchen/ Außmachen/ Läſtern/ Spotten/ Verhönen.

R*Aptare pro mœchis.* Amph. Arg. 1. v. 7.
Malo iam magno tuo nunc iſti nec rectè dicis. Aſinar. 2. 4. verſ. 65.
Da argentum huic, ne malè loquatur. Ibidem. v. 67.
Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur? Ibid. 52.
Ne iſtuc nequicquam dixeris tam indignum dictum in me. Aſin. 3. 3. verſ. 108.
Ne ulli verbo maledicat. Aſin. 4. 1. v. 55.
Miſerum habere aliquem. Aſin. 5. 2. v. 19.
Malignitate oneravit omnes mortales mihi. Capt. 3. 1. v. 12.
Nunc ipſus maledicis tibi. Men. 2. 2. v. 41.

Nec

Nec veriſimile loquere, nec verum frutex. Moſt. 1.1.12.
Quid tibi mecum eſt rei? qui mihi maledicas hic ignoto inſciens? Men. 2.3.v.30.
Non ſoles reſpicere te, cùm dicas iniuſtè alteri. Pſeud. 2.2.18.
Cur inclemẽter dicis lepidis literis, lepidis fabellis, lepidâ conſcriptis manu. Pſeud 1.1.v.25.
Aſſiſte altrinſecus, atq; onera hunc maledictis. Pſeud. 1.3.v.124.
Ego te differam dictis meis. Pſeud. 1.3.v.124.
Sed quanquam multa mala in me dicta dixiſtis modò. Pſeud. 1.1. verſ. 157.
Nam quanti refert te nec rectè dicere. Pſeud. 4.6.v.23.
Præſenti tibi facit convitium. Moſt. 3.1.v.83.
Nugas theatri, verba quæ in Comœdiis ſolent lenoni dici, quæ pueri ſciunt. Pſeud. 4.6.v.19. *Inde* Donat. *ad Ter. Eun. vocat* Convitium Comicum.
Contumeliam ſi dicis, audies. Pſeud. 4.7.v.77.
Illi noctu occentabant oſtium. Perſ. 4.4.v.20.
Ego tibi ludos faciam in viâ clamore. Trucul. 4.2.v. 46. & Truc. 2.2.v.4.
Contumeliam facere. Aſin. 2.4.v.82.
Alteri de nihilo dicunt contumeliam, & qui ipſi ſat habent, quod in in ſe poſſit verè dicier. Cur. 4.1.v.17.
Quot innocenti ei dixit contumelias? Bacch. 2.3.v.33.
Non rectè dicis nobis. Pœn. 3.1.v.13.
Nec tuum quidem eſt, per iocum amicis iniuſtè loqui. Pœn. 3.1. v. 70.
Loqui inclementer. Pœn. 5.5.v.44.
Subigis maledictis me tuis. Trin. 1 2.v.102.
Accipiam hominem quibus dictis meret. Men. 5.1.v.7.
Tune furcifer mihi audes inclementer dicere? Rud. 3. 4. verſ. 29.
Ne hæc quidem ſatis vehemens cauſa ad obiurgandum. Amph. 1. 1.v.119.
Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus? And. 1.1.v.123.
Vitium dicere uxori. Aſin. 5.2.v.49.
Nunc quum dicta in me ingerebas, odium, non uxor eram. Aſin. 5. 2.v.77.
Pipulo aliquem differre. Aul. 3.2.v.31.
Ego me ſcio caviſſe, ne ulla meritò contumelia fieri à vobis poſſet. Hecyr. 3.5.v.21.

Iterum iam hinc in me inclementer dicit, atq; id ſine malo. Amph. 2.2.v.110.

Ferociter aliquem increpare. Amph.1.1.v.58.

Culpant eum, conſpuitur, vituperatur eum rem fidemq; perdere. Curc.4.2.v.17.

Eunt depreſſum. Ciſt.1.2 v.39.

Nolit acriter eum conclamare. Ciſt.1.1.v.111.

Quod te urget ſcelus, qui huic ſis moleſtus? Menæchm. 2. 2. v. 47.

Flagitium ſit, ſi ſequatur, quando incedat per vias.
Contemplent, conſpiciant omnes, nutent, nictent, ſibilent,
Vellicent, vocent, moleſti ſint, occentent oſtium:
Impleantur meæ fores elogiorum carbonibus.
Atq; ut nunc ſunt maledicentes homines, uxori meæ
Mihiq; obiectent lenociniũ facere. Merc.2 3.v.71.& ſeqq. *Vide etiam Lex. Plaut.* Obiectare, & Occentare: *necnon Philoſ. Plaut.* Amatorum.

In hunc intende digitum. Pſeud.4.7.v.45. *Vide Philoſ. Plaut.* Illudendi.

Quid eſt ſi non hæc contumelia eſt? And.1.5. v.2.

Poeta ſenſit adverſarios in peiorem partem rapere. Adelph. Prolog.v.3.

Cenſen' te poſſe reperire ullam mulierem, quæ careat culpâ? Hec. 4. 4.v.40.

Enimverò multis modis cum iſto animo es vituperandus. Phor.3. 1.v.7.

Male loqui alicui. Phor.2.2.v.26.

Contumelias alicui dicere. Phor.5.8.v.79.

Facere alicui contumelias. ibid.

Si quis eſt, qui dictum in ſe inclementiùs exiſtimavit eſſe, ſic exiſtimet, reſponſum, non dictum eſſe, quia læſit prior. Andr. Prolog.

Deſinat laceſſere. ibid.

Vetus ſi poëta non laceſſiſſet prior. Phorm. Prolog.

Age, age nunc, Phormionem, qui volet, laceſſito. Phorm.5.8.

Neſcis, cui maledicas nunc viro. Eunuch.4. .

Niſi finem maledictis facit. Heaut. Prolog.

Dehinc ut quieſcant porrò, moneo ut deſinant maledicere, malefacta ne noſcant ſuo. Andr. Prolog.

Quod illi maledictum vehemens exiſtumant, eam laudem hic ducit maxumam. Adelph. Prolog.
Ah, rem potiùs ipſam dic, ac mitte malè loqui. And. 5.3.
Mitto maledicta omnia: rem ipſam putemus. Adelph. 5.3.
Ante ædes non feciſſe erit meliùs hic convitium Adelph. 2.1.
Si ſatis jam debacchatus es leno, audi, ſi vis, nunc jam: egon' debacchatus ſum in te, an tu in me? ibid.
Mala ingeram multa. Andr. 4.1.
Quaſi quidquam in hunc iam graviùs dici poſſiet. Andr. 5.3.
Maledictis deterrere hominem, ne ſcribat, parat. Phorm. Prol.
Minús multò audaciter, quám lædit, læderet. ibid.
Hic reſpondere voluit, non laceſſere: benedictis ſi certaſſet, audiſſet benè. ibid.
Quod ab ipſo allatum eſt. ſibi eſſe id relatum putet. ibid.
Non ſinam, ut qui nobis maledictum velit, meâ pertinaciâ dicat eſſe factum. Hecyr. 4.2.
Pergin' hero abſenti malè loqui, impuriſſime? Phorm. 2.2.
Ain' tandem, carcer? ibid.
Sycophanta, hem! mitte. videat qui ſiet, ſi mihi pergit, quæ volt, dicere: ea, quæ non volt, audiet. Andr. 5.4.
Illud ſis vide exemplum diſciplinæ. Adelph. 5.1.
Sterquilinium. Phorm. 3.2.
Impuratus. Vnflat. Phorm. 4.3.
O hominem impurum! Adelph. 2.1.
Ain' verò canis? Eunuch. 4.7.
An potiùs ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? Eunuch. . . .
Hanccine ego ut contumeliam tam inſignem in me accipiam Gnatho? mori me ſatiùs eſt. Eunuch. 4.7.
Nam ſi ego digna hac contumeliâ ſum maximè, at tu indignus qui faceres tamen. Eunuch. 5.2.
En, unquam cuiquam contumelioſiús audiſtis factam iniuriam quám hæc eſt mihi. Phorm. 2.3.
Abſenti tibi te indignas ſeq; dignas contumelias nunquam ceſſavit dicere hodie. ibid.
Neq; huius ſis veritus fœmina primaria, novo modo ei quin faceres contumelias. Phorm. 5.7.
Injurias viri omnes ferre, & tegere contumelias. Hecyr. 1.2.
Nunc quam rem vitio dent, quæſo animum advortite. And. Prol.
Id iſti vituperant factum, atque in eo diſputant, contaminari

non decere fabulas. ibid.

Qui cum hunc accuſant, Nævium, Plautum, Ennium accuſant, quos hic noſter auctores habet. ibid.

Quid iſtic, quæſo? qui iſtic mos eſt, Clitipho? itáne fieri oportet? &c. Vel heré in vino quám immodeſtus fuiſti? Heautontim. 3.3.

In quâ civitate tandem te arbitrare vivere? virginem vitiaſti, &c. Adelph. 4.5.

Haccine fieri? Adelph. 3.4.

Hæc cùm illi dico, tibi dico. Adelph. 1.2.

Vos eritis judices, laudíne an vitio duci id factum oporteat. Adelph. Prolog.

Enimveró, Antipho, multimodis cum iſtoc animo vituperandus es. Phorm. 3.1.

Ne ſuis te iratus ſævidicis dictis protelet. Phorm. 1.4.

Pernoſcite, furtúmne factum exiſtumetis, an locum reprehenſum, id eſt, repertum, *qui præteritus negligentia eſt.* Adelph. Prolog.

Qui malevoli veteris Poetæ dictis reſponderat. And. Prol.

Nam ſi cogites, remittas jam onerare iniuriis. **Du würdeſt auffhören/mich zu ſchelten.** Andr. 5.1.

Si quiſpiam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis quám plurimis, & minimè multos lædere. In his poëta hic nomen profitetur ſuum. Eunuch. Prolog.

Alij Sacerdotem execrabantur, qui Verrem tam nequam reliquiſſet. in V. 101. a

Omnes te oderunt, tibi peſtem exoptant, te execrantur. in P. 101. a

Quod tibi proficiſcenti evenit, ut omnes execrarentur, malè precarentur. in P. 86. b

Rectè Socrates execrari eum ſolebat, qui &c. de Leg. 162. b

Itaque accepimus Socratem ſolitum execrari eos, qui, &c. Offic. 54. a

Execratur apud Ennium *Thyeſtes, primùm ut naufragio pereat Atreus.* Tuſc. 261. b

Vt optet, ut execretur. Or. 209. b

Cui quod in me eſt execrabor hoc, quo lucet, quicquid eſt. de Nat. 39. a ex Ennio.

Cùm ita obiurgamus eos, qui audiunt, quomodo ipſi ſe cupiunt obiurgari. ad Heren. l. 4. p. 1 3.

In

In quo multis verbis tum inveheretur in Cæſarem Curio. Brut. p. 583.

Offenſionem negligentiæ vitare, effugere. in Verrem pag. 199.

Non ferendus obiurgator is eſt, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. in Verr. p.306.

Humilitatem generis alicui obijcere. Orat. ante exil. pag. 363.

Sum inſectatus levitatem ſenum. Ep. Att. l.1. p. 24.

Me tam ſæpè & tam vehementer obiurgas. Epiſt. Att. lib.3. pag. 88.

Quam aut caſtigatione, aut obiurgatione dignum putares. Epiſt. Att. l.3. p.88.

Ne quid atrocius in abſentem ſine causâ facere conetur. pro Qu. p.24.

Tam atrox ac ſingulare maleficium, quod ita raro extitit, ut ſi quando auditum ſit, portenti ac prodigij ſimile numeretur. pro S Roſc. p.49.

Intelligunt neminem quidem maleficium ſine causâ admittere. S. R. p.61.

In ruſticis moribus, in victu avido, in hac horridâ incultaq; vitâ, iſtiusmodi maleficia gigni non ſolent. pro Roſc. Amer. p 62.

Non omne facinus in omni vitâ naſcitur, in urbe luxuries creatur, ex luxuriâ exiſtat avaritia neceſſe eſt, ex avaritiâ erumpat audacia, inde omnia maleficia ac ſcelera gignuntur. Sext. Roſc. pag. 62.

Ad hunc maleficium iſtud pertinet. Sext. Roſc. p. 63.

Maleficium admittere. Sex. Roſc. p. 58.

Sic vita hominum eſt, ut ad maleficium nemo conetur ſine ſpe, atq; emolumento accedere. Sex. R p.66.

Vitiorum ſuorum plurima & maxima conſtituere monumenta & indicia. in Verr. p.140.

Verrem in luto voluptatum totius corporis veſtigiis invenimus. in Ver. p.437.

Qui maleficio & ſcelere paſcuntur. Off. l. 2. p. 29.

Iniquiſſimis verbis conflictari. in Verr. p.334.

Contumelia habet aculeum. in Verr. p.347.

Contumeliis operiri opprimiq;. in Verr. p. 466.

Perpeti contumelias. de Aruſp. p.482.

Ille non deſtitit de nobis aſperrimè loqui. Epiſt. Att. l. 2. p. 75.

Caſtigatio contumeliâ vacare debet 1. Off. p. 36.

Neq; tamen quiſquam inventus eſt tam inſigniter improbus, qui violare exiſtimationem abſentis auderet. pro Qu. p. 26.

Ad calumnias ſingulari conſilio reperire rationem. in Verrem p. 320.

Calumniam, ſtultitiamq; obtrivit, ac contudit. pro Aul. Cæcina. p. 593.

Videt ſe nihil ab A. Cæcina poſſe litium terrore abradere. ibid.

Calumniam non effugiet. pro A. Cl. p. 75

Cave in iſtâ tum frigidâ, tum ieiunâ calumniâ deliteſcas. pro Cæcin. p. 610.

Inimici oratio vana præſertim, tam improbè in Clariſſimos viros coniecta me movit. Seſt. 21.

Maledictorum clamorem omnes profuderunt. ſeſt. 58.

Cùm tu ei contumelioſiſſimè toties maledicas. Vat. 86.

Hoc iudicium vocibus maledictisq; eſt celebratum. Cœl. 44.

Iſta maledicta ſunt pervulgata in omnes. pro Cœl. 9. p. 94.

Propulſare debes à te contumeliam. Ligar. 299.

Vltrò maledictis me laceſſiſti. Phil. 2. p. 338.

Abſtinere maledicto. Phil. 2. p. 340.

Omnibus eum contumelijs oneraſti. Phil. 2. p. 376.

In Cæſarem maledicta congeſſiſti deprompta ex recordatione impudicitiæ. Phil. 3. p. 390.

An illa nõ graviſſimis ignominijs ad poteſtatis memoriam ſunt notanda? Phil. 3. p. 413.

In me abſentem ore impuriſſimo orationem evomuit. Phil. 5. pag. 414.

Qui ignominiâ notandos eſſe cenſuerunt eos, qui militiam ſubterfugiſſent. Phil. 7. p. 444.

Verborum contumelijs optimum virum inceſto ore laceraſſet. Phil. 11. p. 478.

Deſine bonos petulantiſſimâ linguâ conſectari. in Salluſt. 557.

Senatus Religionis calumniam, non religione, ſed malevolentiâ, & illius Regia largitionis invidiâ comprobat. Ep. ad Fam. libr. 1. p. 5.

Subcontumelioſè tractatur noſter Publius. Ep. Att. l. 2. p. 56.

Clamoribus & convitijs, & ſibilis Fuſium conſectantur. Ep. Att. l. 2. p. 68.

Per

Per obtrectatores Lentuli res calumniâ extracta eſt. Ep. ad Qu. Fr.l. 2.p.601.

Nec calumnia conferenda eſt cum verecundiâ. Acad.l.2.p.10.

Atq. hæc cùm uberius diſputantur, & fuſius ut mihi eſt in animo facere facilius effugiant Academicorum calumniam. de Nat. Deor.l.2.p.58.

Quod ad vitandam vituperationem valet. de Pro.78.b

Cadere in aliquam vituperationem. Att.228.a

Eaq; res P. Africano vituperationi fuit. Brut.p.547.

Quod effugiſſem duas maximas vituperationes. ibid 218.b

Culpa reprehenſionem, & ſtultitia vituperationem reprehendere. in Ant.244.a

Meq; nonnulla vituperatione tarditatis meæ facto ſuo liberavit. de Aruſp.255.b

Poſt ille convitium fecit. ad Heren.lib.4.p.87.

Auribus non peperciſſe. pro Qu. p.13.

Appellari ſuperbius pro Leg. Manil.p 631.

Voce aliquem vulnerare. in L. Catil.p. 68.

Nihil eſt tam volucre, quàm maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius diſſipatur. pro Cn.Pl. p.518.

Hi non modò negando, ſed etiam irridendo ampliſſimum quemque illius ordinis inſequebantur. Seſt.p.13.

Nulla in quemquam ignominia propria nominatim cadebat Seſt.16.

Civitates omnibus bonis exhauſtæ nefarias libidinum contumelias ac turpitudines ſubierunt. Piſ.2 5.

Meſſalam contumelioſè lædebat. Ep. Att. lib.1.p. 22.

Erit abſurdum in nos invehi. Ep. Att.l.2.p.58.

Vt ſe maledictis non abſtineat ijs, quæ in illum dupliciter recidunt. Brut.p 562.

Ei convitium grande fecerunt. Epiſt. Att.l. 16.p.563.

Si conſilium meum in contrariam partem raperetur. Ep. ad Fam. lib.10.p.316.

Antea pari contumeliâ viros clariſſimos affecerant. Epiſt.ad Fam. lib.12.p.368.

Contumeliam villa puſilla iniquo animo feret. Ep. ad Fam. lib. 12.p.375.

Verberavi te cogitationis tacito duntaxat convitio, quòd faſciculus alter ad me iam ſine literis perlatus eſt. Ep. ad Fam lib.16.p.509.

Vrgebor iam omnium veſtrûm convitio. Acad.Qu.lib.2. p. 64.

Quem cùm à ſe non neget auditum, tamen vexat omnibus contumeliis. de Nat.Deor.lib.1.p.30.

Zeno quidem non eos ſolùm, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, cæterosq; figebat maledictis. de Nat.Deor.lib.1.p.38.

Maledictis inſectantur eos, qui à veritate diſſentiunt. de Finib. l. 2.p.162.

Alternis verſibus intorquentur inter fratres graviſſimæ contumeliæ. Qu.Tuſc.lib.4.p.446.

Contumelias ſervorum ancillarumq; pertulit. 1.Off.p.45.

Rectè ſeu perperam facere. pro Q.p.10.

Legiones ei grande convitium fecerunt. At.257.b

L. Quintius convitium C. Iunio iudici quæſtionis maximum fecit. pro Clu.33.a

Cùm ei magnum convitium foret cunctò à Senatu. E.153.a

Conſectari aliquem convitijs. Att.33.a

Sed os tuum ferreo Senatus convitio verberari noluiſti. in P. 93.a

Suſtinere quotidianum alicuius convitium. pro Qu.11.b

Multis nominibus Græcos in eo reprehendit. Epiſt. Att. libr. 6. p.179.

Reſcripſit ſe libenter vituperationem ſubire. Epiſtol. Att. libr. 14.p. 458.

Vt cùm aliquid non veriſimile dicatis, & effugere reprehenſionem velitis. de Nat.Deor.l. 1.p.28.

Vt hic noſter labor in varias reprehenſiones incurreret. de Fin. l. 1. p.96.

Obiurgatores ſuos conuincere. de Divin.l.1.p. 201.

Interdum etiam obiurgationes vigent in amicis maximè. 1.Offic. p.25.

Obiurgationes nonnunquam incidunt neceſſariæ. 1. Offic.pag. 54.

Ad hoc genus caſtigandi rarò invitiq; veniamus. ibid.

Magnâ ex parte clementi caſtigatione licet uti, gravitate tamen adiunctâ, ut ſeveritas adhibeatur, ut contumelia repellatur, atq; illud ipſum, quod acerbitatis habet obiurgatio, ſignificandum eſt ipſius causâ, qui obiurgetur, ſuſceptum eſſe. ibidem.

Qui Periclem principem Græciæ vituperabat. Offic. libr. 2. p.89.

Antequam

Antequam hic locus concludatur, non abs re fuerit coacervare varias Formulas maledicendi, & Nomina ignominioſa, quibus uſi ſunt Autores Latini, idque ſecundùm diverſa obiecta, ſeu materiam maledictorum.

In hominem indoctum, rudem, & imperitum.

Ex Cicerone.

RAbula indoctus, inurbanus, ruſticus, imperitus rerum omnium, rudis ignarusq́, nullo uſu, nullo ſtudio litterarum praditus.

Qui numquam Philoſophum pictum, quod dicitur, vidit.

Omninò omnis eruditionis expers, atq́ ignarus, & à Muſis aversus.

Rudis, hebes, & impolitus.

Expers conſilii & ingenii.

In quo magna eſt ieiunitas bonarum artium.

Qui nullum cum Muſis, id eſt, cum humanitate, & doctrinâ habet commercium.

Ineruditus & abſurdus.

Tam rudis, tam ignarus rerum, tam expers conſilii & ingenii.

In omni re litterariâ tyro ac rudis, hoſpes & peregrinus.

Abderiticus: qui non modò cor non habet, ſed ne palatum quidem.

Democriti patriâ dignus.

Amentiſſimus, atq́ omnibus conſiliis praceps ac devius.

Vacors, et amens: ſtolidus, minimè mentis compos, et conſtringendus ſive alligandus,

Delirus, qui vaticinatur et inſanit.

Tragico Oreſte dementior.

Excors, et demens.

Baro, inſipiens, planè fatuus, et amens.

Temerarius, et inconſideratus, inconſultus.

Ingenio et cogitatione nullâ.

Stupidus, et bardus.

Bambalio, qui propter haſitantiam lingua, ſtuporemq́ cordis cognomen ex ignominiâ trahere meretur.

Planè in literis plumbeus.

cerni videantur, hebes & obtuſus.
Homo ſine ingenio, truncus ac ſtipes.
Cuius ignorantiæ mederi ne Aſclepiadis quidem conceſſum puto. οὐ ἰατρεῦσαι τὴν ἄγνοιαν οὐδ᾽ Ἀσκληπιάδαις τοῖς λόγοις νομίζω δεδόσθαι. Athenæus.
Tarandus: h.e. Aſinus, de quo Plinius, *quòd cùm ei libuit ſui coloris eſſe, aſini ſimilis ſit.*

Ex Terentio.

Caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus, homo hominum ſtultiſſimus.
Omnino lapis, haud homo.

Ex Varrone.

Mente captus, atq; ad agnatos & gentiles deducendus.
Phreneticus, Septemtrionis filius.

Ex Plauto.

—Sat edepol certò ſcio
Occiſam ſæpè ſapere plus multò ſuem,
Cùm inducatur, ne id, quod vidit, viderit. Milit.
—O Lyde, es barbarus,
Quem ego ſapere nimiò cenſui plus, quàm Thalem.
Is en ſtultior es barbaro Potitio. Bacchid.
Herus meus Elephanti Corio circumtectus eſt non ſuo,
Neque habet plus ſapientiæ, quàm lapis.
Mirum eſt lolio victitare te, tam vili tritico. Milit.
Suum ipſe interdum ignorat nomen, neque ſcit, qui ſiet. Capt.
Adeon me fuiſſe fungum, ut qui illi crederem?
Quicunque ubi ſunt, qui fuére, quique futuri ſunt poſthac
Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones,
Solus ego omnes longè anteeo ſtultitiâ & moribus indoctis. Bacchid.
Nimis tu quidem herclè homo ſtultus es pueriliter. Perſ.
—Nullam rem ſapis. Moſt.
—Numquam ego te tam eſſe matulam credidi. Perſ.
Novi ego huius mores moros & malos. Pœnol.

Album

Alium alii moleſtum eſſe, & ſermonibus morologis uti. Pſeudolos

Qui terræ odium inambulat, & tam nihil ſapit, nec ſentit: tanti eſt, quanti eſt fungus putidus. Bacch.

Neque ego homines aſinos magis umquam vidi. Pſeud.

Nec veriſimile loquere, nec verum frutex. Moſtel.

Quid hero ego dicam meo malæ rei eveniſſe, quamve inſaniam? Neſcio pol quæ illum hominem intemperiæ tenent. Aulul.

Quæ te mala crux agitat? Larvæ hunc atque intemperiæ inſaniæque agitant ſenem. Aul.

Non tibi ſanum eſt adoleſcens ſinciput, ut intelligo, non poteſt hæc res hellebori iugere obtinerier. Menæch.

Quibus pretiis hic væneunt porci ſacri? Numum unum à me accipe, iube te piari de meâ pecuniâ. Nam ego quidem inſanum eſſe te certò ſcio, Menæch.

Si me conſulas, hamo illo iubeas porculum afferri tibi. Nam tu quidem herclè certe non ſanus es ſatis. Audin' tu, ut deliramenta loquitur! quid ceſſas dare potionis aliquid, priuſquam percipit inſania? Menæch.

Helleborum hiſce hominibus opus eſt. Pſeud.

Nugas ludificabitur, garriet, quoi neque pes umquam, neque caput compareat. Ornamenta abſunt, Aiacem hunc cùm vides, ipſum vides. Captiv.

Quas tu vides colubras? Stich. *Et* Iuvenalis: *Dic quâ Tiſiphone? quibus exagitare colubris.*

In hominem flagitioſum.

Ex Cicerone.

Plenus ſceleris, & audaciæ.

Tot tantis, tam nefariis ſceleribus coopertus.

Scelere & furore inflammatus.

Capitalis, impunis, & ſceleratus.

Non ille honorem à pueritiâ, non ſtudia virtutis, non ullum exiſtimationis bonæ fructum umquam cogitarat, ſed ex petulanti, atque improbo ſcurrâ. &c.

In uno homine omnia vitia, quæ poſſunt in homine perdito, nefariòque eſſe, reprehendo: nullum eſſe dico indicium libidinis, ſceleris, audaciæ, quod nō in unius iſtius vitâ perſpicere poſſitis. Sit

fur

fur, ſit ſacrilegus, ſit flagitiorum omnium, vitiorumque princeps.
Cum hac me peſte, atq; labe confero.
A nefariis peſtibus eſt occiſus.
Omnium non bipedum ſolùm, ſed etiam quadrupedum impuriſſimus, conſceleratiſſimus.
Homo poſt homines natos turpiſſimus, contaminatiſſimus.
Homines improbi, multis flagitiis, & ſceleribus contaminati.
Vix homines odium ſuum à corpore eius, impuro atq; nefando repreſſerunt.
Vir longè poſt homines natos improbiſſimus.
Nemo umquam fuit tam ab omni honeſtate relictus.
Habeo, quem opponam labi illi atq; cœno.
Epicure noſter ex harâ producte, non ex ſcholâ lutulente. O lutum! O ſordes!
Eos ludos hac lues impura polluit.
Sordes hominis.
Sceleratiſſimus ille, ex omnium ſcelerum colluvione natus.
Funeſtum illud animal ex nefariis ſtupris, ex civili cruore, ex omnium flagitiorum impunitate concretum.
Id tu furcifer tibi ſumes?
Tu omnium profligatiſſime, & perditiſſime.
Quem tu illo certiorem nebulonem?
Nihil eſt illo poſterius, vel nequius.
Poſtremi homines.
Homo ſane nequam.
Vnus omnium nequiſſimus, qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt.
Tanta, & immanis belua.
Omnium mortalium ſine ullâ dubitatione deterrimus.
Facinoroſus & audax.
Helluo ſpurciſſimus.
Nihil hoc homine inquinatius.
Vita omnibus flagitiis inquinata.
Quis illo in voluptatibus inquinatior?
Ad audendum impudentiſſimus.
Amentiſſimus & profligatiſſimus hoſtis pudoris & pudicitiæ.
Scurra exhauſto pudore.
Genus hominum agreſte, & indoctum.
Vir maleficus naturâ, & iniuſtus.

Cuius eminet, & proiecta eſt audacia.
Qui os perfricuit.

Ex Plauto.

Tantum facinus inveni modò ego, ut nos dicamur duo omnium digniſſimi eſſe, quò cruciatus confluant. Aſin.

Acherontis pabulum, flagitii perſequentem, ſtabulum nequitiæ. Caſin.

Ædepol certò ſcio, Vulcanus, Sol, Luna, & Dies, Dei quatuor ſceleſtiorem nullum hoc illuxere alterum. Quem ſpes dereliquere omnes, eſſent frugi poſſiet. Vidi ego nequam homines, verùm te neminem deteriorem. Bacchid.

Atq; ipſe egreditur Pœnus, periurii caput, hominem hic ego quæro malum, Legirupam, impium, periurum, atq; improbum, Fraudulentum, Deorum odium, atq; hominum, malum. Mali vitii, probriq; plenum. Pſeudol.

Sceleris ſemen, fraudis, ſceleris, parricidii, periurii pleniſſimus. Rudent.

Quæſo hercle, meone herò tu improbe maledicere audes, fons vitii, & periurii. Truc.

Sator ſartorque ſcelerum, & meſſor maxime. Capt.

Ex i natum quantum eſt hominum ſacrilegiſſime. Rud.

Scelerum cumulatiſſimus. Si ego iuratus peiorem hominem quærerem, Coquum non potui quàm hunc, quem duco, ducere. Pſeud.

Nequior nemo eſt, neq; indignior, cui Dii benefaciant, neq; quem quiſquam homo aut amet, aut adiuvet, omnibus probris, quæ improbis viris digna ſunt, dignior nullus eſt homo. Bacch.

Homini, ſi leno eſt homo, quantum hominum terra ſuſtinet, ſacerrimo. Pœnol.

Abi ſis impurata belua. Abſolve hunc quæſo vomitum, ne hic nos enicet. Moſt.

Lenone iſto non lutum eſt lutulentius. Pœn.

Ex ſterquilinio effoſſe tuane illac ſit? Caſin.

Non habitare hic homines mecum videntur, ſed ſues. Aſin.

Eho lutum lenonium, commictum cœnum ſterquilinium publicum, impure, inhoneſte, iniurie, illex, labes populi, procax, rapax, trahax, trecẽtis verſibus tuas impuritias traloqui nemo poteſt. Perſ.

Quid illac impudente audacius? Saltem tute, ſi pudoris egeat, ſumas mutuum. Amph.

Hic vereri perdidit. Compendium ædepol ætati haud optabile fecisti, cùm iſtanc nactus es impudentiam. Bacch.

In Iuriſconſultos Rabulas.

Cerberus forenſis.

Togatus vultur.

Morator: Leguleius: Formularius.

Bonorum extortor, legum contortor.

Vitilitigator. Rabula. σύρφαξ ἦς ἀγοραῖος *Fori purgamentũ, & quiſquilia* à Clemente Alexandrino.

Ex Plauto.

Ego me minoris facio præ illo, qui omnium legum atque iurium fictor conditor cluet. Epid

Litium pleni, rapaces, viri fraudulenti. Menæch.

Iſtorum nullus nefaſtus eſt, comitiales ſunt meri. Ibi habitant, ibi eos conſpicias, quàm Prætorem, ſæpius. Hodie iuris coctiores non ſunt, qui lites creant, quàm ſunt hi, qui ſi nihil eſt litium, lites emunt. Pœnol.

Qui hic albo ariete aliena oppugnant bona. Perſ.

In Medicos

Medicus circumforaneus, iam cognitus & ſæpè victor, qui interfecit plurimos. Cicero.

In vitia corporis.

Iam plenus ætatis, animâque fœtidâ ſenex hircoſus, tu oſculere mulierem? Vt ne adveniens vomitum excutias mulieri? Mercat.

Oluiſti allium germana illuvies, ruſticus, hircus, hara ſuis. Moſt.

Plenior allii ulpicique, quàm ſint Romani remiges. Pœnol.

Apronii odor teterrimus, quem ne beſtiæ quidem ferre poſſunt, uni iſti ſuavis, & iucũdus videbatur. Cicero *in Aproniũ, cuius valle ſub alarũ trux habitabat caper, & os Mephitim exhalabat.*

In hominem ignobilem, obſcurum, pauperem, infamem, exoſum.

Ex Cicerone.

Homo repentinus, à ſe ortus, ex infimo genere, & fortunæ gradu, non modò nobis, ſed nec inter ſuos quidem notus.

Emerſus ſubitò ex diuturnis tenebris luſtrorum.

Intolerandus ex cœno neſcio quo, atque ex tenebris tyrannus.

O tenebræ! o lutum! o ſordes! o paterni generis oblite! materni vix memor.

Hic

Hic terræ filius neſcio quis.
Hic homulus ex argillâ & luto fictus, quem ego omninò natum neſciebam.
Humilis & abiectus, & obſcurus.
Auctoritas tenuis, perſona levis.
Boni nihil ab illis nugis expectandum.
Quiſquiliæ ſeditionis Clodianæ.
Homo contemtus & abiectus; contemta & ſordida vita.
Deſpicatiſſimi hominis furor, contemtiſſimi conſulis levitas.
Deſpectus à cæteris, à ſeipſo deſperatus, & relictus.
Bambalio. Homo nullo numero, nihil illo contemtius.
Ex ſummis fortunæ & vitæ ſordibus Conſul factus, ſordes & fæx urbis.
Inſigne odium omnium hominum: vel ſi etiam Dij oderint, quos oportet, omnium Deorum.
Multis & graviſſimis iudicijs, ignominijsq; conciſus.
Homines omnibus vitijs atq; omni dedecore infames.
Omnium ſcelerum libidinumq; maculis notiſſimus.
Famoſus. Maculoſus. Inſignis omnibus notis turpitudinis.
Sic notatus obambulans, ut non curâ, ſed cœno oblitus videatur.
Homo egens, ſordidus, ſine honore, ſine exiſtimatione.
Fortunâ egens, vitâ turpis, exiſtimatione damnatus.
Homines puſilli animi, & ipſa malevolentiâ ieiuni.
Homo ſine honore, ſine exiſtimatione, ſine cenſu, qui eſt in ſummâ mendicitate.
Nihil illo egentius: in egeſtate vitam degens.
Quem omnes aſpernantur, atq; abhorrent, & ferre non poſſunt.

Ex Plauto.

Amas hominem non nauci. Trucul.
Quid ais? homo levior quàm pluma, peſſime, & nequiſſime, Flagitium hominis, ſubdole, ac minimi pretij? Menæch.
Ego pol te redigam eodem, unde orta es, ad egeſtatis terminos. Sordido vitam oblectabas pane, in pannis, inopia. Atq; ea ſi erant, magnas habebas omnibus DIs gratias. Aſin.
Quid? illas itidem eſſe cenſes, quaſi te, cum veſte unicâ? Stich.
Me eſſe hominem pauperum pauperrimum. Aſin.
Quia tute ipſe eges in patriâ, nec tibi qui vivat, domi eſt. Captiv.
Imi ſubſellij viros, Plagipatidas, quibus ſunt verba ſine penu & pecuniâ. Capt.

Hos

Hoc quod induta ſum, ſunt mea opes oppidò,
Nec cibo, nec loco tecta quo ſim ſcio. Rud.

Cui homini hodie peculii numus non eſt niſi plumbeus. Caſin.

Salvete fures maritimi, conchitæ, atq; hamiotæ, famelica hominum natio: quid agitis, ut peritis? PL. Vt piſcatorem æquum eſt, fame, ſiti ſpeq;. Rud.

Lenones ex gaudio eſſe credo procreatos. Ita omnes mortales, ſiquid mali eſt lenoni, gaudent. Rud.

Item genus eſt lenonum inter homines, meo quidem animo, uti muſcæ, culicesq;, pedesq;, pulicesq;, odio & malo, & moleſtiæ: bono uſui eſtis nulli. Curcul.

Ex Terentio.

Tu nihil niſi ſapientia, ille futilu, ſomnium. Adelph.

Gerro, iners, fraus, heluo. Heaut.

Tace tu, quem eſſe ego puto infra omnes infimos homines. Nam qui huic animum aſſentari induxeris, è flammâ te petere cibum poſſe arbitror. Eunuch.

Id genus alias formulas διαςυρτικάς ex variis undique Authoribus Latinis, Græcis, antiquis iuxta atque recentioribus, colligere proclive erit Philologiæ ſtudioſo: qui quidem delectabitur eiuſmodi floſculis: dummodò probè memor eſſe poſſit regulæ Charitatis Chriſtianæ, quæ proximum nullâ vult affici contumeliâ, aut iniuriis: cuius planè immemor fuit is, qui ſuperiores modos inſectandi álios jam pridem in unicum illum faſciculum colligavit, atque ut ait, in uſum magni viri *Ioſephi Scaligeri Iulii Caſ. à Burden Filii.* Nomē eius cùm odio ſit omnibus bonis, malis, doctis, indoctis, lubens ſilentio prætermitto. Fuit autem is in arte calumniandi planè Roſcius, è vico Tuſco aut Velabro oriundus. Sed ad alia properandum eſt.

Canen-

Canendi. Cantûs. Accinendi. Muſices. Symphoniæ. *Vide etiam infra.* Carminis.

Singen/Liedlein/Harmony/Muſic.

C*Anorâ hic voce ſuâ tinnire temperent.* Pœn. Prolog. v.33.

Lepidam & ſuavem aliquam cantionem cynædicā occipito. Sing ein hůbſch bulen liedlein. Stich 5.v.19.

Age iam infla buccas. pfeif vf. Stich.5.5.v.26.

Nunc iam aliquid ſuaviter. Redde cantionem veteri pro vino novam. Stich.5.5.v.27.

Cantilenam eandem canis. Phorm.3.2.

Iſtæc jam penes vos pſaltria eſt? Adelph.3.4.

Non ſunt in oratione tanquam tibicini percuſſionum modi, ſed univerſa comprehenſio & ſpecies orationis clauſa & terminata eſt. Or.216.b

Carmen & rebus, & verbis, & modis lugubre. Tuſc.200.

Vt in muſicis numeri, & voces, & modi. de Or. 100.b

Surdus varietates vocum, aut modos noſcere non poteſt. de D. 120.a

Antiquus vocum modus, & varij canendi ſoni. de Le.177.b

Oculos, cervicesq́ pariter cum modorum flexionibus torquet. ibidem.

Hæc cùm preſſis & flebilibus modis, qui totis theatris mœſtitiam inferant, concinuntur. Tuſc.171.a

Si canere velim vel voce, vel fidibus. de D.134.a

Tibicen ſine fidibus canere non poteſt. de Or.159.b

Tibiæ modulatè canentes, & fidiculæ numeroſè ſonantes. de N. 30.a

Lituus, quo canitur. de Div. 86.b

Epaminondas præclarè fidibus cecinisse dicitur. Tuſc.149.a

Cùm in eis conviviis ſymphonia caneret maximisq́ poculis miniſtraretur, retinere ſolitus eſt aratores. in V.170.b

Atq́ etiam illum Aſpendium citharistam, de quo ſæpè audiſtis, id quod eſt Græcis hominibus in proverbio, quem omnia intus canere dicebant ſuſtulit, & in intimis ſuis ædibus poſuit: ut etiam illum ipſum artificio ſuo ſuperaſſe videretur. in Ver.16. b Intus

S canere

canere, Proverbio dicitur is, qui in ſuam rem & commodum omnia convertit, ut quicquid faciat, non aliorum, ſed ſua cauſſa facere videatur.

Atq; hoc carmen hic tribunus plebis non vobis, ſed ſibi intus canit. contra Rul. 80.a

Cantu vocum, nervorum, & tibiarum tota vicinitas perſonabat. pro S.R.41.a

Te gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat. pro Muren. 128.b

Ad cantus, & ad tibicinem perſequi laudes clarorum virorum. de Leg. 182.b

Tibicines, iiq; qui fidibus utuntur, ſuo, non multitudinis arbitrio cantus numeroſq; moderantur. Tuſc. 248.b

Quod docti homines nervis imitati atq; cantibus aperuere ſibi reditum ad hunc locum. de Som. 119.a

Solet Roſcius dicere, ſe, quo plus ſibi ætatis accederet, eò tardiores tibicinis modos, & cantus remiſſiores eſſe facturum. de Or. 107.b

Gallus eſt animal canorum ſuâ ſponte. de D. 120.a

Vox ſuavis & canora. de Cl. 186.a

Omnino canorum illud in voce ſplendeſcit in ſenectute. de Senect. 82.b

Sine contentione vox nec languens, nec canora. Offi. 27.a

Profluens quiddam habuit Carbo & canorum. Or. 145.a

Canorus orator & volubilis. de Cla. 154.

Hoc dulce, canorum illud, hoc benè olens. Aca. 6.b

Cantûs edere quiete ſatiatos. de Divin. l. 2. p. 234.

Delectari cantibus. Qu. Tuſc. l. 1. p. 311.

Carceris. Cuſtodiæ. Nervi. Vinculorum. *Vide etiam Tit.* Caſtigandi. Suppliciorum: & Verberandi.

Gefengnuß / Kercker / Plöcken / Gefangen nemen / Peinigen / Foltern / Martern / In hafften nemen / Ziehen / Binden / Knipſen.

IN *carcerem impingi*. Amph.1.1.v.3.

Abductus eſt in phylacam rectâ. Capt.3.5.v.93.

In nervum abducam. Pœn.ſc.Quam rem.v.18.

Quãdo ex nervo emiſſus, compingare in carcerem. Pœn.ſc. Quam rem.v.26.

Nempe optimo mé iure in vinculis enecet magiſtratus. Rud. 2. 5. v. 19.

In carcerem illo potius cubuiſſem die. Rud.2.6.v.14.

Vt aſſerventur magnâ diligentiâ. Capt.1.2.6.

Te in caveam dabo. Capt.1.2.v.15.

Cui me cuſtodem addiderat herus. Capt.3.6 v.50.

In cuſtodelam Simiæ concredere. Merc.2.1.v.9.

Item his diſcipulis privos cuſtodes dabo. Pſeud.3.2.76.

Concludam in vincula beſtiam nequiſſimam. Rud. 3. 1. verſ. 28.

Niſi te in carcerem compingier eſt æquum, ætatémque ibi te uſque habitare, donec totum carcerem contriveris. Rud. 3. 4.verſ.10.

Crede Deos voluiſſe, ut apud ſe me enicem. Aulular. 4. 10. verſ.13.

His indito catenas ſingularias. Capt.1.2.v.3.

Nos pudet, quia concatenati ſumus. Capt.2.1.v.9.

Si vos eximat vinculis, ac ſolutos ſinat. Capt.2.1.v.10.

Ita vinclis cuſtodiisq́; circumœniti ſumus. Capt.2.2.v.4.

Quid ceſſatis compede currere ad me, meaq́; amplecti crura, ut vos cuſtodiam? Capt.3.4.v.118.

Iniicite huic manicas. Capt.3.5.v.1.

Aſtringet iſti vehementer manus. Capt.3.5.v.9.

Vt iſtas compedes tibi adimam. Capt.5.2.v.30.

Conſtringe tute illi actutum manus. Bacch. 4.7.v.1.

Aſtringite ad columnam fortiter. Bacch.4.7.v.25.

Fugitivis ſervis indunt compedes. Men.1.1.v.4.

In manibus geſtant copulas ſecum. Epid.5.1.v.11.

Colligauit eum miſeris modis. Eunuch. 5.5.v.13.

Hunc pro mœcho poſtea intus comprehendére, & conſtrinxére. Eun.5.5.v.23.

In carcerem eſt deductus. de Inv.l.2.p.254.

Vincula revellere. pro Cæcin.p.613.

Vinculis aſtringi. Acad.l.2.p.33.

Vt eum ſiderum vinculis alligaret. de Natur. Deorum libr. 2. p. 75.

Cùm illuc ex tuis vinculis emiſſi fuimus. Quæſt. Tuſcul. libr. 1. pag. 325.

Qui in compedibus corporis ſemper fuerunt. ibid.

Qui ferro vincti multos annos fuerunt. ibid.

Eas inter ſe copulant haud iiſdem vinculis, quibus ipſi erant colligati. de Vniuerſ p. 384.

In vincula coniecti à Milone Sest. 43.

Stoici verò noſtri diſputationum & interrogationum laqueis te irretitum tenerent. de Orat. lib. 1. p. 180.

Si corpora capta ſunt armis, aut conſtricta vinculis. de Orat. l. 1. p. 20.

Omnes, quorum in alterius manu vita poſita eſt, ſæpius illud cogitãt, quid poſſit is, cuius in ditione ac poteſtate ſunt, quàm quid debeat facere. pro Q. p. 2.

Quid illa vincula, quibus quidem liberaliſſimè aſtringor, quanta ſunt? Ep. ad Fam. l. 3. p. 83.

Cur igitur vos inducitis in eas captiones, quas nunquam explicetis? de Divin l. 2. p. 282.

Eum obtortâ gulâ de convivio in vincula atq; tenebras abripi iuſſit. in Verr. p. 427.

In carcerem & vincula coniÿci. in Verr. p. 493.

Condere aliquem in carcerem. in Verr. p. 519.

Completus mercatorum carcer. in Verr. p. 549.

Habitare in carcere. contra Rull. p. 144.

In vincula ducere aliquem. in L. Catil. p. 176.

Ita ſunt multi, ut eos capere carcere non poſſit. in Luc. Catil. pag. 188.

Aliquem æternis pœnis vinculisq; dare. in Luc. Catilin. pag. 208.

In vincula aliquem coniÿcere. de Aruſp. reſp. p. 478.

Cùm tu eum Conſulem in vincula duceres. Vat. 82.

In arcas coniÿciuntur. Piſ. 146.

Pompeium ſuam domum compuliſtis. Piſ. 184.

In me carcerem effudiſtis. ibid.

Fratres meos, quòd erant conſcÿ, in vincula coniecit. pro Deiot. 314.

Eos in cuſtodiam dederat. Phil. 3. 388.

Et primò quaſi temerè de Republica locutus eſſet, in carcerem coniectus

iectus eſt. de Natur. Deor. l. 2. p. 52.
Carceris vincula rumpere. Qu. Tuſc. l. 1. p. 335.
Conijcere aliquem in carcerem. Qu. Tuſc. l. 2. p. 135.
In cuſtodiam aliquem dare. in L. Catil. p. 171.
Qui in cuſtodiam nominatim dati ſunt. in Luc. Catil. pag. 208.
In vincula aliquem coniicere. pro L. Flac. p. 288.
Non te iudices mihi, ſed carceri reſervarunt. Epiſt. Att. lib. 1. p. 27.
Si vinciatur, & conſtringatur amicorum propinquorumq; cuſtodijs, Qu. Tuſc. l. 2. p 367.
Ergò hos quidem ut famulos vinclis ac cuſtodia arceamus. ibid.
Vadit in carcerem eundem, & paucis poſt annis ſcyphum Socrates eodem ſcelere iudicum, quo tyrannorum Theramenes. Qu. Tuſc. l. 1. p. 335.
Quos & quantos viros homo omnium infimus, & ſordidiſſimus Tribunus Pleb. C. Curiatius in vincula coniecit. de Leg. lib. 3. p. 157.
Propter iniuſtam dominatûs cupiditatem in carcerem quodam modo ipſe ſe incluſerat. Qu. Tuſc. l. 2. p. 472.
Dare aliquem in cuſtodiam. in Verr. p. 515.
Cuſtodiæ committere ibid.
Feris & barbaris cuſtodiam corporis committebat. Q. Tuſc. libr. 5. p. 473.
Eſt apud Platonem Socrates, cùm eſſet in cuſtodiâ publicâ. de Divin. lib. 1. p. 177.
Paucis ante diebus, cùm facilè poſſet educi è cuſtodiâ, noluit. Qu. Tuſc. lib. 1. p. 324.
Emitti nos è cuſtodiâ, & levari vinculis arbitremur. Qu. Tuſc. lib. 1. p. 345.

Carminis. Poeſeos. Verſuum.

Poeterei/ Verßmachen/ Lieder/ Gedicht/ Carmen machen/ Verßweiß beſchreiben.

S*Ervire numeris*. Orat. ad Brut. p. 677.
Ad ſcribendi ſtudium ſe conferre. pro Arch. poeta p. 346.
Longius mihi contexere hoc carmen utinam liceret! Cæl. 97.

Fecit poëma feſtivum, concinnum, & elegans. Piſ.208.

Omnes hominis libidines, omnia ſcenarum genera, & conviviorum delicatiſſimis expreſſit verſibus. Piſ.209.

Varium, & elegans omni ferè numero poëma feciſti. Acad. Qu. l. 1.p.89.

Sibyllæ verſus obſervamus, quas illa furens fudiſſe dicitur. de Div. l.2.p.256.

Apollo verſus facere deſierat. de Div.l.2.p.258.

Carmen grave, plenumq́ue, ſine cæleſti aliquo mentis inſtinctu fundere. Qu. Tuſc.l.1.p.320.

Carnificinæ. *Vide* Verberandi.

Caſtigationis. Crucis. Obiurgandi. Animadvertendi. Pœnarum. Puniendi. Supplicij. *Vide etiam paulò ante* Carceris. *& infra*, Vituperandi.

Straffen / Zuchtigen / Creutzigen / Peinigen / Hinthun / Vmb leib vnd leben bringen / Exempel ſtatuiren / Vngeſtrafft laſſen hingehn / Dem Hencker vberliefren / Etwas verfallen ſein.
Gallicè. Quelquechoſe eſtre confiſquee.

ILli actutùm ſuffert ſuus ſervus pœnas Soſia. Amphitr. 3. 4. v.19.

Onerat aliquam Zamiam. Aul.2.v.20. *Vide Lex. Plaut.*

Fateor me hanc culpam commeruiſſe. Aul.4.1.v.8.

In puteum aliquem condere. Aul.2.5.v.22.

Atra pix agitet te apud carnificem. Capt.3.4.v.65.

Ducite, ubi ponderoſas craſſas capiat compedes. Capt.3 5. verſ. 63.64.

Noctu

Noctu nemo vinctus cuſtodibitur. Capt.3.5.v.71.
Iubete huic craſſos compedes infringier. Capt.3.5.v.76.
Grandem natu ob furtum ad carnificem dabo. Capt. 5. 4. v.22.
Pœnas haud mediocres pendere. Bacch.3.1.v.23.
Obiurgavit me plurimis verbis malis, & me meliorem fecit præceptis ſuis. Bacch.4.9.v.98.
O carnificum cribrum! ita forabunt te patibulatum per vias ſtimulis. Moſt.1.1.v.53.
Malè me mulcet. Moſt.4.2.v.23.
Ego ferare faxò, ut meruiſti in crucem. Moſt.5.2 v.12.
Supplicij iam habeo ſatis. Moſt.5 2.v.43.
Pœnas pro mœcho luit. Mil.Arg.1.v.14.
Inſilire in maximum malum cruciatum. Mil.2.3.v.8.
Credo ego iſthoc exemplo tibi eſſe eundum actutum extra portam diſpeſſis manibus, patibulum cùm habebis. Mil. 2. 4. v.6.7.
Scio crucem mihi futurum ſepulchrum. Mil. 2. 4. v.19.
Perdere aliquem capitis. Mil. 2.4.v. 18.
Niſi ſupplicium virgarum de te datur longum diuturnumq́ue, à mane ad veſperum. Mil.2.6.v.22.
Niſi tibi ſupplicium ſtimuleum datur. Mil 2 6. v.31.
Supplicij ſibi ſumat, quid vult ipſe ob hanc iniuriam. Merc. 5. 4. v.31
Qui nunc? dolet ne? hem! ſic datur. Pſeud.1.2.v.22.
Tum hoc timet, ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta ſit. Heaut.3.1.

Diu etiam duras dabit. Er wirt vns zuſchaffen machen. ibid.

Scio tibi eſſe hoc gravius multò, ac durius, cui fit. Heaut.5.2.

Homo inhumaniſſimus. Phorm. 3.2.

Hoccine eſt humanum factum aut inceptum? hoccine officium patris? Andr.1.5.

Factum à vobis duriter, immiſericorditerq;, atq; etiam ſi eſt, pater, dicendum magis apertè, illiberaliter. Adelph.5.4.

Tulit illa inſula multos & crudeles Tyrannos. in Verrem pag. 549.

Non Charybdin tam infeſtam, neq; Scyllam nautis, quàm iſtum in in eodem freto fuiſſe arbitorr. hoc etiam ille infeſtior, quòd multò ſe pluribus & maioribus canibus ſuccinxerat. in Verrem p. 549.

Vexare aliquem, & raptare, omniq; crudelitate lacerare. pro D. pag. 424.

Nonne omnem humanitatem exuiſſes? pro Lig. 298.

Saturavit ſe ſanguine diſſimilimorum ſui civium. Philipp. 2. p. 361.

Guſtares ſanguinem civilem vel exorbueras. Phil. 1. 365.

Alteri à puero pro delitijs crudelitas fuit. Phil. 11. 480.

Me exiſtimes eſſe humanitate prohibitum: Ep. Att. p. 7.

Clam ad iſta obduruimus, & omnem humanitatem exuimus. Ep. ad Att. lib 13. p. 399.

Si duriorem te eius miſeræ & afflictæ fortunæ præbes. Ep. ad Att. l. 13. p. 446.

Hæ literæ invidioſam atrocitatem habent verborum. Ep. ad Qu. Frat. l. 1. p. 589.

Quorum crudelitas nondum eſſet noſtrâ calamitate ſatiata. Epiſt. ad Q. Frat. lib. 1. p. 595.

Equidem arbitror multas eſſe gentes ſic immanitate efferatas, ut apud eos nulla ſuſpicio deorum ſit. de Natur. Deorum lib. 1. pag. 26.

Tyrannum quem ipſe expulerat, in prælio concidiſſet. Qu. Tuſc. l. 1. p. 382.

Ferocitatemq; eius ita repreſſit. Off. l. 2. p. 80.

Nihil niſi atrox, & ſævum cogitat, atq; etiam loquitur. Epiſtol. 8. 17.

Cuius tanta eſt, non inſolentia, ſed immanitas. Ep. 10. 1.

Syllani temporis acerbitatem, deorum immortalium benignitate ſubterfugerunt. Ep. 13. 4.

Spero homines intellecturos, quanto ſit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clementia. Ep. 15. 19.

Malo veterem & clementem dominum habere, quàm novum, & crudelem experiri. ibid.

Scis, quomodo crudelitatem virtutem putent. ibid.

Non pecuniam modò verùm etiam hominis propinqui ſanguinem vitamq; eripere conatur. pro Qu. p. 13.

Domeſticâ

Domeſticâ crudelitate laborare. pro S.R.p.91.

Ademit miſericordiam conſuetudine incommodorum, aſſiduitate moleſtiarum ſenſum omnem humanitatis ex animis amittimus. ibid.

Indignitate ſervos, temeritate fugitivos, ſcelere barbaros, crudelitate hoſtes vicerit. in Verr.p.464.

Veruntamen mors ſit extrema: non erit, eſtne aliquid ultra, quò progredi crudelitas poſſit? in Verr.p.537.

Ab huius audaciâ fratris liberos ne materni quidem corporis cuſtodia tegere potuit. pro A.Clu.p.16.

Singulari immanitate, & crudelitate præditum eſſe. pro C. Sul. p. 316.

Adhibere in aliquem crudelitatem. pro Dom. p. 424.

Tantum eſt in illo homine ſceleris, audaciæ, & crudelitatis, quantum numquam putavi. pro Seſt. p.12.

Pertuli crudelitatem inimicorum. pro Seſt.p.72.

Crudelitatem veſtram ſaturare cuperetis. Vat.p.76.

Quanquam ſis omni diritate, & immanitate teterrimus. Vat p. 77.

Qui ſalutem perpetuam populi Romani: me & nos fœdiſſimè, & crudeliſſimè vexarunt. Provinc.p.175.

In meo amico crudelitatem prompſiſti tuam. Mil.p.236.

Quàm avidum, in pecunijs locupletum, qui pauperum ſanguinem concupiſſet, vidimus. Phil.4.p.415.

Vt remotus ſit ab omni crudelitate. Epiſt. Attic. lib. 9. pag. 278.

In quos Sulla crudelis hoc ſocio fuiſſet. Epiſtol. Attic. lib. 9. pag.296.

Cùm extitiſſet etiam in cives tanta crudelitas. Offic. lib. 2. pag. 74.

Sit ſane adhibenda ſævitia. Off.lib.3.p. 73.

Culpandi. *Vide* Calumniandi.
Cultûs Dei. *Vide* Adorandi, & Religionis.

Cultûs. Habitûs. Veſtimenti. Veſtium.

Kleidung

Kleidung/Tracht.

A*Miculum hoc ſuſtollo ſaltem.* S*r. Sine trahi, cùm egomet trahor.* Ciſt. 1.1. v. 1 7. *Trahi σύρεσθαι*, item *defluere* dicebatur veſtis. cùm negligentius haberetur. Horat. *Ruſticius tonſo toga defluit.* Contrarium eſt *εὐσχημονεῖν*. Plaut. *Euſchemè aſtare.* Mil. 22. v. 58.

Suam qui undantem chlamydem quaſſando facit. Epid. 3. 3. v. 50.

Et liberalis iuba, & cæſaries quam decent! Mil. 1. 1. verſ. 64.

Nam quæ elauta eſt, niſi perculta eſt, meo quidem animo, quaſi illauta eſt. Pœn. 1. 2. v. 22. 23.

Omni cultu propter frigoris aut caloris vim vacare. Qu. Tuſc. l. 1. p. 313.

Cumuli. *Vide* Abundantiæ.
Cunctandi. *Vide* Moræ.

Cupiendi. Cupiditatis. Aviditatis. Appetendi. Affectandi. *Vide etiam* Deſiderandi.

Wellen/ Begeren/ Begierig ſein/ Lüſten haben/ Begirden.

I*Mprobæ vino modò cupidæ ſi eſtis.* Pſeud. 1. 2. v. 50. Sic loquitur in Mil. 3. 1 v. 204. *Studioſus adulterio.* Ennius: *Studioſus robore belli.* Virgil. Culice: *Compos mente.* Idem: *Ferax oleo.*

Vide, quàm iniquus ſis præ ſtudio, dum efficias id, quod cupis, neque modum benignitatis, neque quid me ores cogitas. Andr. 5. 1.

Miſerè cupio hunc diem in lætitiâ degere. Adelph. 4. 1.

Quia tam miſerè hoc eſſe cupio verum, eò vereor magis. Adelph. 4. 5.

Impensè cupitis. Adelph. 5. 9.

Non dici poteſt, quàm cupida eram huc redeundi. Hecyr. 1. verſ 14.

Nemo ad te venit, niſi cupiens tui. ibid.

Vbi animus ſemel ſe cupiditate devinxit malâ, neceſſe eſt conſilia conſequi conſimilia. Heaut. 1.2.v.34.

Quàm ſcitum eſt, eiusmodi parare in animo cupiditates, quas, cùm res adverſa ſient, paullò mederi poſſis. Phorm. 1.4.

Ad dominas qui affectant viam. Heaut. 2.3. v.60.

Quis eſt, qui non officij cupidior ſit, quàm pecuniæ? de Invent. l. 1. p. 183.

Nimis etiam intelligo flagrare cupiditate. de Orat. libr. 1. pag. 304.

Ardebat cupiditate Brut. p. 611.

Cupiditati obtemperare. pro Quint. p. 2.

Cupiditati morem gerere. ibid.

Reſpirat cupiditas, atq; avaritia. pro Qu. p. 19.

Ducit me cupiditas, ducit me fides. pro Sext. Roſc. p. 65.

Eò prorumpunt hominum cupiditates, ſcelera, & audacia. pro S. Roſc. p. 41.

Ipſos avaritia, cupiditas, audacia cæcos reddit. pro Sext. Roſc. p. 72.

In his ſolis rebus indomitas cupiditates, atq; effrenatas habet. in Verr. p. 178.

Cupiditate rapitur. in Verr. p. 182.

Eſt hoc in morbo, & cupiditate. in Verr. p. 194.

Apertâ cupiditate eſſe. in Verr. p. 293.

Cupiditate progreditur; ſtatuit ſe nihil tam clauſum, neq; tam reconditum poſſe habere, quod non iſtius cupiditati apertiſſimum, promptiſſimumq; eſſet. in V. p. 131.

Hi in iſtius cupiditatem facti ſunt. in V. p. 521.

Cupiditati ſervire. pro L. Syll p. 317.

Ardebas nimiâ cupiditate triumphi. Piſ. p. 202.

Triumphi nomine legent, & vetant ſuam cupiditatem. Prætexunt cupiditatem triumphi. ibid.

Flagrat, & ardet cupiditate iuſti, & magni triumphi. Piſ. 203.

Meditare, quibus verbis incenſam eam illius cupiditatem comprimas, atque reſtinguas. Piſ. p. 203.

Prædæ ac rapinarum cæca cupiditas te rapuit. Piſ. pag. 203.

Te à cupiditate triumphandi longè abhorrere dixiſti. Piſ. pag. 205.
In laudis atq; gloriæ cupiditate verſatur. Piſ. 213.
Non mediocri cupiditate imperium arripuit. pro Lig. pag. 294.
Iam tantâ cupiditate ſum incenſus ad reditum. Philipp. 1. pag. 326.
Quæ eſt iſta cupiditas ferendæ legis? Philipp. libr. 1. pag. 331.
Quò cupiditatem infinitam cum immani crudelitate iam pridem intendit. Philip. 7. p. 445.
Ipſi veſtrâ ſponte excuſſiſtis ad libertatis recuperandæ cupiditatem. Phil. 11. p. 477.
Cupiditatibus infinitis efferebaris. in Sall. p. 554.
Libero eum omni ſuſpicione cupiditatis. Epiſt. Famil. lib. 1. pag. 8.
Cùm ſine ſuſpicione tuæ cupiditatis non poſſis illius cupiditatem refutare. Ep. Fam. l. 1. p. 35.
Abijcere cupiditatem vincendi. Ep. Fam. l. 4. p. 103.
Cognovi Hortenſium percupidum tui &c. Ep. 1. 7.
Incideram in hominum pugnandi cupidorum inſanias. Ep. 4. 1.
Cum ſpe vincendi, ſimul abieciſti, certandi etiam cupiditatem. Ep. 4. 7.
Ardeo cupiditate incredibili. Ep. 5. 12.
Illa nos cupiditas incendit feſtinationis. ibid.
Arbitrabar videndi mei te ſummâ cupiditate affectum eſſe. Epiſt. 5. 1.
Te videre, & omnia intima conferre, diſcupio, id eſt, *vehementer cupio.* Ep. 8. 16.
Vt impiam cupiditatem contra ſalutem tuam habeamus. Epiſt. 8. 17.
Sum avidior etiam quàm ſatis eſt, gloriæ. Ep. 9. 14.
Pernicioſum aliquid concupiſcere. Ep. 10. 8.
Putabam poſſe me nec de laude ieiuni hominis delibare quicquam, id eſt, *gloriæ cupidi.* Ep. 10. 21.
Non debemus cuiquam videri nimium vitæ cupidi. Ep. 11. 2.
Non tam nomen captans Imperatorum, quàm cupiens militibus ſatisfacere. Ep. 11. 4.
Non nimis concupiſcendus honos Ep. 15. 6. [E. 15. 21.
Cùm incendiſſes cupiditatem meam conſuetudinis augendæ noſtræ.

Quantam

Quantam cupiditatem hominibus injiciat novitas, non te fugit. Ep.Fam.lib.11.p.329.

Ardeo cupiditate incredibili, neq, ut ego arbitror, reprehendendâ, nomen ut noſtrum ſcriptis illuſtretur. Epiſt. Fam.libr. 5. pag. 130.

A cupiditate omni remotiſſimum. Epiſt. Fam. libr. 13. pag. 397.

Hoc ſi tu cupidius factum exiſtimas, Cæſari attribues. de Orat. 130 a

Cum utriſque ſeparatim locutus eſt, ne cupidè quid agerent. Offic. 7.b

Quid cupidè à Senatu, quid temere fiebat. in Ant.170. b. Cupidè aliquid facere, *aut agere, Latini dicebant, cùm quis cupiditate nimiâ victus aliquid faciebat, quod æquum non eſſet.*

De triumpho nulla me cupiditatas unquam tenuit. Ep. Att. l. 7. p.199.

Adoleſcentem incenſum cupiditate veriſſimæ gloriæ. Ep. Att.lib. 13.p.418.

Cuius tu ex impuriſſimis faucibus inhoneſtiſſimam cupiditatem eripuiſti magnâ cum æquitate. Epiſt. Quint. Fratr.lib.1. pag. 575.

Me quædam tenet propter ſingularem amorem infinita in te aviditas gloriæ. Ep.Qu.Fr.l.1.p.586.

Occæcati cupiditate non provident. de Fin.l.1.p.109.

Quis unquam fuit tam effrenatis cupiditatibus? de Fin. libr. 3. p.195.

Cupiditates ſunt inſatiabiles, quæ non modò ſingulos homines, ſed univerſas familias evertunt, totam etiam labefactant Remp. de Fin.l.1.p. 114.

Cupiditates in alios cæco impetu incurrunt. de Finib. libr. 1.p. 114.

Alij cupiditate efferuntur. de Fin.l.5.p.26.

Cupiditatum incendijs inflammatum. de Finib. libr. 5. pag. 282.

Cupiditatum levationem habere. Qu.Tuſc.l.1.p.346.

Cupiditate liberari. Qu. Tuſc.l.2.p.347.

Quis non frangeret eorum libidines, niſi illi ipſi, qui eas frangere debuerunt, cupiditate eiuſdem tenerentur? de Legib.lib. 3. p.361.

Omnia

Omnia rabidè appetere cum explebili cupiditate. Qu. Tuſc. lib. 5. p. 456.

Cupiditatis amore incenſum eſſe. Quæſt, Tuſcul. lib. 5. pag. 481.

Pleriq; vehementer expetunt, de quibus inter ſe digladiari ſolent. 1. Off. p. 13.

Frangi cupiditate, vinci à voluptate. 1. Off. p. 28.

Cavenda eſt gloriæ cupiditas. ibid.

Ne ſit in eis ulla cupiditas, vel libido, audacia. de Amicit. pag. 190.

Sed innumerabiles cupiditates habet. Paradox. 6. p. 229.

Curandi. Curæ. Solicitudinis. Angoris. *Vide etiam* Ægritudinis. *Et paulò poſt*: Curæ. Studij. Diligentiæ. Animi. Laboris.

Sorgen/ Sorgfeltigkeit/ Müh/ Arbeitt/ Bemühen/ Bekümmernuß.

Q*Vod me ſollicitat plurimis miſerum modis, ne noctu, nec diu quietus unquam eam, nec dormiam.* Aulular. 1. 1. v. 27.

Myropolas omnes ſolicito. Caſ 2. 3. v. 10.

Sopor neminem ſolicitat ire dormitum. Moſt. 3. 2. v. 15. Epid. 5. 2. 15.

Diſcrucior animi. Aul. 1. 2. 27.

Facinus tuum ſolicitat animum. Aul. 14. 10. v. 4.

Curâ macet. Aul. 2. 6. v. 28. quamquam & aliter legi poſſit: vide quæ adnotavi ad Tit. Maciei corporis.

Vt miſeræ matres ſolicitæ ex animo ſunt, cruciantur q;. Truc. 2. 5. v. 2.

Ea nunc meditabor, quomodo. Amph. 1. 1. v. 12.

Sed una turbat res. Epid. 2. 3. v. 7.

Abſurdè facis, qui angas te animi. Epid. 3. 3. v. 7.

Coeperam ego me excruciare animi. ibid.

Cui multa in unum confluunt, quæ meum pectus pulſant ſimul. Epid. 4. 1. v. 2.

Scin' quid volo ego te accurare? Men. 1. 3. v. 24.

Magnâ cum curâ ego illum curari volo. Menæchm. 5. 4. verſ.7.

Curâ cruciabar miſer. Merc 2.1.v.23.

Curas malas abij ite jam. Pſeud.Prol.v.23.

Labore laſſitudo omnis eſt exigunda ex corpore. Capt. 5. 4. verſ.4.

Vidéſne, ut miſeri moliantur, nequeunt ſatis complecti. Curcul. 13.v.23.

Nimio opere ſumat operam, ſi quem conventum vult. Curc. 4. 1. verſ.7.

Omnibus rebus relictis mihi frequentem operam dediſti. Ciſt. 1.2.v 10.

Amico impartit operam. Bacch. Prol.v.77.

Negocium hoc ad me nunc attinet aurarium. Bacch. 2. 2. verſ. 51.

Virtute id factum tuâ, & magiſterio tuo. Moſt.1.1.v.32.

Perdidi operam fabrorum ilicò. Moſt.1.2.v.55.

Niſi quid magis es occupatus, operam mihi da. Moſtell. 4. 3. v.16.

Me bene iuves, operamq́; des: ſervorum operam & lora mihi cedò. Moſt.4.3. v. 43.

Qui negocioſi eramus, nos noſtris armentis complicandis & componendis ſtuduimus. Merc.1.2.v.79. 80.

Hic annus ſextus, poſtquam ei rei operam damus. Men. 2.1. verſ. 9.

Ruri qui nobis exhibet negocium. Merc.2.2. v.2.

Eos oportet concioni dare operam, atq; comitiis. Menæchm. 3. 1.v.12.

Aut ne laborem capias cum eo, uti voles. Merc. 1. 2. verſ. 35.

Multo opere immundo ruſtico ſe exercitum. Merc. Prolog. v. 65.

Neq; ulla mihi obſiſtet amnis, neq; mons, neq; mare, nec calor, nec frigus, neq; ventum, neq; grandinem, imbrem perpetiar. laborem ſufferam, Solem, ſitim non concedam, neq; quieſcam uſquam noctu, neq; interdiu. Merc. 5. 2. v. 19. 20. 20. 21.

Opera non eſt. Merc.5. 2.v.77.

Superavit is ſuis ærumnis ærumnas Herculis. Perſ. 1. 5. verſ. 2.

Male

Male operam locas. Perſ.2.2.v.46.

Pariter bonam boni operam date gregi. Pſeudol. Prolog verſ 9.

Operæ non eſt. Es iſt nicht der arbeit werth. Merc.5.2.v.77.

Nam ſenſi ſedulò, te mihi dare bonam operam. Perſ. 4. 10. verſ. 11:

Operam & ſumptum perdunt. Rud.Prol.24.

Operam ſuam locare ad artes nugatorias. Trin. 4.2.v.2.

Vt me iam omnium laborum levas! Rud.1.4.v.27.

Nunc operam, & ludos fecit. Rud.4.1.v.9.

Opus faciam, ut defatiger usq; ingratis. Eunuch. 2. 1. verſ. 14.

Qui illum ad laborem impulerim. Heaut.1.1.v.108.

Quibus alicunde aliquis abiectus eſt labor. Hecyr.3.1.v.6.

Niſi Phœdria haud ceſſavit, pro te eniti. Phorm.3.1.v.11.

In quibus officiis artis elaborare conveniret. ad Herenn. lib. 2. pag. 19.

Ego pro me, & te curabo. Pſeud.1. 3.v.3.

Laſſus de viâ me volo curare. Pſeud.2. 2.v.66.

Si hanc rem ſobriè accuraſſis. Pſeud.4.1.v.29.

Suam ætatem benè curant. Pſeud.4.7.v.34.

Illum multa in pectore ſuo collocare oportet. Perſ.1.1.v.8.

Ita malè vivo, atq; ita multa mihi in pectore ſunt curæ exanimales. Rud.1.4.v.2.

Item, tot meâ ſolius ſolliciti ſunt causâ, ut me unum expleant? Heaut.1.1.v.72.

Quibus ego nunc ſollicitor rebus. Adelph. 1.1.v.11.

Inieci homini ſcrupulum. Adelph.2.2. v.20.

Id illi nunc dolet alieno, pater is nihilo pendit. Adelph. 3. 4. verſ. 5.

Ego vos ſolvi curis cæteris. Hecyr.2.1.v 33.

Cura ex corde exceſſit mihi. Hecyr.3.v.12.

Iſthæc res mihi ſolicitudini eſt. Phorm.4.1.v.22.

Cùm commemorans, quanta cura ea res fuerit dijs immortalibus. ad Her.lib.2.p.49.

Suſcipere laborem. ad Her.lib.3.p.54.

Hominibus id ætatis, oneris, ad horum adoleſcentiam ſtudijs imponitur. de Orat.l.1.p.324.

Prudentiâ tamen rerum magnarum magis, quàm dicendi arte nititur. de Orat.l.1.p.337.

Enitendum eſt, ut oſtendas in eâ re, quam defendas. de Orat. lib. 2.p.404.

Magnos labores excipere. Brut.p.592.

Tot tantisq; negocijs eſt diſtentus, ut reſpirare liberè non poſſit pro S.R p.44.

Summo cum labore, ſtomacho, miſeriaq; aliquem erudire. pro Qu. R.p.102.

Magnum laborem capere. pro Qu.R.p.109.

Operam, laborem, ſtudium interponere. in Verrem pag. 132.

Nemini meus adventus labori ac ſumptui fuit. in Verr. pag. 182.

Quanta cura ea res fuit? de Inv.l.1.p 192.

Suſpenſo & occupato animo Craſſum tibi reſpondiſſe video. de Or. l.1.p.135.

In ſententijs eligendis labor, & cura me torquet. de Orat. l. 3. p. 461.

Vt eorum aſpectu omnis, quæ me angebat, de Republicâ cura conſederit. Brut.p.523.

Nihil mihi accidit, Brute, quod vellem, aut aliquâ ex parte ſolicitudines allevaret meas. Brut.p.524.

Hic me dolor tangit, hæc me cura ſolicitat. Brut.p. 621.

Cordi eſt hoc mihi. pro Q.p.34.

Res cordi eſt. in Verr.p.203.

Nunquam animum tuum cura tuarum fortunarum, cogitatioq; tangit. in Verr.p.131.

Animum frangere ac debilitare. in Orat.poſt redit.p. 397.

Domicilium ſibi, & vitæ, & mortis depoſcere. Orat. poſt redit. p.398.

Sed mihi ante oculos obverſatur Reipub. dignitas, quæ me ad ſe rapit. Sest.p. 6.

Revocat ſe ad curam rei domeſticæ. pro Cæl.108.

Milo magis de ſalute Reipubl. quàm de ſuâ turbatur. Mil. 222.

In hac causâ multa me perturbant. pro Deiot.p.306.

Animis meus maioribus ſuſpenſus eſt curis. Philipp. lib. 7. pag. 436.

Curam eius incredibilem in aſperrimis periculis non modò ſalutis, ſed etiam dignitatis meæ perſpexi. Phil.7.p.438.

Confici curis. Ep. Fam.l.4.p.110.

Interim

Interim maximam hic ſolicitudinem curamq́ ſuſtineo. Ep. Fam. l. 10. p. 278.

Magnam habeo gratiam Philoſophiæ, quæ me non modò à ſolicitudine abducit ſed etiam contra omnes fortunæ impetus armat. Ep Fam. l. 16. p. 501.

Incredibili ſum ſolicitudine de tuâ valetudine. ibid.

Quam tibi ſummæ curæ eſſe ſcio. Ep. Att. p. 5.

Multa ſunt, quæ ſolicitant anguntq́ : domeſticarum ſolicitudinum aculeos omnes, & ſcrupulos occultabo. Epiſt. Att. libr. 1. p. 35.

Quæ me curâ aliquâ afficiunt. epiſt. Att. l. 1. p. 34.

Qui ſæpiſſimè curam & angorem animi mei ſermone, & conſilio levaſti tuo. Ep. Att. l. 1. p. 35.

Iam exhibere mihi moleſtiam deſtiterunt. Epiſt. Att. libr. 2. p. 45.

Multa me ſolicitabant, quæ mihi ipſi intenduntur. Ep. Att. libr. 2. p. 69.

Magna me curâ levaris. Ep. Att. l. 5. p. 140.

Bibulus in tanto mœrore ſuo maximam curam belli ſuſtineret. Ep. Att. l. 6. p. 188.

Excubo animo, nec partem ullam capio quietis. ad Att. libr. 9. epiſt. 13.

Incumbite ad Reipubl. ſalutem, circumſpicite omnes procellas, quæ impendent. in L. Catil p. 107.

Totum animum, atq; omnem curam, operam, diligentiamq́ ſuam in petitione non poſſit ponere. pro L. Mur. p. 240.

Curâ, cogitatione, vigilijs omnibus nihil niſi de ſalute meorum civium laboraſſem. pro Dom. p. 460.

Navare alicui operam. de Aruſp. reſp. p. 461.

Studium conſumere in aliquâ re. pro Cneo Planc. pag. 525.

Oratio & bonis artibus inſtituta, & curâ & vigilijs elaborata. pro Cœl. 109.

Quantum mea fides ſtudij afferat ad ſalutem regis defendendam. pro Deiot. 307.

Annon meis civibus provideam? Philipp. libr. 6. pagin. 435.

Conſilio quantum potero, labore plus penè quàm potero, excubabo, atq; vigilabo, pro vobis. Phil. 6. p. 435.

Omnem noſtræ induſtriæ curriculum in amicorum periculis pro-

pulſandis laboratum eſt. Phil.7.p.438.

Partem aliquam curæ & cogitationis ſuæ in Aſiam, & Syriam derivavit Phil.1.p.486.

Sed de literis hactenus: non enim vereor ne non ſcribendo te expleam, præſertim ſi in eo genere ſtudium meum non aſpernabere. Ep.Fam.l.2.p.36.

Curam tibi maiorem afferre ſentio. Ep. Att.l.7.p.106.

Omnia mea ſtudia, omnem operam, curam, induſtriam, cogitationem, mentem deniq́ omnem in Milonis conſulatu fixi, & locavi. Ep. Fam.l.2.p.41.

Talium virorum tanta ſtudia aſſequi, ſola virtus eſt. Ep.Fam.l.3. pag.89.

Adhibui diligentiam quotieſcunq́ ſenatus fuit, ut adeſſem. Epiſt. Fam.lib.5.p.123.

Quòd tibi decedenti pollicitus ſum, me omnes res urbanas diligentiſſimè tibi perſcripturum, datâ operâ paravi. Ep.Fam. lib.8. p.214.

Balbi quoque Cornelij operam, & ſedulitatem laudare poſſum. Ep. Fam.lib.8.p.233.

Incumbe per Deos immortales in eam curam, & cogitationem, quæ tibi ſummam dignitatem, & gloriam afferre poſſunt. Epiſt. Fam.l.10.p.277.

Ne quid detrimenti Reipub. iniungant, ſumma à nobis dabitur opera. Ep.Fam.l.11.p.335.

Dabo operam, ut meum ſtudium & diligentiam vobis P.C. *& Reipub. præſtem.* Ep.Fam.l.12.p.369.

Curam diligentiamq́ in alicuius ſalutem conferre. Ep. Fam. l. 15. p 464.

Quæ ad me de tuis rebus ſcribis, ea tanta mihi curæ ſunt, ut me nolim admoneri. Ep. 1. 10.

Nec verò cuipiam ſalutem ac fortunas ſuas tantâ curâ fuiſſe unquam puto, quanta mihi ſit honos huius. Ep. 2. 5.

Non mihi tam mea ſalus cara fuit. ibid.

De ſacerdotio tuo, quantam curam adhibuerim, cognoſces. Epiſt. 2. 6.

Mihi ſcies indies maiori curæ eſſe dignitatem tuam. Ep. 2.17.

Affinitas novam curam mihi affert cavendi. Ep.3.12.

Nos curâ, & dolore proximi ſumus. Ep.4.7.

Quæ curo, attendoq́. Ep.14.13.

Velim

Velim ita ſtatutum habeas, tuas omnes res non minori mihi curæ, quàm meas eſſe. Ep.6 2.

Valebis, meaq; negotia videbis. Ep. 7. 21.

Quâ tu curâ ſis, neſcio. Ep.8 5.

Ies tibi, & rem, de qua vidi, velim curæ habeas. ibid.

Omnem noſtram de Repub. curam abiecimus. Ep.9 20.

Cave exiſtimes, me abieciſſe curam Reipub. Ep.9.24.

Ex quo intelligi poteſt, curam Reipub. ſummè defendendæ, iam pridem apud nos excubare. Ep.10.8.

Non mediocris adhibenda mihi eſt curatio. Ep.10.11.

Curas conferre. Ep.10.12.

In eam curam incumbe, mi Plance &c. Ep.10.14.

Videbaris, gravem curam ſuſcepiſſe. Ep.12.11.

De noſtrâ dignitate velim tibi, ut ſemper curæ ſit. Ep. 12.14.

Te hortor, ut omni curâ in Rempub. incumbas. Ep.12.25.

Curam mihi attulit. Ep.16.13.

Scio, quàm ſis curioſus. Ep.8.1.

Addis, viſum eſſe quibuſdam edictum meum, quaſi conſultò ad iſtas legiones impediendas eſſe accommodatum. Ep.3.8.

Datâ operâ paravi, qui ſic omnia perſequeretur. Ep.8. 1.

Quantum me diligis, tantam adhibe in te diligentiæ. Ep. Fam.lib. 16.p.494.

Nunc ego te hortor, ut omnem diligentiam adhibeas, ad convaleſcendum. Ep.Fam.l.16.p.496.

Atq; utinam præſens illum diem mihi optatiſſimum videre potuiſſem, pro quo tuis ampliſſimis erga me ſtudiis atq; beneficijs tibi operam ſtudiumq; navarem. Ep.Fam.lib.15.p.748.

Nos in omni munere ſummam adhibemus diligentiam. Epiſt. Att. pag.6.

Agam ſtudioſius, & contendam ab illo vehementius. Epiſt. Att. l. 1.p.14.

Vt agerem diligentiſſimè cum Luceio. ibid.

In hac causâ Piſo amicitiâ P. Clodij ductus operam dat. Ep. Att.l. 1 pag.18.

Omnes profudi vires animi atq; ingenij mei. Epiſt. Att. libr. 1. pag.18.

Adhibeam quandam cautionem, & diligentiam. Ep. Att. lib.1. p. 40.

Hæc nobis coram ſummâ curâ, ac diligentiâ ſunt agenda. Ep. Att. lib.1.p.41.

Magnopere dixi, nobis eſſe laborandum. Ep. Att. lib. 2. p. 46.
Incumbamus ad illa præclara ſtudia. Epiſt. Attic. libr. 2. p. 65.
Hac curâ certè iam vacuus ſum. Ep. Att. l. 2. p. 65.
In illâ operâ noſtrâ forenſi ſummâ induſtriâ verſamur. Ep. Attic. lib. 2. p. 75.
Totos nos ad forenſem laborem operamq́ contulimus. Ep. Attic. lib. 2. p. 77.
Scito me eſſe in ſummâ ſolicitudine. Epiſt. Attic. libr. 8. pag. 254.
Me illâ curâ ſollicitat, angitq́ vehementer. Ep. Qu. Fratr. lib. 3. p. 633.
An ab omni curatione, & adminiſtratione rerum vacent. de Nat. Deor. l. 1. p. 4.
Omni curâ liberari. de Nat. Deor. l. 1. p. 102.
Ipſas ſolicitudines, quibus eorum animi noctes atq́ dies exeduntur. de Fin. l. 1. p. 117.
Hi curatione adhibitâ levantur in dies. de Finib. libr. 4. p. 24:.
Qui illa nou modò curâ digna putant. de Divinat. libr. 2. pag. 262.
Omni curâ eſſe liberatum. de Fin. l. 5. p. 276.
Curas, ſolicitudines perferre, ibid.
Cum laxati ſumus curis. Qu. Tuſc. l. 1. p. 312.
Curam ſomno ſuſpenſam levare. Quæſt. Tuſcul. libr. 1. pag 339.
Inanes curas detrahere. Tuſculan. Quæſt. libr. 2. pag. 350.
Curas ponere. Qu. Tuſc. lib. 3. p. 404.
Solicitudines oblivione leniuntur. Quæſt. Tuſculan. libr. 5. 591.
Sumus neceſſariis negotiis curisq́ vacui. 1. Offic. p. 8.
Eſt difficilis cura rerum alienarum 1. Off. p. 14.
Si quid ego adiuto curámve levaſſo, quæ nunc te coquit ac vexat ſub pectore fixa. de Senectut. pagin. 148. ex Ennio.
Maximos labores, moleſtiasq́ ſuſcipere. 3. Off. p. 169.
Idq́ mihi eò magis eſt cordi. de Amic. p. 189.
Ne aliquas propter eam ſuſcipiamus moleſtias. de Amicit. pag. 201.

Quia nullas curas & moleſtias afferunt : de Amicit. pagina 201.

Nimis exiguê & exiliter ad calculos revocare amicitiam. de Amic. p. 205.

Sunt optima cura de ſalute patria : Somn. Scip. pagina 243.

Curæ. Studii. Operæ. Negotii. Diligentiæ. Solertiæ. Induſtriæ. *Vide quoq; Titulo* Laboris : *&* Efficiendi.

Sorge/ Fleiß/ Müh/ Arbeit / Achtung geben / Sorgfeltig/ Mühſelig.

Expers laboris. Amph. 1.1.v.56.

Pro ſe quiſque. Valetidē quod *ſtudioſè.* Amph. 1. 1. verſ. 76.

Vno labore abſolvit ærumnas duas. Amph. 1.2.v.26.

Operâ largus eſt nocturnâ. Aſin. 3.3.v.69.

Tantum ſtudens, ut natum recuperet. Capt. Arg. v.4.

Nil moror iſtas factiones. Aul. 2. 1.v.47.

Ex ſummis opibus viribusq; uſq; reperire nitere. Merc. 1.2.v.1.

Muſca eſt meus pater. Merc. 2.3.v.26.

Facerem hanc cum curâ agas. Perſ. 2. 2. v.56.

Operâ haud parcus fui meâ. Rud. 4.2. v.14.

Meâ refert operâ utere. Stich. 4.1. v. 36. Elegans formula. Qui beneficium alicui offerebant, atque uti eum amicitiâ iubebant, his ferè verbis id faciebant : *Tuâ opera eſt utere, poſce.* Aul. 2.1. v.

In prologis ſcribundis operam abutitur. And. Prol. v.5.

Quid eſt, quod tibi efficere, hoc mea ars poſſit amplius ? Andr. 1.1. verſ. 4.

Animum ad aliquod ſtudium adiungere. Andr. 1.1.v.27.

Horum ille nihil egregiè præter cætera ſtudebat. Andr. 1.1. verſ 29.

Credo eum manibus pedibusque obnixê omnia facturum, magis id adeò, mihi ut incommodet, quàm ut obſequatur. Andr. 1.1.130. & ſeqq.

Animus laſſus, curâ confectus ſtupet. And.1.1.v.4.

Nihil conferunt in eam ſtudii, nihil operæ, nihil facultatum. Ibidem.

Facite, fingite, invenite, efficite, quî detur tibi, ego id agam mihi quî ne detur. And.2.1.v.34.

Nodum in ſcirpo quæris. hoc eſt, *fruſtrâ laboras.* Andr. 5. 4. v. 39.

Audire eorum eſt operæ pretium audaciam. And.1.3.v.12.

Tu mihi paulum da operæ. Eun.2.2.v.50.

Vbi nervos intendas tuos. Eun.2.3.v.20.

Faciam ſedulò, ac dabo operam. Eun.2.3.v.70.

Quaſi deditâ operâ domi erant. Eun.5.2.v.2.

Ego iſthuc ætatis non amori operam dabam. Heauton.1.1.verſ. 53.

Quorum opera in bello, in otio, in negotio ſuo quiſque tempore uſus eſt. Adel. Prol. v.20.

Curemus æquam uterq; partem; tu alterum, ego item alterum. Adelph.1.2.v.50.

Adeò magnam mihi inicit ſuâ commoditate curam. Adelph.4.5. verſ. 76.

Spe incertâ, certum mihi laborem ſuſtuli. Hecyr. prol. v.17.

Operam ſumere in deterrendo. Hecyr.prol.v.25.

Labori haud parco præter æquum & ætatem meam. Hecyr. 2. 1. verſ. 29.

Adimere curas. Hecyr.5.3.v.

Retrahere aliquem à ſtudio. Phor.prol.v. 2.

Si quid velis, huic mandes, quod quidem rectè curatũ velis. Phor. 4.4.v.8. et Adelph.3.4.

Quod nos ambo opere maximo dabamus, operam ut fieret, ſine noſtrâ curâ maximâ, ſuâ curâ hæc ſola fecit. Phorm. 5. 1. verſ. 32. 33.

Vide, quam iniquus ſis præ ſtudio, dum efficias id, quod cupis: &c. Andr.5.1.

Vtrum ſtudio id ſibi habet, (Er befleiſt ſich/) *an laudi putat fore, ſi perdiderit gnatum.* Adelph.1.4.

Studio hæc prius, efficere, quám ille ut redeat. Hecyr.2.2.

Vt omnes mulieres eadem æquè ſtudeant nolintq; omnia. Hecyr. 2. 1.

Meditor eſſe affabilis: id eſt, *ſtudeo, operam do, ut ſim.* Adelphon.5.6.

Quorum æmulari exoptat negligentiam potiùs, quàm iſtorum obſcuram diligentiam. Andr. Prolog.

Enimverò, Dave, nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſocordiæ, quantum intellexi modò ſenis ſententiam de nuptiis. Andr. 1.3.

Pro ſe quisque ſedulò faciebat, quò illam mihi lenirent miſeriam. Heaut. 1.1. Vide ſupra ex Plauto.

Me quidem ſcio ſemper feciſſe ſedulò, ut &c. Heau. 2.3.

Quæ ſi non aſtu providentur, id eſt, *præcaventur, me aut herum peſſumdabunt.* Phorm. 1.4.

Niſi proſpectum eſt interea aliquid nobis, deſertæ vivimus. Heaut. 2. 3.

Vbi te vidi animo eſſe omiſſo, neque conſulere in longitudinem. Heaut. 5. 2.

Quicquid ego huius feci, tibi proſpexi & ſtultitiæ tuæ. ibid.

Abſque eo eſſet, rectè ego mihi vidiſſem, id eſt, *proſpexiſſem. & ſenis eſſem ultus iracundiam.* Phorm. 1.4.

Nunc id operam do, ut per falſas nuptias vera obiurgandi cauſſa ſit. Andr. 1. 1.

Ah, quantó ſatius eſt, te id operam dare, quî iſtum amorem ex animo amoveas tuo, Andr. 2.1.

Atq; id ago ſeduló: id eſt, *operam do.* Andr 3.5.

Itáne obſtinaté operam dat, ut me à Glycerio miſerum abſtrahat. Andr. 1.5.

Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diverſæ trahunt. Andr 1.5.

Amo te, quò magis, quæ agis, curæ ſunt mihi. Adelph. 4.5.

Magnam mihi iniecit ſuâ commoditate curam, ne fortè imprudens faciam quod nolit. ibid.

At non quotidiana cura hæc angeret animum. Phorm. 1.3.

Otioſus ab animo, cùm ille curâ & ſumtu abſumitur. Phorm. 2. 1.

Quantâ me curâ & ſollicitudine afficit gnatus? Phorm. 2.3.

Hic ſimul argentum repperit, curâ ſeſe expedivit: ego nullo poſſum remedio me evolvere ex his turbis. Phorm. 5.4.

Curam alicui adimere argentariam, **Daß er nicht darff für das Geld ſorgen.** Phorm. 5.6.

Curæ ſanè eſt, quorſum eventurum hoc ſiet. Hecyr. 1.2.

Cùm ego vos ſolvi curis ceteris. Hecyr. 2.1.

Iſtoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde exceſſit. Hecyr. 3. 2.

Hæc mihi nunc cura eſt maxima, ut ne, &c. Hecyr. 4. 2.

Quot commodas res attuli? ſcil. *adventu meo, quot autem ademi curas?* Hecyr. 5. 1.

Id populus curat ſcilicet. Andr. 1. 2.

Curabitur : Ich wils verſorgen. Andr. 2. 3.

Inventum tibi curabo, & mecum adductum tuum Pamphilum. Andr. 4. 2.

Curaſti probè. Andr. 5. 2.

Ego iſtac moveo aut curo? Was gehet mich das an? Andr. 5. 4.

Atque adeò, quid meâ? Stilpho eſt. Was iſt mir dran gelegen? Phorm. 2. 2.

Quando ego tuum non curo, ne cura meum. And. 5. 3.

Id curarant patres. Phorm. 1. 2.

Alios tuam rem credidiſti, quàm te, animadverſuros magis? id eſt, *curaturos?* Phorm. 3. 1.

Omnes poſthabui mihi res, ſcil. ut hoc curarem. Phorm. 5. 7.

Pater & mater quaſi deditâ operâ domi erant, ut nullo modo introire poſſem. Eunuch. 5. 2.

Quod in opere faciundo opera conſumis tua, ſi ſumas in illis exercendis, plus agas. Heaut. 1. 1.

Me ſcio quidem ſemper feciſſe ſedulò, ut &c. Heaut. 2. 3.

Subſenſi id quoque, illos ibi eſſe, & id inter ſe agere clanculum. Heaut. 3. 1.

Dicam, operam me non poſſe his dare. Ich könne deſſen nicht abwarten. ibid.

Diſſolvi me, otioſus operam ut tibi darem. ibid.

Sed nunc, Clinia, age, da te mihi viciſſim: nam amici quoque res eſt videnda, in tuto ut collocetur. Heaut. 4. 2.

Fruſtrà operam, opinor, ſumo. ibid.

Operam amico ille dat ſuo. Heaut. 5. 1.

Ego, quod potero, enitar ſedulò. Heaut. 5. 4.

Ille ut item contra me carum habeat, facio ſedulò, id eſt, operam do. Adelph. 1. 1.

Hiſce opera ut data ſit : daß ich ihnen habe gedienet oder auffgewartet. Adelph. 4. 1.

Vah, quàm vellem etiam noctu amicis operam mos eſſet dari! ibidem.

Hanc

Hanc operam tibi dico: id eſt, *promitto*. Phorm. 1. 2.
Nos otioſi operam dabamus Phædria. ibid.
Quid conterimus operam fruſtra? Phorm. 1. 4.
Tradunt operas mutuas: Sie helffen einander. Phorm. 1. 5.
Quid me in hac re facere voluiſti tibi? ibid.
In illis opera luditur. Phorm. 2. 1.
Phædria haud ceſſavit pro te eniti: nihil fecit novi. Phorm. 3. 1.
Numquid eſt, quod meâ operâ vobis opus ſit? nil. Phormion. 3. 3.
Quod nos ambo opere maximo dabamus operam, ut fieret. Phormion. 5. 1.
Si in deterrendo voluiſſem operam ſumere. Hecyr. Prolog.
Nonne ea diſſimulare nos magis humanum eſt, quàm dare operam id ſcire, &c. Hecyr. 4. 1.
Vbi te vidi animo eſſe omiſſo, & ſuavia in præſentia quæ eſſent, prima habere. Heaut. 5. 2.
Si metuis, ſatis ut mea domi curetur diligenter. Hecyr. 2. 2.
Haud tibi concedo, etſi illi pater es, ut tu illam ſalvam magis velis, quàm ego. ibid.
Ego iſtæc rectè ut fiant, videro: id eſt, *curabo*. Andr. 2. 6.
Poſt de matre videro. Hecy. 4. 4.
Quò magis omnes res cautiús, ne temeré faciam accuro. Hecyr. 5. 1.
Otioſus es. Sey ohne ſorge. Adelph. 4. 1.
Ego iſtuc videro. Ich wil wol darfür ſorgen. Adelph. 5. 5.
Nentiquam hac res neglectu eſt mihi. Heaut. 2. 3. v. 116.
Tu fortaſſe quid me fiat, parvi curas, dùm illi conſulas. Heaut. 4. 2.
Aedepol te curaſti molliter, lautéque munus adminiſtraſti tuum. Du haſt wacker gezecht. Adelph. 5. 1.
In ea plus operæ laboriſque conſumſeris. de Orat. libro 1. pagina 333.
Catule, iam mihi videor navaſſe operam, quod huc venerim. de Orat. l. 1. p. 351.
Nemo ſtudet eloquentiæ noſtrorum hominum. de Orat. libro 1. p. 359.
Novum ſibi ipſi ſtudium ludumq; pepererunt. de Orat. libro 3. pagina 469.
Flagrare ſtudio. de Orat. l. 1. p. 488.
Studium ad rem aliquam adhibere. Brut. p. 562.

Induſtria

Induſtria in eo ſumma fuit, ſummæq; virtutes. Brut. p. 567.

Diligentiam comparare. pro Quint.

Nonnulli ſtudio & uſu elaboraverunt. Brut. p. 595.

Qui quia navarat miles operam imperatori. Brut. p. 604.

Sed tamen ut facilè cernerem te ardere ſtudio, in Top. pagina 699.

Opera plurimum ſtudiiq; in aliquâre conſumere. Pro Sex. Roſc. pag. 51.

Deditâ operâ aliquid agere. Pro Sex. Roſc. p. 73.

In eo ſtudio partium ſum. pro Sex. Roſc. p. 84.

Omne tempus, quod mihi ab amicorum negotiis datur, in ſtudiis laboribusq; conſumo. in Verr. p. 125.

Operam, curam, impendere in rem. in Verr. p. 444.

De induſtriâ aliquid facere. in Verr p. 149. Elegans eſt formula, Ciceroni ſæpiùs frequentata, ut patet ex infra allatis exemplis. Plautus item promiſcuè dixit. *De induſtriâ* : Et *ob induſtriam.* Exempla vide in Lexico Plautino.

Omnibus nervis mihi contendendum eſt, atq; in hoc laborandum. Eius animum ad perſequendum non negligentia tardat. in Ver. pag. 364. & 365.

Diligentiam meam ſpectari volo. in Ver. p. 368.

Remitto hoc tibi, atq; iſtâ te curâ libero. in Ver. p. 491.

Nullam ad rem niſi ad officium & veritatem omnes mea cura, vigilia, cogitationesque laborarunt. in Verr. p. 568.

Omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendum putaui. pro leg Man. p. 628.

Quicquid in me eſt ſtudii, conſilii, laboris, ingenii, quicquid hoc beneficio populi, quicquid auctoritate, fidei conſtantiâ poſſum, omne id ad hanc rem conficiendam polliceor, & defero. pro leg. Man. p. 655.

Omnibus his labor meus propoſitus eſt. pro A. Cluent. p. 68.

Non minus de capite alicuius, quàm de ſuâ vitâ laborare. pro A. Cluent. p. 89.

Nihil erat, quod non ipſe obiret, occurreret, vigilaret, laboraret, frigus, ſitim, famem ferre poterat. In L. Catil. p. 199.

Mea officia, & ſtudia parùm antea luxerunt. Attic. l. 3. p. 93.

Iſtos labores non ſubiſſes. Ep. Att. l. 3 p. 95.

Plurimum operæ, ſtudii, diligentiæ, laboris, ad conficiendum reditum meum contuliſti. Ep. Att. l. 4 p. 66.

Tua

Tua ergà ſe officia plena tui ſuaviſſimi ſtudii attulerunt. Ep. Att. l.7.p.224.

Cura te attingit. Ep. Att.l.9.p.290.

Non multum operæ velim ponere. Ep.Att.l.12.p.375.

Ego non dimitto iſtam curam. Ep.Att.l. 14. p. 442.

Tu incumbe quæſo in eam curam. Ep.Att.l.15.p.486.

Tibi omnes fortes viri navare operam, &c. ſtudium volunt. Epi. Brut.p.544.

Tantâ induſtriâ eſt, tantumq́; evigilat in ſtudio. Epiſt.Brut.pag. 552.

Vt omnes adhibeam machinas. Ep.Brut.4.p.566.

Si omnem tuam mentem, curam, cogitationem & excellentem omnibus in rebus cupiditatem incitaris. Ep.Qu.Frat.l.1.p.569.

Omne ſuum ſtudium in doctrinâ, ac ſapientiâ collocaſſent. Ep. Qu. Frat. l. 1. p.579.

Quis verò opifex præter naturam, quâ nihil poteſt eſſe callidius, tantam ſolertiam perſequi potuiſſet in ſenſib? de natura Deor. lib. 2. p. 107.

In omni re fugiendâ talis eſt ſolertia. 1.Off p. 16.

Adhibent agendi cogitandique ſolertiam. Off. lib. 1. pagina 61.

Quàm id rectè faciam, viderint ſapientes. de Am. 97. a

Sed de hoc tu videris. Att.274.a

Sed hoc fortuna viderit, quoniam conſilio uti non licet. Attic. 94. a

Sed de illâ ambulatione fors viderit, aut ſi quis eſt, qui curet Deus. Att. 60. b

Quid mihi cum iſtâ ſummâ ſanctimonia? viderint, inquit, iſta officia boni viri. pro Qu.10. a

Quæ ars, quàm ſit facilis, illi viderint, qui, &c. deinde etiam tu videris. de Or. 106. b

Quàm ſit ſimile iſtud, tu videris. de N. 61. b

Quid concupiſcas, tu videris: quid concupiveris, certè habebis. in A. 201. a

Onera contentis corporibus faciliùs feruntur, remiſſis opprimuntur. Tuſc.18 . a

Magnum onus, ſed dignum, in quo omnes nervos ætatis induſtriæq; meæ contenderem. in Ver. 72. b

Te rogo, ut omnes tuos nervos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc provinciam temporis prorogetur. Ep.25. b

Contendit

Contendit omnes nervos Chryſippus, ut perſuadeat, &c. de Fat pagina 282.

De quâ interceſſione, ut arbitror, iſti ipſi, qui minantur, etiam atq; etiam, qui id liceat conſiderabunt. pro Pom. 15. a

Vide modo, etiam atq; etiam conſidera. in Ver. 62. a

Tu quemadmodum exiſtimes, vide etiam atque etiam. in Verr. 60. b

Etiam atque etiam te hortor. Att. 131. a

Te vehementer etiam atq; etiam rogo. Qu. Fr. 301. b

Etiam atq; etiam puto. Ep. 23. a

Etiam atq; etiam ſe avertere &c. 13.. b

Diligenter etiam atq; etiam facere aliquid. de D. 81. a

Exiſtimabam multam tibi in iis tuendis operam eſſe ponendam. Ep Qu. Fr. l. 1 p. 580.

Nec mediocrem à primo tempore ætatis in eo ſtudio operam, curamq; conſumſimus. de Nat. Deor. l. 1. p. 5.

Operam noſtram à populari cœtu removemus. Acad. libro 2 pag. 6.

Id ſummo ſtudio curâq; conquiſivimus. Academica. libro 2. pagina 8.

Nos ſtudium exquirendi defatigati relinquemus. Academic. Qu. l. 2. pag. 7.

Dedi operam diligentiùs. Acad. l. 2. p. 9.

Multus in eo fui Acad. l. 2. p. 9.

Multos annos operam dedit. Acad. l. 2. p. 12.

Curam & diligentiam adhibere non mediocrem. Academic. l. 2. pag. 24.

Sed elatus ſtudio, vereor ne longior fuerim. de natura Deorum l. 1. pag. 24.

Maius opus eſt arte, vel diligentiâ. Acad. l. 2. p. 26.

Ardere ſtudio reperiendi veri. Acad. l. 2. p. 35.

Multam operam ponendam in eo non arbitrantur. de fin. lib. 1. pag. 96.

Quis eſt, qui alienæ modum ſtatuit induſtriæ? de fin. libro 1. pagina 97.

Non ab induſtriâ deterret. ibid.

Curam operamque in re aliquâ ponere. Quint. Tuſc. libro 5. pag 450.

Et hanc quidem primum à te exigam operam. de fin. lib. 4. pagina 347.

Suo

Suo quisque ſtudio maximè ducitur. de fin.l. 5. p.249.
Hoc ſcriptoris eſt adhibentis diligentiam non inſani. divin.l.2.pagina 257.
In maximis philoſophiæ partibus operæ plurimum conſumſerunt. de Inv.l.2.p.200.
In eâ ſolùm illi voluerunt elaborare. de orat. libro 1. pagina 283.
Qui ad Rempublicam moderandam uſum, & ſcientiam, & ſtudiũ ſuum contuliſſet. de orat.l.1. p 325.
Officij rationem, atq; exiſtimationis duci convenit. pro Qu.9.b
Officij rationem in omni vitâ, non commodi eſſe ducendam. pro Seſt.7. b
Duxi meam mecum rationem. Att.128.a
Debere eum aiebat ſuam quoque rationem ducere, multa ſibi opus eſſe. in Verr.102. a
Non ullius rationem ſui commodi ducit. pro S R.40. a
Vbi etiam de induſtriâ id faciendum fuit. Or.211.a Locutio vero hæc, *de induſtriâ aliquid facere*, eſt quod alii ſuæ linguæ ſimilitudine dicunt, *ex propoſito*, aut *de propoſito aliquid facere.* ſic enim Græci loquuntur, ἐκ τῆ προαιρέσεώς τι ποιεῖν Latini vero *de induſtriâ, ſtudio aliquid facere.* Gallice, *de propos deliberé.* contrarium ei eſt, *caſu, ultrò. ſuâ ſponte aliquid fieri.*
Etiam nihil eſt factum de induſtriâ. Orat.212.b
Ἀσύνδετα numerum oratorium efficiunt, & eum ſine induſtriâ. Orat.213. a
Neq; verbum ita traiiciat, vt id de induſtriâ factum eſſe videatur. Orat.220.a
Bacillum incurvatum de induſtriâ. de Fin.71 b.
Iniuriæ quæ nocendi cauſsâ de induſtriâ inferuntur. Offi. 5. b
Erat in L.Craſſo multus lepos, maior etiam, magisq; de induſtriâ in C. Cæſare L. filio. Offi.22.a
Exilitatem de induſtriâ conſequi. de Cla. 191.a
Incumbite in cauſſam Quirites, ut facitis. in A.193.b
Nunc totâ mente incumbe ad hanc curam. Att.258.a
Incumbe toto animo & ſtudio omni in eam rationem, qua adhuc uſus es. Fr.295. a
Vt in Remp. omni cogitatione curaq; incumberes. Ep.143.b
Cuius in cupiditatem te auctore incubui, &c. Att.75.a
Amabo te, incumbe in eam rem. Att. 77.a
Quamobrem pergite, vt facitis, adoleſcentes, & in id ſtudium, in

quo eſtis, incumbite. de Orat 87.b

Quamobrem mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem. Epiſt. 149. b

Pompeius ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. Attic. 18. b

Incumbamus ô noſter Tite, ad ſtudia. Attic.31.a

M. Cato incumbens ad illius perniciem. pro Mur.138.a

Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe. Attic. 49. a

Qui non omni ſtudio, virtute, auctoritate incubuerit ad Rempub. conſervandam. pro Syl.183 a

Quare P C. incumbite ad ſalutem reipub. circumſpicite omnes procellas, quæ &c. in C.118.b

Idem volunt omnes ordines, eodem incumbunt municipia. in Attic. 208. b

Hæc doce, hæc profer, huc incumbe. pro Planc.268. a

Facis tu id quidem, & eo maximè incumbis. in Att.235.b

Vt eos qui audiunt, quocunque incubuerint, poſſit impellere. de Or. 147. b

Ego ſemper ocio ſtudui. in Ac.16.a

Cum ſerò ſentiunt, fruſtrà ſe aut pecuniæ ſtuduiſſe, aut imperiis, aut opibus, aut gloriæ. de Fin.61.a

Cælius ſtuduit præturæ. pro Cæl.42.b

Scire igitur ſtudeo, quid egeritis. Att.210. a

Studeo ex te audire. Top.219.b

Studeo facere aliquid. pro S.R.42.b

Ars demonſtrat ubi ſit illud, quod ſtudeas invenire. de Orat. 121. a

Ego vero, inquit, iſtis obſequi ſtudeo. de Or. 93.b

Quos ego non tam ulciſci ſtudeo, quàm ſanare. I. C.108. a

Gradus tuos, & quaſi proceſſus dicendi ſtudeo cognoſcere. de Cla. 186.a

Noſtri imperatores ex hac unâ re maximam laudem capere ſtudent. Off 38. a

Simul operam ſuam eſſe pollicitum illis, ſi poſſet inter eos convenire. de leg.lib.1. p. 314.

Multam operam amici fruſtrà conſumſi. Quæſt. Tuſc. lib. 1. pagina 358.

Adhibere curationem. Quæſt.Tuſc.lib.3.p.377.

Si abs te adhibetur diligentia. de petit. Conſ. p.396.

Se operam ſuam, quod non contra officium rogaretur, polliceri ſolere omnibus.

omnibus impartire ijs, apud quos optimè poni arbitraretur. de pet.Conſ.p.401.

*Vt uti liceat operâ alterius,quam qui utuntur.*Ibid.

Planè ſic contende omnibus nervis ac facultatibus , ut adipiſcamur,quod petimus. de pet.Conſ.p.404.

Hoc loco nimium opera conſumitur à Stoicis. Quæſt.Tuſc.libro 4.p.422.

Qui ſe dicant in Græcis legendis operam malle conſumere. Ibidem.

Affert ancipitem curam cogitandi Off.1. p.7.

*Adhibebit ad conſiderandas res & tempus & diligentiam.*1.Offic. pag.10.

Quidam nimis magnum ſtudium, multamq; operam in res obſcuras,atq; difficiles conferunt. 1 Offic.p 10.

Quod in rebus honeſtis, & cogitatione dignis opera curaque ponitur. ibidem.

Quædam cura adhibenda eſt. 1. offic.p. 21.

Plusquam in his opera ſtudiiq; ponendum. ibid.

Excitanda eſt animadverſio,& diligentia. Off.p.41.

Adhibenda erit cura,meditatio,diligentia. 1.Off.p.46.

Multo eius rei cura major adhibenda, ut conſtare in vitæ perpetuitate poſſimus nobiſmet ipſis. 1.Offic.p.48.

Omni ratione curandum eſt. Ibid.

Nihil de alio inquirere, miniméq; in alienâ eſſe Republ. curioſum. 1.Offic.p.50.

Adhibenda dignitatis commoditatisq; diligentia. 1. Offic. pagina 55.

Adhibenda eſt cura laxitatis Off.l.1. p.55.

Nevé maior cura,& opera ſuſcipiatur.quàm cauſa poſtulat. 1.off. pag.56.

Mirenturq; in eâ me tantum operæ & temporis ponere. 2.Off.pagina 64.

Sed etiam ad ſcribendi ſtudium excitaverunt. 2. off. pagina 64.

In agendo plus quàm in ſcribendo operæ poneremus. 2.officiorum pagina 65.

Latiſſimè eorum manat induſtria. 2. off p.92.

Neque unquam in ſuo ſtudio,atque opere ceſſavit. de ſeneƈt. pagina 153.

Mihi autem non minori curæ eſt. de Amic. p.200.

Satis ſuperq́; eſſe ſibi ſuarumq́; cuique rerum curam. Ibid.

Vt eam diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis. de Amicit. p. 206.

Virtuti opera danda eſt: de Amic. p. 214.

Currendi. *Vide* Feſtinandi.
Cuſtodiæ. *Vide* Carceris.

Cuſtodiendi. Servandi. Tutelæ. *Vide etiam* Defendendi.

Verwahren/ Schützen/ Beſchirmen/ Behalten/ In verwarnuß nemen/ Auffheben/ Sicher halten.

VI ſummâ aliquid ſervare. Aul. arg. v. 2.

In tuam cuſtodiam me, & meas opes trado. Moſt. 2. 1. v. 59.

Ecquis tutelam huic ianua gerit? Truc. 2. 1. v. 43.

Nunc demum animus in tuto eſt loco. Pſeud. 4. 5. v. 1.

Experiar fores, an cubiti, an pedes plus valeant. Stich 2. 2. v. 40.

In clientelam ſuipte imprudens patris devenit. Rud. arg. v. 4.

Sedete hic modò, ego vos hinc tamen tutabo. Ruden. 3. 3. verſ. 29.

Ego vos defenſabo. Rud. 3. 3. v. 2.

Nos in cuſtodelam tuam ut recipias, & tutére. Ruden. 3. 3. verſ. 34.

Neque ſervandum quicquam tibi dare auſim. Eunuch. 5. 2. verſ. 64.

Patri ſe commendavit in clientelam, & fidem: nobis ſe dedit. Eun. 5. 9. verſ. 9.

Serva hæc bona nobis. Eun. 5. 9. v. 19.

Munijt meas rationes bonis legibus. ad Heren. libro 4. pagina 119.

Pupillus autem antè mortuus eſt, quàm in ſuam tutelam venerit. de Inven. l. 2. p. 212.

In tutelam alicuius venire. de Inv. l. 2. p. 247.
Qui tibi in tutelam eſt traditus. de orat. l. 1. p. 399.
Venire in tutelam alicuius. Brut. p. 575.
Patrocinium ſuſcipere. orat. ad Brut. p. 657.
In alicuius fide, & clientelâ eſſe. pro Sex. Roſc. p. 69.
Se in fidem & clientelam alicuius conferre. Pro Sex. Roſc. pagina 73.
In alicuius tutelam venire. pro Qu. Roſcio p. 97.
Aliquem tutorem liberis adſcribere. pro Aul. Clu. p. 16.
Sic in veſtram accipiatis fidem, ut humanitate veſtrâ levatus potius, quàm acerbitate violatus eſſe videatur. pro Arch. Poet. p. 487.
Liberos in fidem recipere. In orat ante exil. p. 366
Is meam ſalutem, atq; vitam ſuâ benevolentiâ, præſidio cuſtodiaq; texit. pro Cn. Planc p. 493.
Nullas ſibi ille, neq; contentiones, neq; inimicitias, neq; vitæ dimicationes, nec pro Repub. nec pro me defugiendas putavit. pro Cn. Planc. p. 527.
Vt me totum tuendum ſuſcipias. Ep. Att. l. 11. p. 334.
Vulcani item, primus cœlo natus, ex quo Minerva Apollinem eum, cuius in tutelâ Athenas antiqui hiſtorici eſſe voluerunt. de Nat. Deorum. l. 3. p. 138.
Nos tutores miſimus regibus. de fin. l. 5. p. 279.
Quos tutari debent, deſertos eſſe patiuntur. Off. l. 1. p. 13.
Is mortuus prius, quàm in ſuam tutelam veniſſet. in Top. pagina 709.
Sartum tectumq; tradam. in Ver. 6. p. 211.
Sartum, tectum, integrumq; eſt. Ibid.
Iure civili hæc ſepta ſunt. pro Cæcin. p. 615.
Qui orbis terræ cuſtodijs ſepti ſumus. Epiſt. Att. libro 14. pagina 437.
In cuſtodiam Epheſi tradidit. Epiſt. Quint. Frat. libro 1. pagina 592.
Cum magno numero tutorem liberis non inſtituit. Sect. 55.
Cæſarem auctoritate beneficiorum paternorum, & Rempubl cum magno periculo defendunt. Phil. 11. p. 493.

D

Damnandi. *Vide* Accuſandi.

Damni. Iacturæ. Incommodi. Infortunii. Mali. *Vide ſupra* Ægritudinis.

Schaden/ Vnglück / Vbels zufügen.

M*Alo eſſe*; damno eſſe. Men.2.3. v.4.
Malo odio, & moleſtia eſſe. Cur.4. 2. v.15.
Malo quærere rem. Pſeud.1. 2.v.63. Moſt.4.1.v.6.
Malum eſſe erga aliquem. Pſeud.4.3. v. 4.
Malum aut damnum dare. Truc. 2. 1. verſ. 17. Pœn.1.1. verſ.33. Bacch. 5.2. v. 53. Sic *Nequam dare*. Pœn. 1. 1. verſ. 31. 34. & 3. 3. v. 44.
Nunc priuſquam malum iſtoc addis, certum eſt, dicã patri. Bacch. 3.1. v. 15. Malum addere, *eſt, duplici malo afficere*; *ſicut apud Phædrum Fab. 16.* Malum addere expetit: *uti quidem ibi legendum iudicat ex Shedis P. Danielis, flos iuventutis litteraria* Ianus Gebhartus lib. 3. Crepund. cap.10.
Si iactura facta eſt. Ep. 4.5.
Habemus rationem rei familiaris tua, quam diſſipari nolumus. Epiſt. 4. 7.
Etſi nullam poteſt accipere iniuriam, quæ futura perpetuò ſit, &c. Keinen vnüberwindlichen ſchaden nemen/ *iacturam facere, quæ neque et reſarciri, & reſtitui.* Ibid.
Ne tu quidem in iſtis incommodis eſſes. Ep. 6.13.
Quod declamationibus noſtris cares, damni nihil facis. Ep. 7.34.
In damno meæ laudis, Reipub. commodo lætabor. Epiſt.10.8.
Ne quid detrimenti fiat, dabitur opera à me. Ep. 10. 11.
Si quid Lepidus benè ſentiens detrimenti cepiſſet. Ep.10.18.
Detrimentum accipere. Ep.10 24. & 11.9.
Magnum damnum factum eſt in Servio. Ep.10.28.
Reſpublica non accepiſſet hoc vulnus, id eſt, *cladem. Ne quid detrimenti Reipublicæ iniungant, ſumma à nobis dabitur opera.* Epiſt. 11. 13.

In meis

In meis dramis reſariendis. Ep.1.9.

Perficiam profectò, ut longi temporis uſuram, quâ caruimus intermiſſâ noſtrâ conſuetudine, &c. ſarciam. Vſuram id eſt, *fructum amicitiæ & converſationis mutuæ, quâ longo tempore caruimus.* Ep.3.1.

Nunc quod Caſſio dedi, quod Trebonii morte amiſimus, id conſequi & reficere volo. Ep.12.14.

Debiti. *Vide etiam ſupra* Aeris alieni: *& infra* Solvendi.

Schuld/ Bezahlen/ Abdrucken/ Bürgſchafft.

Est animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimùm velle debere. Ep.2.5.

Nunc me ſcito tantum habere æris alieni Ep.5.6.

Omne meum conſilium, operam, ſtudium velim exiſtimes tibi tuiſq; liberis eſſe debitum. Ep.6.1.

Maximum æs alienum ampliſſimorum virorum. Ep.7.3.

Hæc enim duo ſigna putarem mihi æs alienum attuliſſe. Epiſt. 7. 24.

Quem vitam mihi debere putarem. Ep.8.13.

Tantum abeſt, ut meæ rei familiaris liberum ſit quicquam, ut meos iam omnes amicos ære alieno obſtrinxerim. In bürgſchaft ſtecken Ep.10.11.

Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt. Epiſt.11.11.

Semper ſic in animo habui, te in meo ære eſſe, id eſt, *meum eſſe.* Ep. 13. 63.

Multi anni ſunt, cùm ille in ære meo eſt, & à me diligitur. Ep.15.14.

Debilitandi. Frangendi. Labefactandi. *Vide ſupra* Corrumpendi.

Schwach/ Verſtören/ Hernieder reiſſen/ Zerbrechen.

Ipsâ die, quâ debilitantur cogitationes, &c. Ep.1.6.

In te fractam illam, & debilitatam vim ſuam contulit. Ep.1.9.

Proculſa, & proſtrata fœdiſſimo bello iacent omnia. Epiſt. 44.

Omnes provinciæ conquaſſatæ ſunt. Epiſt. 4. 5.

Victi ſumus, aut ſi vinci dignitas non poteſt. fracti certè, & abiecti, id eſt, *debilitati, & in contemtum adducti.* Epiſt. 4. 7.

Ipſe pari fortunâ abiectus, aliorum opibus caſus meos ſuſtentabam. Epiſt. 4. 13.

Ita ſunt omnia debilitata, & iam propè extincta, id eſt, *propemodum deſperata*, So ſchwach vnd vnbeſſerlich leſt ſich alles anſehen. Epiſt. 2. 4.

Quæ cogitatio vi tempeſtatum, & calamitatum, erat aliquantum labefactata, atq; convulſa. Epiſt. 5. 13.

Nullum reponens membrum Reipubl quod non fractum debilitatumve ſit. ibid.

Plurimi ſunt teſtes coniunctione frangi ſenatûs opes. Epiſtol. 6. 6.

Tot malis tum victum, tum fractum ſtudium ſcribendi. Epiſt. 6. 7.

Vincebatur fortuna ipſa, debilitata gratia noſtra. Epiſt. 6. 12.

Ego belli mihi finem feci, nec putavi, cùm integri pares non fuiſſemus, fractos ſuperiores fore. Ep 7. 3.

Noſti Marcellum, quàm tardus, & parum efficax ſit. Schwach vnd vnvermögent. Ep. 8. 11.

Senatus languens, & defeſſus. Ep. 10. 8.

Quò facilius eorum etiam animi, qui abeni eſſent ab imperio noſtro, frangerentur. Gezwungen würden. Ibid.

Reſpub. imminuta, & debilitata. 15. 15.

Decernendi. *Vide* Deliberandi.
Decipiendi. *Vide* Doli.
Declarandi. *Vide* Explicandi.

Declinandi. Effugiendi. Subterfugiendi. Vitandi.

Entfliehen / Meiden / Vmbgehen.

Iter huius ſermonis quod ſit, vides. de leg. l. 1. p. 307.

Diem præſtituere. in Verr. pag. 216.

Cùm de quibuſdam mentio facta eſſet. Vat. 89.

Qui Hircia legis mentionem fecit. Phil. 13. p. 523.

Mentionem à Q. Cornificio in Senatu factam. Epiſt. Attic. libro 1. pag. 18.

Cùm Rex tui nullam mentionem fecerit. Epiſtol. Attic. lib. 1. pag 28.

Laudans amiciſſimè mentionem tui fecerit. Epiſtol. Attic. lib. 16. pag. 497.

Cùm in eam ipſam mentionem incidiſſet. de Amic. 7. pagina 183.

Gaudii. Lætitiæ. Hilaritatis. Iucunditatis. Plauſûs, Voluptatis. Alacritatis.

Frewd/ Frölich/ Luſtig/ Frolocken/ Jubilieren/ Guten Muth machen/ Gut leben führen.

GAudeo, & volupe eſt mihi. Amph.3.3.v.3.
Gaudeo, ſi quid pati volupe eſt mihi, voluptas eò mihi multò maxima eſt. Amph.3.4.v.11.

Quin te ergò hilarum das mihi. Aſin.5.1.v.21.

Sibi benefacere. Aſin.5.2.v.95.

Nos hilari ingenio & lepidè excipiet. Moſt.1.4.v.6.

Defecato animo eſſe. Aul.1.2.v.1.

Volui animum hodie confirmare meum ut benè haberem in nuptiis. Aul.2.7.v.1.

Dij immortales quibus & quantis me oneratis gaudijs. Aul. 5.1. v. 1. Vbi tamen inſulsè vulgatam lectionem retinet Taubmanus: *DI immortales, quibus & quantis me donatis gaudijs!* Quis enim aut Latinum, adeoque Plautinum illud credat? Rectius igitur nos expreſſimus *onerare gaudijs:* cùm autor ille Latiniſſimus ſimilibus utatur alibi. *Ita hic me amœnitate amœnâ amœnus oneravit dies,* Capt. 4. 1. verſ. 7. & 4. 2. v. 47. *Ego ceſſo hunc onerare lætitiâ.* Vide ſeqq.

Es, bibe, animo obſequere mecum, atque onera te hilaritudine. Mil. 3.1. verſ. 82. Sic paulò poſt: *onuſtum pectus lætitiâ:* Stich. 2. 2. v. 3. & 4. 1. v. 27. *Noſmet potius viciſſatim oneremus voluptatibus.* Et Terent. Phorm. *O fortuna, ô fortuna, quantis commoditatibus, quàm ſubitò hero meo Antiphoni, ope veſtrâ hunc oneraſtis diem?*

Muſicè hercule agitis ætatem. Moſt. 3. 2. v.41. Vide etiam Tit. *Felicitatis: Bene eſſe:* & Tit. *Convivandi.* & Philoſophiã Plautinam *Lætitiæ. Hilaritatis.*

Remigravit animus nunc denuò mihi: hoc eſt, *ſum hilaris.* **Jetzt iſt mir wider recht zu muth.** Epid. 4.1.v. 42. Sic loquitur quoque Symmachus, felix Plauti imitator l. 1. Epiſt.11. *Tunc mihi animus ab ægritudine remigravit.* Et lib.7. Epiſt. 78. *In tranquillum denuò animus remigravit.* Sic enim inibi legendum ex MSS. Vatican. & Pythæan. quemadmodum adnotant viri docti. Vulgò legitur *remeavit.*

Ne ego hodie tibi bonam vitam feci. Perſ. 8. 4. verſ.4. Et Caſin. 4. 4. v. 17. *Bonam vitam dare.* **Ein gut leben machen.** Seneca Epiſt. 123. *nec dubitaveris bonam vitam, quàm opinionem bonam malle.* Terent. *vixit, dum vixit, benè.* Ei opponitur *Mala vita.*

Qui a-

Qui amat, quod amat, ſi id habet, id habet pro cibo. Merc. 4. 4. verſ. 4. Sic alibi quoque loquitur: *qui pro cibo habeas te verberari.* Aſin. 3. 3. verſu 38. Rara eſt dicendi Venus.

Si tute tibi benè eſſe potes pati, veni: Vives mecum: baſilico accipiére victu. Perſ. 1. 1. verſ. 31. Vide Lex. Plaut. *Vivere.*

Nunc & amico meo proſperabo, & Genio meo multa bona faciam. Perſ. 2. 2. v. 11.

Eamus intrò ad te, ut hunc hodiè diem luculentè habeamus. Epid. 1. 2. v. 84.

Mihi hunc diem dediſtis luculentum. Epid. 3. 2. verſ. 4.

Curamus pulchrè ut ſimus. Merc. 3. 3. v. 22.

Qui meâ nunc lætus lætitiâ fuat. Merc. 5. 2. v. 3.

Reſtituam iam ego te in gaudia. Merc. 5. 2. v. 4.

Te faciam ex læto lætantem magis. Pſeud. 1. 3. v. 89.

Niſi ſomnum, ſocordiamq; ex pectore oculisq; amovebitis. Pſeud. 2. 2. verſ. 11.

Baſilicè Eleutheria agito. Perſ. 1. 3. v. 28.

Ego omnes hilares, lubentes, lætificantes faciam ut fiant. Perſ. 5. 1. 8.

Onuſtum pectus porto lætitiâ, atque lubentiâ. Stich. 2. 2. verſu 3.

Profectò amænitates omnium Venerum, atque Venuſtatum affero, nimisq; ſuperat mihi, atque abundat pectus lætitiâ meû. Stich. 2. 2. verſ. 4.

Ex mœrore aliquem eximere. Stich. 2. 2. v. 31.

Tantum apporto bonum, tam gaudium affero grande, vix ipſa Domina hoc niſi ſciat, exoptare à Dijs auſit ipſis. Stich. 2. 2. verſ. 23.

Vt præ lætitiâ lachrymæ præſiliunt mihi! Stich. 3. 2. v. 13.

Eſt mihi volupe. Stich. 4. 1. v. 2.

Nulla eſt ægritudo animo obviam, omnium me exulem atque inanem fecit ægritudinum. Stich. 4. 1. v. 21.

Faciam ut facto gaudeas. Pœn. 1. 1. v. 69.

Gaudio ero vobis, nos tibi voluptati erimus. ibid.

Hi falſo oblectant gaudio nos. ibid. v. 86.

Prome venuſtatem tuam amanti, ut gaudia compares. Truc. 1. 1. verſ. 19.

Ipſus gaudet, res perit. Er wird erfrewet. Truc. 4. 2. v. 4.

Hic homo eſt omnium hominum præcipuus, voluptatibus, gaudijsq; anteponens. Trin 5.1.v.1.

Voluptas parumper data eſt. Amph.2.2. v.8.

Si quid clam uxorem ſuo amico fecit voluptatis. Aſin. 5. 2. verſu 92.

Cùm te Dij amant, voluptati eſt mihi. Rud.4.4.129.

Si tibi cordi eſt facere. Moſt.1.4. v.10.

Gaudere animo. Stich.2.1.v.53.

Gaudere ſuo bono. Moſt.1.3.v.174.

Gaudijs gaudium ſuppeditat. Trin.5.1. v. 3.

Vt ego lætus ſum, ut ego lætitiâ differor! Truc.4.1.v.3.

Id voluit nos ſic nec-opinantes duci falſò gaudio. Andr. 1. 2. verſ. 9.

Metum, in quo nunc eſt, adimam, atque explebo animum gaudio. And.2.2.

Mihi immortalitas parta eſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. And.5.5.v.5.

Quid illud gaudij eſt? ibid. v. 7.

Erumpere hoc mihi licet gaudium. Eunuch.3.5.v.2.

Scin' me in quibus ſim gaudijs? Eunuch. 5. 9.v.v.2.

Vt hanc lætitiam nec-opinanti primus ei obijcerem domi. Heaut.1. 2 .verſ.12.

Ne me in lætitiam fruſtrâ conijcias. Heaut. 2.3.v.51.

Præ gaudio (ita me Dij ament) ubi ſim neſcio. Heaut. 2. 3. verſ. 67.

Menedeme ſalve: nuncium apporto tibi, cuius maximè te fieri participem cupis. Heaut. 3.1.v.19.

Nulla mihi res poſthac poteſt iam intervenire tanta, quæ mihi ægritudinem afferat, tanta hæc lætitia oborta eſt. Heaut. 4. 3. verſ. 2.

Bono animo es, iam argentum ad eam deferas. Heaut. 4. 6. verſ. 18.

Hunc diem cupio perpetuum in lætitiâ degere. Adelphis 4.1. verſ. 6.

Hunc diem ſumamus hilarem. Adelph.2.4.v. 22.

Potitur hic gaudia. Adel.5.4.v.22.

Frui gaudio. Hecyr. 5.4.v.2.

Deus ſum, ſi ita eſt. Hecyr.5. 4. v. 3.

Si ullum

Si ullum unquam fuit tempus, mater, cùm ego voluptati tibi fuerim. Heau. 5. 4. 7.

Egone huius memoriam patiar mea voluptati obſtare? Andr 5. 4 v. 41.

Nefas, ullâ me voluptate hîc frui. Heaut. 1. 1. v. 92.

Abs te ut blanditijs ſuis quàm minimo precio ſuam voluptatem expleat. Hecyr. 1. 1. v. 11.

Voluptati obſequi. Hecyr. 3. 5. v. 9.

Qui ſic ſunt, haud multùm hæredem iuvant, ſibi verò hanc laudem relinquunt: vixit, dum vixit, benè. Hecyr. 3 5. v. 10.

Nihil mi iſthæc res voluptatis ferunt. Hecyr. 4. 1. v. 17.

Exple animum ijs. Hecyr. 5. 1. v. 29.

Niſi mihi quidem addit animum. Heaut. 3. 2. v. 31.

Satin' eſt, ſi te delibutum gaudio reddo. Phorm. 5. 6. v. 17.

Vt metum, in quo nunc eſt, adimam, atq; expleam animum gaudio. Andr. 2. 2.

Lætus eſt, neſcio quid, nihil eſt, nondum hæc reſcivit mala. ibidem.

Iam id gaudeo: ich erfrewe mich deſſen. ibid.

Non tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidum eſt gaudium, niſi &c. Andr. 1. 4.

Næ iſtam multimodis tuam inveniri gaudeo. Andr. 5. 4.

Si nulla huic ægritudo gaudio interceſſerit. Andr. 5. 5.

Quid illud gaudi eſt? ibid.

Hunc ſcio mea ſolidè ſolum gaviſurum eſſe gaudia. ibid.

Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium: darff ich jetzt meine Frewd offenbarn. Eunuch. 3 5.

Venire ſalvum te, volupe eſt, id eſt, *gaudeo.* Phorm. 4. 3.

Nunc eſt profectò, interfici cùm perpeti me poſſum, ne hoc gaudium contaminet vita aliquâ ægritudine: ſed neminémne curioſum intervenire nunc mihi, qui me ſequatur, quoquo eam, rogitando, obtundat, enecet, quid geſtiam, aut quid lætus ſim. Eunuch. 3. 5.

Quid eſt, quòd ſic geſtis? ibid.

Impendio magis animus gaudebat mihi, Deum ſeſe in hominem convertiſſe. ibid.

Id gaudeo, propter me hiſce aliquid eſſe venturum mali. Eunuch. 5. 6.

Quid hic lætus eſt? Eunuch. 5. 9.

Iam hoc aliud eſt, quod gaudeamus, miles pellitur foras. ibid.

Celem tam inſperatum gaudium. Heaut.3.1.
Tanta hæc lætitia oborta eſt mihi. Heaut.4.2.
Nihil quidquam vidi lætius. Adelph.3.4.
Lacrumo gaudio. ibid.
Vah, vivere etiamnunc lubet. ibid.
Homini illicò lacrumæ cadunt, quaſi puero, gaudio. Adelph. 4.1.
Miſeré cupio hunc diem perpetuum in lætitiâ degere. ibid.
Atq; ita, uti decet, hilarum ac lubentem fac te in gnati nuptiis. Adelph.4.7.v.33.
Da te hodie mihi, exporge frontem: hilarum fac te. Adelph. 5.3.
Ipſum geſtio dari mi in conſpectum: id eſt, opto. Phormion. 1.5.
Pené herclè exclamavi gaudio. Phorm.5.6.
Quantam obtuli adventu meo lætitiam Pamphilo hodie? Hec.5.3.
Gaudio falſo frui. Hecyr.5.4.
In re noſtrâ aut gaudio ſumus præpediti nimio, aut ægritudine. Heaut.3.1.
Hæc non voluptati tibi eſſe, ſatis certò ſcio: Heaut.1.1.
Si umquam ullum fuit tempus, mater, cùm ego voluptati tibi fuerim: &c. id eſt, te voluptate affecerim. Heaut.5.4.
Vbi te vidi animo eſſe omiſſo, & ſuavia in præſentiâ quæ eſſent, prima habere, neq; conſulere in longitudinem: id eſt, te voluptati eſſe deditum. Heaut.5.2.
Sané hercle homo voluptati obſequens fuit, dum vixit. Hecyr. 3.5.
Nihil jam mihi iſtæ res voluptatis ferunt: dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum. Hecyr.4.2.
Voluptati ſermo, adventus tuus, quocunque adveneris, ſemper eſt. Hecyr.5.4.
Iſtoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde exceſſit. Hecyr. 3.2.
Omnibus nobis ut res dant ſeſe, ita magni atq; humiles ſumus: id eſt: *magno atq; humili animo præditi.* Hecyr.3.3.
Sine me in hac re gerere mihi morem: meinen willen thun. Heaut. 5.1.
Viſum eſt mihi, ut eius tentarem ſententiam. Phorm.4.3.
Quæ hæc coniuratio? ut omnes mulieres eadem æquè ſtudeant nolintq; omnia. Hecyr.2.1.

Si eſt, ut velit reducere uxorem, licet. Hecyr. 3. 5.

Advorſus animi lubidinem tui. Hecyr. 4. 1.

Id nunc res indicium hæc facit, quo pacto factum volueris. ibidem.

De fratris & populi Romani victoriâ non gauderet. de Inv. libr. 2. p. 229.

Longo intervallo modò primùm animadvertis paulò te hilariorem. Brut. p. 25.

Animos omnium, qui aderant, in hilaritatem à ſeveritate traduxit. Brut. p. 576.

Animos in hilaritatem riſumq́ convertere. ad Brut. p. 663.

Cùm & inaniter & effuſè animus exultat, tùm illa lætitia geſtiens, vel nimia dici poteſt. Tuſc. 212. a

Cùm in eius copias ſe ingurgitaſſet, exultabat gaudio. in Ant. 173. a

Quintus pater exultat lætitiâ. At. 248. a

Hominem furentem exultantemq́ continui. de Ar. 243 b

Exultare, immoderateq́ iactari. de D. 93. a

At Cymbri in prælijs exultant, lamentantur in morbo. ibidem 289. a

Fabius Annibalem iuueniliter exultantem, patientiâ ſuâ molliebat. de Sen. 79 a

Exultare lætitiâ ac gaudio triumphare. pro Aul. Clu. p. 8.

Lætitiâ perfrui, gaudijs exultare, voluptate bacchari. in Cat. 175.

Quod putavi fore gaudium, id extitit exitium. in Orat. ante exil. p. 361.

Mirandum in modum lætati ſunt. pro C. Plan. p. 501.

Dare lætitiam. pro Cn. Plan. p. 338.

Dicuntur nonnullorum levitate, plauſus emptos, & exiles & raros excitare. Seſt. 57.

Audito S. C. ore ipſi atq́ abſenti ſenatui plauſus ab univerſis eſt datus Seſt. 58.

Plus voluptatis ex recordatione illius orationis, quàm ex meâ cepit. Corn. 128.

Nunc non parvâ afficias voluptate. Prov. 156.

Fruitur ſanè hoc ſolatio. Prov. p. 162.

Nihil tam diuturnam nobis lætitiam attulit. Mil. 253.

Quem potes recordari in vitâ tibi illuxiſſe diem lætiorem? Phil. 1. p. 334.

Quàmprimũ maximo gaudio & gratulatione fruemur. Ph. 10. 465

Repentè

Repentè omnibus lætitijs inceſſi. Ep.ad Fam.l.2.p.45.

Sic habeto nullam me Epiſtolam accepiſſe tuam poſt comitia iſta præclara, quæ me lætitiâ extulerunt. Epiſt.ad Fam.lib.1. p.46.

Si rationibus meis promiſſum à te intellexero, magnam te ex eo, & perpetuam voluptatem eſſe capturum. Epiſt. ad Fam. libr. 3. p. 62.

Oculis colliguntur penè innumerabiles voluptates. de Orat. lib.3. p.469.

Nunc voluptate omnia metiuntur. de Orat. libr. 3. pag. 470.

Voluptate quâdam perfunditur. Brut.p.573.

Vt animos eorum, qui audirent, devinceret voluptate. Brut.pag. 602.

Tantum capio voluptatis, quantum ſolicitudinis. in Verr. pag. 502.

Capere animo non mediocrem voluptatem. pro Cn. Planc. pag. 493.

Vita plena & confecta voluptatibus. Sest.12.

Qui voluptatibus ducuntur, & ſe vitiorum illecebris & voluptatum lenocinijs dediderunt. pro Sest.p.68.

Maximam lætitiam capio ex tuis literis. Epiſt. ad Fam. lib.3. 78.

Si me diligis, ſi à me diligi vis, ad me literas, ut quamprimùm lætitiâ afficiar, mittito. ibid.

Omnia voluptate metiri. Ep.ad Fam.l 1.p. 195.

Magnam partem lætitiæ tua dignitas affert. Ep. ad Fam. lib. 10. pag.288.

Feci continuò omnes participes meæ voluptatis. Ep.ad Fam.lib.10. p.289.

Spondeo tibi ex meâ amicitiâ, & ex tuo erga me officio maximum te fructum, ſummamq́ue voluptatem eſſe capturum. Ep. ad Fam. l.13.p.425.

Maximam cepi lætitiam ex humaniſſimi, & chariſſimi patris epiſtolâ. Ep.ad Fam.l.1.p.504.

Eam rem ſummæ tibi voluptati fore. Epiſt. Attic. libr. 2. pag. 81.

E quibus hanc primo aſpectu voluptatem cepit. Ep.Attic. libr. 7. p. 01.

Inflatus eſt lætitiâ. Phil.14.537.

Tu cum

Tu cum illâ interim te oblecta. Adelph.2.4.v.20.

Qui nos iſtiuſmodi diſputationibus delectaret. de Orat. lib.1.p. pag.206.

Si quem alieni ſtudia delectent. de Orator. libr. 1. pagina 320.

Ex literis tuis, quas publicè miſiſti, cepi unà cum omnibus incredibilem voluptatem. Ep.ad Fam.l.5.p.123.

Capere voluptatem. Ep.ad Fam.l.3.p.80.

Mirificam cepi voluptatem ex hac tuâ diligentiâ. Epiſt.ad Fam.l. 3.p.86.

Apparatus ſpectatio tollebat omnem hilaritatem. Ep.ad Fam.l. 7.p.183.

Non mediocri afficiebar vel voluptate ex conſuetudine noſtrâ, vel utilitate ex conſilio atq; operâ tuâ. Epiſt. ad Fam. lib. 7. p.199.

Acceſſit huc, quòd poſtridie eius abſolutionis in Theatrum Curionis Hortenſius introijt, puto, ut gaudium gauderemus. Ep.ad Fam.l.18.p.216.

Ex gloriâ tuâ ſatis magnam lætitiam capiebam. Ep.ad Fam. lib.9. p.254.

Cumulari gaudio. ibid.

Commemoratio, quæ ad eam ſententiam pertinebat, incredibilem mihi lætitiam attulerat. Epiſtol. ad Famil. lib.11.pag. 279.

Cùm legiſſem tuas literas, incredibili gaudio ſum elatus. Epiſt.ad Fam.l.10.p.288.

Facere aliquem participem voluptatis. Epiſt. ad Fam. lib.10. p.289.

In his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem. Epiſt.ad Fam.l.10.p.290.

Magnam voluptatem ex tuis literis cepi. Ep. ad Fam. libr. 11. p. 346.

Quâ ex re, quantam voluptatem ceperim, ſcire potes, etiam me tacente. Ep.ad Fam.l.12.p.381.

Capiebam ex officio tuo voluptatem, quòd memineram, quàm diligenter Lyſonem familiarem meum commendaſſem. Epiſt. ad Fam.lib.13.p.408.

Voluptate affici. Ep ad Fam.l.13.p.411.

Promitto tibi, te ex eius amicitiâ magnam voluptatem eſſe capturum. Epiſt. ad Fam.l.13.p 441.

Perlectis

Perlectis tuis literis exilui gaudio. Ep.ad Fam. lib. 16. pag. 502.

Quando igitur tùm ex me doluiſti, nunc, ut duplicetur tuum ex me gaudium, præſtabo. Epiſt. ad Fam. lib. 16. pag. 505.

Repentè inceſſi omnibus lætitiis, ſchwebete in eytel frewde. Ep. 2.8.

Cùm obiurgarer quod nimio gaudio penè deſiperem. ibid.

Comitia iſta præclara me lætitiâ extulerunt. Ep.2.9.

Nec ſum tam ſtultus, ut te uſurâ falſi gaudij frui velim, id eſt, *in falſum gaudium coniectum. Vſura* enim fructum ſignificat, ſicut *Vſus*. Ep.6.12.

Suſtulimus manus ego & Balbus, &c. Ep.7.5.

Omnia mihi erunt, ſi tu veneris, hilariora. Ep.7.34.

Non poſſum non confiteri, cumulari me maximo gaudio. ibidem.

Miraris tam exhilaratam eſſe ſervitutem noſtram. Epiſt. 9.26.

Elatus lætitiâ. Ep.13.19.

Iucundiſſimæ tuæ literæ, cumulum mihi gaudij attulerunt. Ep. 16.21.

Quantam mihi alacritatem populi Rom. concurſus afferret. pro Deiot. 308.

Frequentia veſtrûm incredibilis, alacritatem mihi ſummam affert Reipublicæ defendendi. Phil. 4.p.400.

Alacritatem alicui afferre. de Div.l.2.p.245.

Inſolenti alacritate geſtire. Quæſt. Tuſculan. libr. 5. pagina 467.

Ad ſummam lætitiam meam, magnus ex illius adventu ſtimulus accedit. Ep. Att.l.4.p.135.

Exultant lætitiâ in municipiis. Ep.Att.l.14.p.488.

Lætitiam omnes apertiſſimè tulimus. Ep.Att.l.14.p.444.

Satis ex tuâ gloriâ magnam lætitiam, voluptatemq; capiebam. Ep. Att.l.14.p.453.

Lætitiâ efferri. Acad.l.2.p.69.

Quæ Menippum imitati, non interpretati quâdam hilaritate conſperſimus Acad.l.1.p.80.

Lætitiam voluptas animi affert nobis de Fin.l.1.p.119.

Amicorum lætitiâ lætamur æquè ac noſtrâ. de Finib. lib. 1. p. 124.

Qui

Qui omnibus lætitiis lætum ſe eſſe narrat. de Finib. libr. 2. p.132.
Alter lætitiâ geſtit.ibid.
Animi tamen lætitia cum his omnibus compenſatur. de Fin. l. 1. p.168.
Quonam gaudio complerentur.de Fin.l.5.p.282.
Tantâ lætitiâ perfundi arbitramur. ibid.
Tanto gaudio affecit.ibid.
Lætitiam ſocijs afferre. Qu.Tuſc.l. 4.p.413.
Lætitiam alicui movere.Qu.Tuſc.l. 4.p.440.
Lætitiâ affici.ibid. p.442.
Lætitiâ ſe efferre. ibid.p.443.& de fin.l.5.p.269.
Exultare & geſtire. ibid.
Nimis elati lætitiâ iure iudicantur leves.ibid.
Nullâ impotenti lætitiâ efferri.Qu. Tuſc.l.5.p.457.
Inani lætitiâ & exultare, & temerè geſtire.ibid.
Earum accuratiſſimâ diligentiâ ſum mirum in modum delectatus. Ep.Att.l.7.p 201.
Magnâ lætitiâ mihi viſus eſt affici tuo adventu. Ep.At.l. 7.p.205.
Careat voluptate neceſſe eſt. de Nat.Deor.l.1.p.15.
Quibus voluptatibus fruentem. de Nat.Deor.
Profundere aliquem voluptatibus. de Nat.Deor.l.1.p.95.
Humaniſſimâ completur animus voluptate.Acad.l.2.p.66.
Nomen voluptatis fugere invidioſum.Acad.l 2.p.71.
Quàm ſuaviter voluptas ſenſibus noſtris blanditur? ibid.
Voluptatem contemnere.Acad.l.2.p.72.
Copulare honeſtatem cum voluptate. ibid.
Hoc Epicurus in voluptate ponit. de Fin.l.1.p.107.
Omne animal ſimul atq; natum ſit ad voluptatem appetere, eaq; gaudere ſummo bono,ibid.
Hæc mihi ipſi ſunt voluptati. de Fin.l.1.p.105.
Labore atq; dolore magnam aliquam quærere voluptatem. de fin.l.1 p.109.
Omnis voluptas aſſumenda eſt.ibid,
Voluptates omitti maiorum voluptatum adipiſcendarum gratiâ. de Fin l.1.p 180.
Non enim hanc ſolum voluptatem ſequimur, quæ ſuavitate aliquâ naturam ipſam movet, & cum iucunditate aliquâ percipitur ſenſibus, ſed maximam illam voluptatem habemus, quæ percipitur dolore detracto. de Fin.l.1.p.111.

Omni

Omni privatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem. ibid.

Multis perpetuis fruentem animo & corpore voluptatibus. de Fin. l.1.p.112.

Plurimum iucunditatis afferre alicui. de Finib, libr. 1 pagina 118.

Iucunditate quâdam ad legendum invitari. Acad. Quæſt. lib. 1.p.80.

Quem enim deditum voluptatibus arbitramur? de Finib. lib. 5. pag.282.

Cùm alter voluptatem amaviſſet. de Finib. libr. 5. pag. 283.

Voluptatem primò duntaxat expeti dicant. ibid.

Qui voluptate omnia metiuntur. de Finib. libr. 5. pagina 292.

Nam & voluptate capiuntur omnes. de leg. l.1.p.305.

Sibi autem indulgentes, & corpori deſervientes, atq; omnia, quæ ſequantur in vitâ, quæq; fugiant, voluptatibus, & doloribus ponderant. de Fin. l.1.p. 308.

Voluptatem ſicut labem aliquam dedecoris oppreſſeris. de legib. l.1.p.317.

Totâ mente contrectare varias voluptates. Qu. Tuſc. l. 3. pag. 390.

Præſentibus voluptatibus frui. Quæſt. Tuſculan. lib. 3. pag. 394.

Voluptates detrahere. ibid.

Eſt enim confectus voluptatibus. ibid.

Quamvis ſpernat voluptates. Quæſt. Tuſculan. libr. 3. pag. 396.

Quod invitabatur illecebris blandis voluptatis. Qu. Tuſc. l. 4. p.416.

Alienis malis capere voluptatem lætitiæ. Qu. Tuſc. libr. i. p. 442.

Frui Venereis voluptatibus. Qu. Tuſc. l.4.p.443.

Affluentiùs voluptates undiq; haurire. Quæſt. Tuſcul. libr. 5. p.456.

Acquieſcere recordatione præteritarum voluptatum. Qu. Tuſc. l.5.p.479.

Hæ voluptates ſigillatim extenuantur. Quæſt. Tuſc. libr. 5. p.486.

Præſentem

Præſentem ſentire voluptatem. Quæſt. Tuſculan. lib. 5. pag. 487.

Ne elati voluptate in aliquam turpitudinem delabamur. 1. Off. pag. 42.

Perfrui voluptatibus 1. Off. p. 11.

Nihil ſentiunt niſi voluptatem, ad eamq́; feruntur omni impetu. ibid.

Voluptatum aſſiduâ recordatione lætari. de Finib. libr. 1. pag. 335.

Voluptatem efficere. ibid.

Cùm errore & voluptatibus ſæpè maximis priventur. de fin. l. 1. p. 114.

Qui autem ita frui voluptatibus volunt. de Finib. lib. 1. pag. 115.

Hi voluptatem maximam adipiſcuntur prætermittendâ voluptaptate. de Fin. l. 1 p. 116.

Perfrui maximis & animi, & corporis voluptatibus. de Fin. l. 1. p. 120.

Voluptatis ſenſum capere. de Nat. Deor. l. 3. p. 129.

Prætermittere corporis voluptates. de Nat. Deor. l. 3. p. 131.

Expetitis corporis voluptatibus potiri. de Finib. libr. 3. pag. 132.

Voluptatem habere benè cognitam. de Finibus libr. 1. pag. 115.

Vndiq́; aliquem complere voluptatibus. de Finibus lib. 2. pag. 136.

Frui voluptatibus. de Fin. l. 2. p. 144.

Vt optimè poſſit architectari voluptates. de Finib. lib. 2. pag. 146.

Si in vitioſâ & flagitioſâ vitâ afflueret voluptatibus. de Fin. l. 2. p. 167.

In quo rex ille Aſſyriæ glorietur. ſe omnes ſecum libidines, voluptatem abſtuliſſe. de Fin. lib. 2. p. 173.

Maximas animo voluptates percipere. de Finib. libr. 2. pag. 174.

Voluptas ab eo remota eſt. de Fin. l. 3. p. 179.

Nullâ animi afficiatur voluptate. de Finibus libr. 3. pag. 195.

Summâ in voluptate eſſe. de Fin. l. 4. p. 212.

Videndi & audiendi lectione ducitur, ibid.

Hæc in præſentiâ nota eſſe debebant, voluptatem ſemovendam eſ-ſe. de Fin. l. 5. p 257.

Paratiſſimis voluptatibus veſci. de Fin. l. 5. p. 275.

Magnâ te delectatione, & voluptate privaſti. Ep. ad Fam. lib. 9. p. 271.

Cum Muſis nos delectabimus, animo æquo, imò gaudenti, ac lubenti. Ep. Att. l. 2. p. 52.

Qui rerum cognitione doctrinaq; delectantur : de Amicit. pag. 213.

Simia, quam Rex Moloſſorum in delicijs habebat. de Divin. l. 1. p. 187.

Delectatione aliquâ aliquem allicere. Quæſt. Tuſc. libr. 1. p. 296.

Nec profectò nobis delectatio deerit, aliud ex alio quærentibus. de leg l. 1. p. 298.

Quantâ delectatione afficerer. Qu. Tuſc. l. 1. p. 336.

Quo tandem igitur gaudio affici neceſſe eſt. Quæſt. Tuſcul. lib. 5. p. 477.

Inſatiabili gaudio compleri. ibid.

Cui rei referta tot tantiſq; gaudijs. Quæſt. Tuſcul. lib. 5. pag. 478.

Omnes ſapientes eo gaudio perfruuntur. ibid.

Plauſus excitantur. 1. Off. p. 39.

Quæ eſſet oblectatio valentium. 2. Off. p. 69.

Pecuniis creditis occultat ſuum gaudium. 1. Offic. pagina 96.

Cùm verò intellexero, te hoc ſcientiæ genere gaudere. 3. Off. pag. 147.

Deinde æquitate iuſtitiaq; gaudebunt. de Amic. p 213.

Si quis paulò eſt erectior, quamvis voluptate capiatur occultat, & diſſimulat appetitum voluptatis. 1. Off. p. 42.

Si ſit quiſquam, qui aliquid tribuat voluptati, diligenter eſt ei tenendus modus eius fruendæ. ibi.

Turpe eſt diffluere luxuriâ, & delicatè ac molliter vivere. 1. Off. p. 43.

Quum animos relaxare, & dare ſe iucunditati velint, caveant intemperantiam. 1. Off. p. 49.

Omne bonum in voluptate poſuerunt. Off. l. 3. p. 145.

Qui ponat ſummum bonum in voluptate p. 146.

Cùm ſe voluptatibus dediſſent. de Senect. p. 165.

Qui ſe corporis voluptatibus dediderunt. Somn. Scipion. pag. 249.

Generis. *Vide* Prolis.
Gignendi. *Vide* Pariendi.

Gloriæ. Laudis. *Vide etiam ſupr. Tit.* Famæ: *&* *infrà* Honoris.

Ehr / Rhum / Glimpf / Lob / Gutter Namen / Leimundt.

ADoreâ aliquem afficere. Amph. 1.1.v.38.

Magnanimi viri freti virtute, & viribus ſuperbi minus. Amph. 1.1.v.57.

Laudis compos revénit, laude partâ domum ſe recipiat. Amph. 2.2. v.13.14.

Eundem animum oportet nunc mihi eſſe gratum. Moſtell. 1. 3. v.63.

Vt metus, ne victis hoſtibus partam expugnet gloriam. Amph. *ſc.* DI voſtram fidem v.27.

Suis factis te immortali afficiet gloriâ. Amphitr. 5. 2. verſ. 10.

Habere aliquid in delicijs Aſin. 5.2.v.36.

Color patriq; avoq;. Aul. Prol. v.5.

Quantis laudibus ſuum herum collaudavit? Capt. 2. 3. verſu 60.

Parite laudem, & lauream. Ciſt. 1.3.v.53.

Benefactis tuis me florentem facis. Menæchm. 2. 3. verſu 21.

Summovere iſtam vis gloriam, quam habes. Mil. 4.6.v.30.

Atq; ego nunc me glorioſum faciam. Pſeud. 2. 3. v.8.

Magni pendere aliquem Stich. 1.2.v.78.

Nunquam præpoſuit ſe illis, ita ut facilime ſine invidiâ laudem invenias, & amicos pares. Andr. 1.1.v.37.

Veram laudem capiet. Eun.5.4.v.3.

Collaudavi ſecundùm facta & virtutes tuas. Eunuch. 5.9. verſ. 59.

Eam hic laudem ducit maximam. Adelph. Prolog. verſ. 18.

Ah vereor, coram in os te laudare ampliùs. Adelph. 2. 4. v.5.

Gloriam tu iſthanc obtine: laß daß dein ruhm ſein. Adelph. 5. 9.v.28.

Benè. Pſeud. 1.4.v.23. Sic dicebant, laudare volentes aliorum ſtudia, & expromptam operam. In Comicis valdè frequens.

Labore alieno magno partam gloriam verbis ſæpè in ſe transmovet, qui habet ſalem, quod in te eſt. Eunuch. 5.1.

Si eſt, ut hæc nunc Pamphilum verè abs ſe ſegregarit, ſcit ſibi nobilitatem ex eo & rem natam & gloriam eſſe. Hecyr. 5.2.

Quod attribuitur in alicuius certæ perſonæ laudem. ad Heren. lib. 1. p. 4.

Qui tuo nomini velis ex aliorum laboribus libare laudem. ad Heren. l.4.p.78.

Vobis res iſta erit honori. ad Her.l.4.p.89.

Cuius mortui quoq; nomen ſplendori ac decori eſt civitati. ad Her.l.4.p.91.

Ex bello gloriam & virtutem peperimus. de Invent. lib.2. pag. 225.

Omnium vix ullam cæteris oratoribus laudem reliquiſti de Orat. l.1.p.289.

Tibi nunquam eloquentiæ maiorem tribui laudem quàm humanitatis. de Orat.l.1.p.297.

Me toties orationis, & iſtius, & ipſius in dicendo facultatem, quam modò Craſſus in cœlum verbis extulit. de Orat. l. 2. p. 380.

Pietatis ſumma attribuenda laus eſt. de Orat.lib. 2. p.392.

Si quam gloriam peperiſſe videatur. de Ora.l.2. p.405.

Neq; tamen ullam aſſequor laudem. de Orat.l.2.p.433.

Conſimili laude dignantur. de Orat.l.3.p. 459.

Tu iſta verbis ad cœlum extuliſti. de Orator. libr. 3. paginâ 475.

Profectò nemo his viris gloriâ præſtitit. Brut.p.549.

Cnei Octauij eloquentia multis concionibus eſt probata vehementer. Brut.p.570.
Nam qui Iſocratem maximè mirantur, hoc in eius ſummis laudibus ferunt. Orat. ad Brut.p.676.
Socrates in cælum effert laudibus Pythagoram. Brut. 608.
Laudis ita ſum cupidus, ut aliis eam præreptam velim. pro Sext. Roſc.p.37.
Maximè laude ac gloriâ duci. pro Font. p.579.
Ego in tuâ laude hoc pono, alia ſunt tua facta, ſummâ laude digna. in Verr.p.404.
Ad cœlum aliquem ferre in Verr.p 417.
Hæc tibi laudatio procedit in numerum, ſi te authoritate ſubleuant. in Ver.p.420.
Habe tibi iſtam laudationem. in Verr.p. 485.
Laudem alicuius obterere. in Verr.p.486.
Tantam vobis imperij gloriam relinquere. pro lege Manil.pag. 632.
Laudis multum alicui impertiri. pro Lege Manil. pagina 644.
Summis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenij præditus vir. pro L.Man.p.477.
Gloriam, & antiquitatis memoriam virtute ſuperare pro L.Manil.p.638.
Imperij ſplendor gentibus lucet. pro L.Man.p. 644.
Gloriam tenere. pro L.Man.p.648.
Pater virtute, exiſtimatione, nobilitate facilè princeps. pro A.Cl. pag.7.
Homo ſummâ religione, & ſummâ authoritate præditus. pro A. Cl.p.25.
Quis illo ingenio prudentior, iure peritior, fide, religione, officio diligentior, aut ſanctior commemorari poteſt? pro Aul. Cluent. p.48.
Nemo hoc nomine ſanctior, neq; probior, neq; in omnibus officijs retinendis diligentior eſſe quiſquam poteſt. pro Aul. Cluen. p. 60.
Summis aliquem ornare laudibus. pro A.Cl.p.63.
Homo honoribus ornatus, & ſummâ virtute præditus. pro A. Cl. p.80.
Ornare aliquem eximiâ laude. in Cat.p.216.
Aliquem ponere in laude. in L.Mur.p.227.

Æternam gloriam alicui parere. in Luc. Muren. pagina 228.

Minuere gloriam. pro L. Flac. p. 218.

In cælum laudibus ferre aliquem. pro L Flac. p. 305.

Nihil eſt in vitâ magnopere expetendum, niſi laus, atq; honeſtas. pro Arch. poet. p. 350.

Æternum ſuorum laborum præconium mandare verſibus. pro Arch. poet. p. 353.

In cœlum ferre aliquem. pro Arch. poet. p. 354.

Adjungere alicui honorem. ibid.

Communi omnium laude aliquem decorare. ibid.

Trahemur omnes laudis ſtudio, & optimus quiſq; maximè gloriâ ducitur. pro Arch. poet. p. 355.

Quem virtute, laude, cum ſummâ gloriâ ad cœlum extulit, eundem inimicorum invidiâ indigniſſimè oppreſſum deprimit ad ſupplicium. in Orat. ante exil. p. 358.

Æternâ laude triumphi aliquem decorare. Orat. ante exil. p. 359.

Laude, atq; honoribus amplificare aliquem. Orat. ante exil. p. 359.

Quem paulò antè fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem. in orat. ante exil. p. 363.

Laude aliquem cohoneſtare. in Orat. ante exil. p. 369.

Vir omnium, qui ſunt, fuerunt, erunt, virtute, ſapientiâ, ac gloriâ princeps. in Orat. poſt red. p. 376.

Laudem alicuius illuſtrare. pro Dom. p. 430.

Efferre aliquem maximis laudibus. de Aruſp. reſpon. pag. 487.

Æternâ in laude verſari. pro Cn. Plan. p. 504.

Meritum alicuius verbis extollere. pro Cn. Plan. p. 535.

Hæ tantæ ſummis in rebus laudes ſunt excitatæ. Seſt. 5.

Hæc famâ celebrantur, monumentis annalium mandantur. Seſt. 51.

Qui ingenio & virtute nobilitatem poteſtis conſequi. Seſt. pag. 67.

In quâ ratione multi homines novi honore, & gloriâ floruerunt. ibid.

Conſilijs, & laboribus ſuis immortalem gloriam conſecuti ſunt. Seſt. 71.

Quid ſolidæ laudis, & veræ dignitatis præſtantius mihi potuit accidere

cidere? quid optabilius ad immortalem gloriam? Vat.76.
Quorum gloriam huius virtute renovatam videmus. Vat.85.
Honore æquo animo carere debet. Vat.89.
Eum ſummis laudibus extuliſti. Vat.91.
Meus forenſis labor dimanat ad exiſtimationem hominum. Cœl. p. 44.
Omnes propè cives virtute, gloriâ, & dignitate ſuperabat. Cœl. 104.
Non ſolùm memoriâ, & teſtimonio, ſed etiam annalium literis, & ſummi poëtæ voce laudatus eſt. Provinc.164.
Ille te digniſſimis laudibus collaudavit. Piſ.202.
Collega meus illum honorem alteri ademit. Piſ.205.
Cuncta civitas eam laudem pro ſuâ vindicavat. Mil.238.
Secum cupit auferre gloriam ſempiternam. Mil.247.
In te ſectores impleruni orbem terrarum nominis ſui gloriâ. Mil. p. 25.
Omnibus in terris & iam verſatur, & ſemper habitat nominis tui gloria. Mil.262.
Magnam ille gloriam quæſivit. Rab.272.
Novum genus gloriæ concupiſcit. Rab 278.
Mira laus eſt, quâ non poëtarum carminibus, non annalium monimentis celebratur, ſed prudentium iudicio expenditur. Rab. 279.
In illâ familiâ laus aliqua floruit. Rab.280.
Bellicas laudes quidam ſolent extenuare verbis, easq́ detrahere ducibus, communicare cum militibus. Marc.283.
Huius gloriæ, quam paulo ante es adeptus, ſocium habes neminem. Marc.283.
Nulla mihi eſt amplior laus, quàm ea, quam hodierno die conſequutus es. Marc.284.
Nulla unquam ætas de tuis laudibus conticeſcet. ibid.
Quibus laudibus te efferremus? quibus ſtudiis proſequemur? Marc. 284.
Alij laudibus in cœlum res tuas geſtas efferunt. Marc. 291.
Laudes tuas obſcuratura eſt nulla unquam oblivio. ibid.
Eius gravitatem, & curam in Republicâ tuendâ omnium mortalium celebravit fama. ibid.
Tuæ res geſtæ cæterorũ laudibus obſcuritatẽ attulerunt. Deiot.310
Quæ in privatis glorioſa ſunt, multò magis commemorabuntur in regibus. Deiot.322.

Niſi fortè actio tùm plaudi, & ſexageſimo tùm anno palmam dari putabis. Phil.2.340.

Meæ literæ & iuventuti & nomini Rom. laudis aliquid afferunt. Phil.2.p.346.

Me non ſolùm meis laudibus ornat, ſed etiam onerat alienis. Phil. 2.347.

Eorum gloriam non immortalitatis memoriâ proſequantur. Phil. 2.351.

Vereor ne imminuam ſummorum virorum gloriam. Philipp. 2. p.371.

Laus te allicere ad rectè faciendum poteſt. Philipp. libr. 2. pag. 382.

Maximis ſenatus laudibus ornatus eſt. Phil. 4.p.401.

Laudantur exquiſitiſſimis verbis legiones. Philip. lib. 4. pag. 402.

Neq; ullam mercedem tanta virtus præter hanc laudis gloriæq; deſiderat. Phil.5.p.420.

Quibus verbis laudes huius temporis conſequi poſſumus. Phil. 5. p 420.

In magnâ gloriâ & laude ponendos puto. Philipp. libr. 11. pag. 493.

Audaciam rerum geſtarum magnitudine, atq; imperatorijs laudibus texere. in Ver.500.

Maximis laboribus, & periculis ad ſummam laudem, & gloriam contendere. Phil.14.p 544.

Qui civitatis incommodum in ſuam gloriam ponit. Salluſt. in Cic.48.

Non ſperaſti, mutuam tibi me gratiam relaturum. in Salluſt. 553.

Fovere laudem alicuius. Epiſt ad Fam l.1.p.14.

Te moneo, ut omnem gloriam, ad quam à pueritiâ inflammatus fuiſti, omni curâ, atq; induſtriâ conſequare. Ep.ad Fam.l.1.161.

Hoc à te peto, ut ſubvenias huic meæ ſolicitudini, ut huic meæ laudi, vel, ut veriùs dicam, propriæ ſaluti, tuum ſtudium dices. Ep. ad Fam.l.2 p.41.

Competitor tuus, & idem meus, aſſenſus eſt, qui ornavit res noſtras divinis laudibus. Ep.ad Fam l.2.p.251.

Vt me ſempiterna gloria per eum commendari velim, qui non ipſe quoq; in me commendando propriam ingenij gloriam conſequatur. Ep.5.12.

Vt vi-

Vt vivi glorıolâ noſtrâ perfruamur. ibidem.

Illorum artem cùm ipſis, tum etiam ſibi gloriæ fore putabat. Ibidem.

Sum avidior etiam, quàm ſatis eſt, gloriæ. Ep.9.14.

Eſt mihi glorioſum, te iuvenem civem florere laudibus. Ibidem.

Hæc omnia quæ habent ſpeciem gloriæ, collecta ex inaniſſimis ſplendoribus inſignibus contemne, &c. Ep.10.12.

Quid ſi erit factum, &c. ipſe æternam gloriam conſequere. Epiſtol.10.14.

Cuius laudem domi defenderis. Ep.ad fam.l.3.p.82.

Facere præconium. Ep.ad fam.l.6.p.177.

Summis laudibus aliquem ad cœlum efferre. Epiſt. ad fam. libro 9.

Imminuere alicuius laudem. ibid.

Mediusfidius mediocri dolore afficiebar, cùm alij occupare poſſeſſionem laudis crederentur. Epiſt. ad fam. libro 71. pagina 282.

Quare mihi gratiſſimum facies ſi exploratum habebis, tuis laudib. nullo loco, nec conſilium nec ſtudium defuturum. Ep ad fam. l.11. p.316

Brutus noſter egregiam laudem conſequutus eſt. Ep.ad fam.lib.12. pag. 354.

Nonnulli invident eorum laudi, quos in Republicâ probari vident. Ep.ad fam.l.12.p 355.

De noſtrâ dignitate velim ut tibi ſemper curæ ſit, & quocunque tempore occaſionem habueris, & in ſenatu, & in cæteris rebus laudi noſtræ ſuffragari. Ep.ad.fam. lib.12 p.364.

De Cn.Mutio, quem tu quibuſdam literis ad cœlum laudibus extuliſti, rumores duriores erant. Epiſtol. ad fam. lib. 12. pagina 80.

Maximam laudem cùm à nobis, qui eum impulimus, tum à municipio conſequi. Ep.ad fam.lib.13. p.400.

Tu es is, qui me ſemper tuis ſententijs ornaſti, qui oratione, qui prædicatione, qui ſummis laudibus in ſenatu, in concionibus ad cœlum extuliſti. Epiſtol. ad fam. libro 15. pagina 430.

Ipſam quidem gloriam per ſe nunquam putavi expetendam. Epiſt. ad fam.l.15.p.411.

Nos quidem longinqui, & à te ipſo miſſi in ultimas gentes, ad cœlũ

 meher-

mehercule te tollimus veriſſimis, ac iuſtiſſimis laudib. Ep. ad fam.l.15.p.775.

Vidit illum excepiſſe laudem. Epiſtol. ad Attic. libro 1. pagina 20.

Qui mihi laudem illam eò minus deberet. Epiſtol. Attic. libro 1. pag. 21.

Quod meus literis omnibus in Pompeianâ laude perſtrictus eſſet. Ep.Att.l.1.p.21.

Vt clamor, concurſusq; maximâ cum meâ laude fierent. Ep. Att. lib.1.p.23.

Bibulus hominum admiratione, & benevolentiâ in cœlo eſt. Epiſt. Att.lib.2.p.72.

Novo quodam genere in ſummam gloriam venit. Epiſtol. Att.l. 2.pag.72.

Amicus noſter inſolens infamiæ, ſemper in laude verſatus, circumfluens gloriâ. Ep.Att.l.2.p.73.

Quàm ornatè noſtras laudes in aſtra ſuſtulit! Epiſt.Att.libro 2, pag. 80.

Quos tu in cœlum fers. Ep.Att.l.2.p.80.

Quod tu tollere laudibus ſolebas. Ep.Att.lib.4.p.133.

Salaminij nos in cœlum decretis ſuis ſuſtulerunt. Ep.Att.lib.6.pagina 182.

Quæ tu etiam literis in cœlum ferebas. Ep.Att.lib.7.p.196.

Efferri laudibus. Ep.Att.lib.8.p.239.

Te juvenem florere laudibus, quaſi alumnum diſciplinæ meæ. Ep. Att.lib.6.p.454.

Me in ſocietatem tuarum laudum venire patiare. Ep. Att. lib.14. pag.454.

Omnes meas laudes ad te transfuderim. Epiſt.Att.lib.14.pagina 455.

Eum ornavi veris laudibus, magno aſſenſu omnium. Ep. Quæſt. Frat.lib.2.p.605.

Quæ populari gloriâ decorari in Lucullo debuerunt. Acad. Quæſt. lib.2.pag.5.

Vereor ne imminuam gloriam. Acad. Quæſt. libro ſecundo pagina 5.

Amplificare gloriam. ibid.

Si philoſophia à nobis verè eſt laudata. Acad. Quæſt. libro 5. pagina 6.

Gloriam non modò non minui, ſed etiam augeri arbitramur. Acad. Quæſt.l.2.p.6.

Ad popu-

Ad populares illuſtreſq; laudes, has etiam minus notas, minuſq; pervulgatas adiungimus. Acad. Quæſt. 2.pag.6.
Cùm tantis laudibus Philoſophiam extuleris. Academic. lib. 2. pag. 33.
Vt beneficiis excellentes viros famâ ac voluntate tollerent. De nat. Deo.lib.2.p.72.
Tùm nihil noſtræ laudi aſſumtum arbitramur. de nat. Deo.lib.3. pag.151.
Quamvis eam Epicurus in cœlum laudibus efferat. de fin. lib. 2. pag.162.
Laudi & dignitati ſtudere. de fin.lib. 4.p.241.
Multum is fratri rerum geſtarum gloriâ præſtitit. de divinat. lib. 2.p.248.
Gloriæ ſpe excitari. de fin.l.5.p.281.
Ad ſtudia gloriæ aliquem incendere. Quæſt. Tuſc. lib. pagina 295.
Non ſatis gloriæ alicuius reſpondere. Quæſt. Tuſc. lib. 1. pagina 295.
Atq; homines etiam eos, qui immortalitatem ſunt conſecuti. De nat. Deo.l.1.p.19.
Plurimum poetis noſtris, omninoq; latinis & literis luminis attuliſti. Acad Quæſt.l.1 p.81.
Velle poſt mortem epulis celebrari memoriam ſui nominis. De fin.l. 2.pag.171.
Spem immortalitatis relinquere. Tuſc.Qu.l. 1. p. 310.
Satisfacere immortalitate laudum tuarum mirabiliter cupit. Ep. ad fam.l.13.p.403.
Rebus nomina imponere. de Quæſt. Tuſc.libro 1. pagina 315.
Siquidem etiam ille ſapientiſſimus vir, Ithacam ut videret, immortalitatem ſcribitur repudiaſſe. de leg.libro ſecundo, pagina 310.
Laudi alicui aliquid dare. Quæſt. Tuſc.l.1.p.295.
Tùm hominis amiciſſimi Cn. Pompeij laudes illuſtrabit. de leg. l.1. pag. 296.
Magnâ gloriâ orbari. Quæſt.Tuſc.l.1.p.299.
Mercedem gloriæ flagitat ab iis, quorum patres affecerat gloriâ. Quæſt.Tuſc.lib.1.p.304.
Laude & lætitiâ aliquid exequi. Quæſt. Tuſc. lib. 1. pagina 344.

Laudem

Laudem alicui eripere. Quæſt.lib 2.p.348.

Falſâ gloriâ aliquid exornare. Quæſt. Tuſcul. libro 1. pagina 351.

Nihil præter laudem, bonis atque innocentibus, neque ex hoſtibus, neque à ſocijs reportandum. de leg. libro 3. pag. 353.

Pompeium noſtrum cæteris rebus omnibus ſemper ampliſſimis maximisq; effero laudibus. de leg. lib. 3. p. 372.

Honorificis verbis aliquem proſequi. Quæſt. Tuſc. lib. 2. pagina 372.

Cùm decore, atq; omni me orbatum laude recordare. Quæſt. Tuſc. l. 3. pag. 383.

Præterea magnam affert laudem, & ſummam dignitatem. de petit. pag. 398.

Gloriam alicuius ad cœlum efferre. Quæſt. Tuſc. lib. 3. pagina 593.

Gloriæ ſervire. Quæſt. Tuſc. l. 5. p. 453.

In gloriæ cupiditatem incidunt. 1. Attic. pag. 12.

Multi ſunt cupidi ſplendoris, & gloriæ 1. Offic. p. 19.

Videre licet pleroſq; non tam naturâ liberales, quàm quadam gloriâ ductos, ut benefici videantur, facere multa, quæ ab oſtentatione proficiſci magis, quàm à voluntate videantur. 1. Officior. pag. 20.

Gloriæ iacturam ne minimam quidem facere vellent. 1. Officio. pagina 24.

Nemo qui fortitudinis gloriam conſequutus eſt, inſidijs & malitiâ laudem eſt adeptus. 1. offi. p. 26.

Et ſunt ex mediâ laude iuſtitiæ. 1. offi. pag. 26.

Neſcio quomodo quaſi pleno ore laudamus. ibid.

Declaratur ſtudium bellicæ gloriæ. ibid.

Quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloria. 1. offic. pagina 27.

Gloriam negligunt. 1. offi. pag. 30.

Licet, Marce fili, apud te gloriari, ad quem & hæreditas huius gloriæ, & factorum imitatio pertinet. 1. off. p. 32.

Abundans bellicis laudibus. ibidem.

Quorum patres aut maiores in aliquâ gloriâ præſtiterunt, eorum plerique in hoc genere laudis ſtudent excellere. 1. Officiorum pag. 46.

Quidam ad eas laudes, quas à patribus acceperunt, addunt aliquã ſuam: Vt Africanus eloquentiâ cumulavit bellicam gloriam; quod

quod idem fecit Timotheus Cononis filius: qui cùm belli laude non inferior fuiſſet, quàm pater, ad eam laudem, doctrina & ingenii gloriam adiecit. 1. offici. p. 46.

Videtur iure optimo poſſe laudari. off. l. 2. p. 60.

Noſtri magiſtratus imperatoresq; ex unâ hac re maximam laudem ſtudebant capere. 2 offici. p. 71.

Maximis efferunt laudibus 2. offic. p. 78.

Titus enim Gracchus. P. filius, tam diu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. 2. offic. p. 81.

Magnam laudem, & à ſummo viro, & ab exercitu conſequebatur. 2. off. p. 83.

Sed ſibi peperit maximam laudem ex illâ accuſatione nobili & glorioſâ. ibid.

Laude affici ſolent. ibid.

Ea ſæpè univerſam exitat gloriam. ibid.

Apud Senatum dicendo laudem aſſequuti ſunt. ibid.

Quamquam Africanus maiorem laudem, vel meo iudicio, aſſequebatur. 2. offic. p. 102.

Ea res ei magno honori fuit. 3. offic p. 130.

Eſt in manibus viri laudatio. de Senect. p. 152.

Quis eſt, qui id non maximis efferat laudibus? de amicit. pagina 193.

Maximam gloriam capere. ibidem.

An quiſquam in potiundis voluptatibus gloriâ ſeſe & prædicatione offert? Parado. 1. p. 226.

A quibus ſpectare gloriam certè nullam poteſtis. In Somn. Scip. pag. 246.

Non modò non æternam, ſed ne diuturnam quidem gloriam aſſequi poſſemus. in Somn. Scip. p. 247.

Gloriandi. *Vide* Oſtentationis.
Gratiæ. *Vide* Reconciliandi: & Affinitatis.

Gratias.

Gratias agendi. Talionis. Gratitudinis. Gratiam referendi. Gratiarum actionis.

Danck ſagen / Danck erweiſen / Glück wünſchen / Danckbar ſeyn / Vergelten.

HVic Æſculapio habeto gratiam. Curc.5.3.v.21.
Iovi ago gratias meritò magnas. Capt.5.1.v.1.
Nunquam referre gratiam poſſim ſatis, proinde ut tu promeritus de me, & filio meo. Capt.5.1.v.12.
Vt beneficium benemerenti maneret. ibid. v.14.
Pro benefactis eius ei precium poſſe reddere. Capt. 5. 1. verſu 20.
Vt mihi omnes mortales decet gratias agere! Epid.3. 4. verſu 7.
Nunc egomet potiùs hanc inibo gratiam. Ciſt. 2. 3. verſu 84.
Dico eius pro meritis gratum me fore. Men.Prol.105.
Numquam ego illi poſſum gratiam referre, ut meritus eſt de me. Moſt.1.3. v.57.
Habeo Neptune, gratiam magnam tibi. Moſt.2.2.v.1.
Velim ut velles. Moſt. 3. 2. verſ. 54. Vide infra Tit. *Vivendi.*
Eam mihi debes gratiam. Moſt.3.3.v. 23.
De cœnâ facio gratiam. Moſt.5 2.
Fac iſtam coniunctam gratiam Tranioni. Moſt.5. 2.v.46.
Huic habeto gratiam. ibid.v.58.
Huius pro meritis ut referri poſſit pariter gratia. Mil. 3. 1. verſu 75.
Cupere alicuius. Mil. 4. 1. verſ. 17. Vide ſupra Tit. *Deſiderandi.* pag. 463.
Habere alicui gratiam. Mil.4.1. v.14.
Sed tamen gratia eſt. Pſeud.2.4.v.24.
Omnia, quæ tu vis, ea cupio. Perſa.5.1.v. 14.
Dum mea areſcunt, in aliquo gratiam referam tibi. Rud.2.7.v.17.

Bonum

Bonum eſt, quod habeas gratiam mihi. Rud. 2.6. v. 32.

Hiſce ergo tu artib. gratiam facias. Trin. 2.2. v. 15. Antiqua, & in circulis tùm uſitata loquendi forma, quâ uſus eſt Salluſtius: *Qui mihi atq; animo meo nullius unquam delicti gratiam feciſſem.* Livius. *Omnium igitur tibi, Ap. Claud. quæ impiè nefariéq; per biennium alia ſuper alia auſus es, gratiam facio.*

Licet tibi rurſùm refero gratiam. Rud. 4.6. 18.

Gratiam habeo magnam. Rud. 5 3 v. 56.

Inire gratiam ſummam. Trin. 1.2. v. 95.

Habeo vobis gratiam. Rud. 3.5. v. 55.

Id gratum fuiſſe adverſum te, habeo gratum. Andr. 1. 1. verſ. 15.

Par pro pari referto. Eunuch. 3.1. & 55.

Pro illo munere eſt honos habitus. Eunuch. 5.7. v. 22.

Vti vos mihi domi eritis, proinde ego ero foris. Hecyr. 2. 2. 1. verſ 26.

Quod ab illo allatum eſt, ſibi eſſe id relatam putet. Phorm. Prol. v. 22. **Gute gruß / gute antwort.**

Dijs pol habeo gratias, cúm in pariundo aliquot adfuerunt liberæ. Andr. 4.5.

Et habetur & referetur à me, Thais, tibi, ita uti merita es, gratia. Eunuch. 4. 6.

Omnibus gratiam habeo, & ſeorſim tibi præterea, Demea. Adelphis 5. 9.

Adeò res redijt, ſi quis quid reddit, magna habenda eſt gratia. Phorm. 1. 2.

Non pote ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia: immò enim nemo ſatis pro merito gratiam regi refert. Phorm. 2. 1.

Eſt magnam ecaſtor gratiam de hac re quod tibi habeam. Hecyr. 5. 1.

Ego, Charine, neutiquam officium eſſe liberi puto, cúm is nil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi. Andr. 2. 1.

Si illis crucibus nunc referam gratiam: **Wann ich mich gegen jhnen rechne.** Eunuch. 2. 3.

Inveniam hodie, parem ubi pol referam gratiam: **Wie ich mich wider gegen jhm rechne?** Eunuch. 4. 4.

Parem gratiam alicui referre. pro Font. p. 584.

Officiis beneficia remunerari. In Orat. poſt red. pag. 394.

Magnas

Magnas agere gratias Thais mihi. Eun 3.1.v.7.

Habetur, & refertur ubi à me gratia. Hecyr. 4. 4.v.3.

Habere gratiam Dijs. ibid.

Eſt magna gratia de hac re, quam tibi habeam. Hecyr. 5. 1. verſ. 15.

Idem hoc tibi quod benè promeritus fueris, conduplicaverit. Phor. 3.2. verſ 31.

Diis magnas meritò gratias habeo, atque ago. Phorm. 5. 8. verſ. 1.

Oſtendemus benè merentibus gratiam referri convenire. Ad Her. l.3.pag. 53.

Nunc quomodo illè mihi gratiam, retulit, accipite. ad Herenn. l. 4. pag. 502.

Haberi gratiam non oportet. De inv. lib.1 p. 166.

Magnam habeo, Craſſe, huic paleſtra, & Tuſculano tuo gratiam. De orat.lib.1.p.295.

Pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam, debitamq; referamus. De orat.l. 3.p. 456.

Magnam tibi habemus gratiam. De orat.l.2.p.446.

Pro beneficio parem alteri referre gratiam. Pro Quint. Roſcio pag.98.

Si Deus nullâ gratiâ, nullâ hominum charitate tenetur, valeat. de Nat.25.b

Nihil tibi à me poſtulanti recuſabo. De Orat. libro 2. pagina 380.

Perrarò grati homines reperiuntur. Pro Planc.p.4.

Gratum eſſe in aliquem. pro Cn.Plan.p.527.

Cùm omnibus virtutibus me affectum eſſe cupiam, tamen nihil eſt, quod malim, quàm me, & gratum eſſe, & videri: hæc eſt enim una virtus, non ſolùm maxima, ſed etiam mater virtutum omnium reliquarum. Pro Cneo Plan. pag.528.

Ex coloniâ venerunt gratulatum ad me. Piſ.800.

Quis neſcivit veniſſe tibi tot dierum iram gratulatum. Phil 2. 361.

Fuit mihi ſæpe & laudis noſtræ gratulatio noſtra iucunda, & timoris conſolatio grata. Ep.Att. l.1.p.32.

A quâ plauſu maximo cùm eſſet mihi gratulatio ſignificata. Epiſt. Att.l.4.p.107.

In quem ſi me intelliges eſſe gratum. Ep.Att.lib.9.p.291.

Nunquam vobis gratiam referam. Ep.Att.lib.14.p.404.

Voluit

Voluit aliquid acceptum referre liberalitati ſuæ. pro A. Cluent. pag. 24.

Alicui gratias referre verbis ſingularibus. In L. Catil. pagina 207.

Gratiam referre. In orat. poſt. red. p. 379.

Cumulatè gratias agere. In orat. poſt. red. p. 381.

Benè de me meritis referam gratiam. In orat. poſt red. pagina 391.

Gratiam qui refert, habet: & qui habet, in eo ipſo quod habet, refert. Pro Cn. Planc. p. 523.

Manibus paſſis gratias egerunt. Sect. 18.

Gra[illegible]m referre alicui. Pro Cn. Planc. p. 537.

Huic iuſtam, & debitam gratiam refero. Corn pag. 152.

Omnes tibi maximas gratias agimus, maiores habemus. Marc. 292.

Primùm maximas gratias, & habeo, & ago. Piſon. Phil. 1. pag. 329.

Ducibus ne referri quidem poteſt gratia. Phil. 3. pagina 389.

Meritò veſtro maximas vobis gratias omnes & agere, & habere debemus. Phil. 3. pag. 394.

Pro tantis in Rempublicam meritis honores ei habeantur, gratiaq; referantur. Phil. 3. p. 400.

Nullam aliam gratiam ei referre poſſumus. Phil. 9. p. 464.

Tibi agam, ut debeo, gratias. Ep. fam. l. 3. p. 65.

Agere alicui gratias. Ep. fam. l. 3. p. 67.

Referre alicui gratiam. Ep. fam. l. 4. p. 44.

Pro ijs rebus nullam mihi abs te relatam eſſe gratiam, tu es optimus teſtis. Ep. ad fam. l. 5. p. 111.

Nec tu mihi gratiam non modò habuiſti, verùm etiam cumulatiſſimè retuliſti. Ep. ad fam. l. 5. p. 129.

C. Avianus Ammonius incredibiles mihi gratias per literas egit. Ep. ad fam. l. 13. p. 411.

Nullam partem tuorum meritorum non modò referendâ, ſed ne cogitandâ quidem gratiâ conſequi poſſum. Ep. 1. 8.

Quod non ille tam illuſtri gratiâ excepit, Zu groſſem Danck vnd gefallen annemen. Ep. 1. 9.

Si me memorem, ſi gratum exiſtimare potes. Ep. 2. 5.

Pietas in referendâ gratiâ iucunda, id eſt, *officium.* Ibidem.

Quibus verbis tibi gratias agam non reperio. Epiſt. 2. 8.

Si quid acciderit, & ſi vix fieri poſſit, tamen te parem mihi gratiam relaturum &c. Ep. 3. 9.

Mihi conſiderandum eſt, quonam te remunerer potiſſimùm genere. ibid.

Timuiſſent ne qua mihi pars abs te voluntatis mutua tribueretur. Ep. 5. 2.

Nullâ re tam lætari ſoleo, quàm meorum officiorum conſcientiâ, quibus ſi quando non mutuo reſpondetur. &c. Ep. 5. 7.

Varietate temporum interruptum officium cumulatè reddidi, Reichlich erſtatten/vnd wider einbringen. Ep. 5. 8.

Immortales ago tibi gratias, agamq́; dum vivam. nam relaturum me affirmare non poſſum. Ep. 10. 11.

Iam non ago tibi gratias. Cùm enim re vix referre poſſim, huic verbis non patitur res ſatisfieri. Ep. 11. 13.

Omnia quæ homini accidere poſſunt, ſic fero, ut philoſophiæ habeam magnam gratiam. Ep 12. 24.

Cumulatiſſimè mihi gratiam retulerunt. Ep. 13. 4.

Me eſſe gratum videbit. Ep. 1. 8.

Vt memorem in benemeritos, &c. animum præſtarem. Ep. 1. 9.

Pontinus qui à te tractatus eſt præſtanti ac ſingulari fide. præſtat tibi memoriam, benevolentiamq́; debet, id eſt, *gratus eſt tibi beneficijq́; tui memor.* Ep. 10.

Quanquam gratiarum actionem à te non deſiderabam, cùm te re ipsâ, atq́; animo ſcirem eſſe gratiſſimum. Ep. 10. 19.

Opto ut mihi liceat præſenti pietate meorum officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora. Ep. 10. 23.

Malo præſentis obſervantiâ, indulgentiâ, aſſiduitate memorem me tibi probare Ep. 10. 24.

Illud tibi promitto, & ſpondeo, te ſocios Bithyniæ, ſi ijs commodaris, memores eſſe, & gratos cogniturum. Ep. 13. 10.

Huic utinam aliquando gratiam referre poſſemus, habebimus quidem ſemper. Ep. ad fami. lib 14. p. 449.

Antonio, tuo nomine gratias egi. Epiſtol. Attic. libro 1. pagina 30.

De quibus ille tibi aget maximas gratias. Epiſtol. Attic. libro 1. pagina 44.

Quàm bonam meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit. Ep. Att. lib. 2. pag 58.

Qui

Qui mihi non modò præmiorum, ſed ne ſermonum quidem unquam fructum ullum, aut gratiam retulerit. Ep. Att. lib. 2. pagina 65.
Vt relatam putem gratiam pietati meæ. Epiſtol. Brut. pagina 561.
Nonne ei maximam gratiam habere debemus? de fin. lib. 1. pagina 125.
Cùm Dijs gratias agimus. de Nat. Deorum lib. 3. p. 751.
Rectè facienti gratia eſt habenda. de fin. lib. 2. p. 151.
Non ſatis magnam tribuerunt inventoribus gratiam. de fin. lib. 4. p. 218.
Vbi grati ſi non eum ipſum, cui referunt gratiam, cernunt grati. de leg. l. 1. p. 312.
Gratias exultantes alicui agere. de fin lib. 1. p. 314.
Rempublicam noſtram iuſtiſſimas huic municipio gratias agere poſſe, quòd ex eo duo ſui conſervatores extitiſſent. de leg. lib. 2. pag. 321.
Ego verò illi maximam gratiam habeo. Quæſt. Tuſc. lib. 1. pagina. 337.
Ne qua propter multitudinem literarum poſſit animum tuum defatigatio retardare. ad Herenn. lib. 1, p. 19.

Morâ atq; impedimentum reliquis intulit. de invent. libro 1. pagina 142.

In quo etiam iſti nos juriſconſulti impediunt, à diſcendoque deterrent. de Orat l. 2. p. 384.

Veritas mihi manum injecit, & pauliſper conſiſtere & commorari cogit. pro Quint. p. 109.

Tardare animum alicuius. in Verr. p. 294.

Reliqui coniurationis impetus, & conatus retardati ſunt. Seſt. 7.

Quam neq; periculi tempeſtas, neq; honoris aura potuit unquam de curſu ſuo, aut ſpe dimovere. Seſt. 51.

Loquacitatem pauciſſimis interrogationibus irritam retardare. Vat.74.
Hunc nunquam occupatum, & impeditum tenuerunt. Cœl. 109.
Ne ipſis interſeptum ſit iter perpetuò ad ampliſſimum præmium civitatis. Corn.145.
Interrupta eſt oratio mea. provinc.163.
Obſtant & impediunt. Acad.l.2.p.13.
Impediant magnas utilitates amicorum. de amic.p.211.

Imperandi. Imperij. Mandati. Præcipiendi. Iubendi.

Befelch/ Befehlen/ Heiſſen/ Außrichten.

F*Acere aliquid pro imperio.* Amph. Prol. v.71.
Dare aliquid alicui in mandatis. Amph. Prol.v.81.
Num pergam heri imperium exequi? Amph.1.1.v.105.
Mandata heri perierunt. Amph.1.1.v.182.
Quod herus imperavit, neglexiſti perſequi. Amph.3.1.v.39.
Et memor ſum, & diligens, ut quæ imperes, compareant. Amph. 2. 1. verſ. 83.
Si quid opus eſt, impera: imperium exſequar. Amph.3.3.v.1.
Imperio vivere uxorio. Aſin. Arg.v.2.
Huic mandes ſi quid rectè curatum velis. Aſin.1.1.v.101.
Centies eadem imperare, atque oggannire. Aſin.2.4.v.16.
Nequeone ego te interdictis meis facere manſuetem? Aſin. 3. 1. v.1.
Expers matris imperij. Aſin.2.3.1.v.2.
Matris imperium minuere. Aſin.3.1.v.6.
Quod herus jubeat citis quadrigis citius jubeat perſequi. Aul. 4. 1. verſ. 14.
Antehac pro jure imperitabam meo. Capt. 2. 1. verſ. 41 Pſeud. 2. 4. verſ. 12.
Cui imperare inſueveram, nunc alterius imperio obſequor; & ſi proinde ut ipſe fui imperator familiæ, habeam dominum, non verear, ne mihi iniuſtè & graviter imperet. Capt. 2. 2. verſ. 56.

Baſilicas editiones, atq; imperioſas habet. Capt. 4.2.v.30.
Legare alicui negotium. Caſ.1.1.v.12.
Aſſunt, quæ imperaviſti omnia, uxor, ſortes, ſitella, atq; egomet. Caſ 2.6.v.1.
Itur illinc iure dicto: iſtoccine hic pacto poteſt inhibere imperium? Bacch. 3. 3. verſ. 44. Stich. 5. 4. verſ. 18. Antiqua hæc eſt, & germana latinitas, pro, *uti imperio, imperare.* Dicitur etiam *imperium exhibere.* Caſ. 2. 6. verſ. 57. Quæ locutio à re nauticâ ducta eſt, ubi inhibere remiges jubentur, cùm curſum flectunt, aut corrigunt.
Rebus alijs antevortar, quæ mandas mihi. Bacch.3.5.v.1.
Sed ego inſcitus, qui me hero meo poſtulem moderarier. Men. 2. 3. verſ. 87.
Vobis dico, ut imperium meum habeatis ſapienter curæ. Men. 5. 7. verſ. 1.
Heri imperium exequor, benè & ſedulò ſervio. Menæch. 5. 6. verſ. 17.
Iubeo herclè, ſi quid imperij eſt in te mihi. Men.7.v.41.
Facile eſt imperium in bonos. Mil.3.3.v.25.
Ad tua præcepta de meo nihil his novum appoſui. Mil.3.3. v.31.
Otium non eſt, mandatis rebus pravorti volo. Merc.2.3.v.40.
Muto imperas. Satin' iſtuc mandati eſt? Merc.2.4.v.29.
Laborioſi nihil tibi quicquam operis imperabo. Merc.3.1.v.9.
Vobis mando parentum meorum rem benè ut tutemini. Merc. 5. 1. verſ. 6.
Servas imperium probè. Pſeud.2.4.v.7.
Nunc ibo ad forum, atq; onerabo meis præceptis. Pſeud.2.4.v.74.
Imperium inhibere alicui. Stich.5.4.v.18.
Quæ in me plus poteſt, quàm potes. Truc.4.2.v.42.
Mandata dicam facta, ut voluerit. Aſin.5.2.v.64.
Vt hæc, quæ imperavit, facta, cùm venient, ſient. Aul.2.3.v.11.
Nunc habeo hanc edictionem. Pſeud.1.2.v.10.
Mihi hoc negocij cæteri dedêre, ut quæram. Eun.3. 4.v.6.
Quia habeo imperium in beluas. Eunuch.3.1.v.25.
Recipere mandatum alicuius, negligere, convertere ad ſuum commodum. pro Sext. Roſc.p.76.
Hæc à civibus mandata habet. Verr. p. 467.
Exſecutus eſt noſtra mandata. Phil.9.p.462.
Quò faciliùs tuis præceptis obtemperare poſſimus. Epiſt.fam.lib.7. pag. 209.

Videbar enim mihi, cùm me in res turbulentiſſimas, infideliſſimis ſocijs demiſiſſem, præceptis illorum non ſatis paruiſſe. Epiſt. fam. lib. 9. pag 242.

Lupus noſter, cùm Romam ſexto die Mutinâ veniſſet, poſtridiè mane convenit, tuaq; mihi mandata diligentiſſimè expoſuit. Epiſt. fam. l. 11. p. 326.

Præcepi ei, quem ad te miſi, ut tempus obſervaret Epiſtolæ tibi reddendæ. Ep. fam. l. 11. p. 335.

Quid de meis mandatis egeris. Ep. Attic. l. 1. p. 23.

Vt ante mandata noſtra exhaurias. Ep. Att. l. 5. p. 137.

Mandatorum mihi libellum dedit. Ep. Att. l. 6. pag. 168.

Qui tantis de rebus huic mandata dederit. Ep. Att. lib. 9. p. 298.

Mandata Cæſaris ad Conſules nullos habeo. Epiſtol. Att. lib. 9. pagina 298.

A Dolobellâ mandata habeo. Ep. Att. lib. 15. p. 483.

Vt mea mandata digeras, perſequare, conficias. Ep. Qu. Frat. lib. 2. pag. 617.

Scripſi mandata de meâ manſione illum ad Pompeium pertuliſſe. Ep. Qu. Frat. l. 2. p. 617.

Ne ipſe incidat in Diodorum, docet Chaldæos, quo pacto eos oporteat exponere præcepta. de fato p. 270.

Parcere & obedire præcepto alicuius. Quæſt. Tuſcul. lib. 5. pagina 464.

Latiſſimè patere videntur ea, quæ de officijs tradita ab illis, & præcepta ſunt. 1. off. p. 4.

Nulla officia præcepta firma, ſtabilia, conjũcta naturæ tradi poſſunt. 1. off. p. 5.

Poſitum eſt in præceptis, quibus in omnes partes uſus vitæ confirmari poſſit. 1. off. p. 6.

Conſcripſerunt communiter edictum. off. lib. 3. p. 130.

Cùm autem dominatu unius omnia tenerentur. 2. officiorum pagina 65.

Atq; etiam ſubijciunt ſe homines imperio alterius, & poteſtati, pluribus de cauſis. 2. off. p. 72.

Eiuſq; ad extremum ſpiritum dominetur in ſuos. de Senect. pagina 162.

Primùm cupiditatibus imperabunt. de amic. pag. 213.

Qui non poteſt cupiditatibus ſuis imperare. paradox. 5. pagina 233.

Impe-

Impetrandi. *Vide* Conſequendi.

Impetûs. Invadendi. Irruendi.

Einfallen/ Anfallen/ Einbrechen/ Gewalt thun/ Anlauff.

IN oculos invadi nunc eſt optimum. Aſin.5.2.v.29.
Me jubes impetum facere in eum, qui ſtat. Men.5.2.v.117.
Ergò in os mihi ebrius irructas? Pſeud.5.2.v.1.
Fores effregit, atq; in ædes irruit alienas. Adel.1.2.v.8.
Cùm viris bonis impetum facit. ad Her.lib.1.p.14.
Poſtquam iſte in remp. fecit impetum. ad Herenn. libro 4. pagina 107.
Quod in alienas poſſeſſiones tam temerè irruiſſes. de Orat. libro 1. pag. 483.
Exteræ nationes à primâ orâ Græciæ uſq; ad Ægyptum optimorum civium imperijs tenentur. Phil.10. p. 469.
Nobis occupatis involaverunt. de Orat.lib.3.p.383.
Huic à familiâ ſuâ manus ante lares familiares allatæ ſunt. pro Quint.p.3.
In fortunas alicuius impetum facere. pro Sext.Roſcio pag. 43.
Quam urbem propter plurimas belli opportunitates ab illâ impiâ & ſceleratâ manu attentari ſuſpicabantur. pro Seſt. p. 6.
Qui horum impetus, & conatus repreſſerunt. pro Seſt.69.
Statim complures cum telis in hunc faciunt de ſuperiore loco impetum. Mil.233.
Quàm inſolenter in eius viri fortunas ſtatim invaſit? Phil. 2. 363.
In me tanquam in Tyrannum impetus conductorum hominum parabatur. Phil.14.537.
In eius copias ſe ſubitò ingurgitavit. Phil.2.363.

Tu illos impletos in noſtras domos immiſiſti. Phil.5.425.
Ille in me abſentem invehebat. Phil.3.397.
Incitatos latronis impetus retardavit. Phil.5.415.
Qui in veſtras fortunas immineret. Phil.2.443.
Impetum furentis à progreſſu arcuit. Phil.11.p.478.
Reditu refrænavit. ibid.
In ſocios facinorum miniſtros, & in totam domum ſemper invectus ſum. Phil.12.501.
Petulanter in uxorem meam, & filiam invaſiſti. In Salluſt. pagina 553.
Impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo. Ep. ad fam. lib. 4. pag.104.
In me incurrit Româ veniens Curio meus. Epiſt. Attic. lib.2. pagina 61.
In hoſtem impetum facere. de fin.l.1.p. 110.
In me populi impetum injuſtum auſpicijs Dij immortales repreſſerunt. de leg lib.3.p.360.
In hoſtium faciem irruere. Qu. Tuſc.l.2.p 371.
Advenientes impetus diuturnâ præmeditatione frangere. Quæſt. Tuſc.l.3.p.390.
Impetum ad aliquem convertere. Qu. Tuſc.l.4.p. 447.
Nullos impetus, nullos ictus reformident. Quæſt. Tuſc. libro 5 pagina 481.
Injuſtè impetum in quempiam facit. Off.l. 1.p. 12.
Quos impetus in Piſonem, in totam illam manum feci. Epiſt. Attic. lib.1. p. 28.
In quem univerſa Agrigentinorum multitudo impetum facit. Off. l.2. pag. 24.
Cùm Perſarum impetum nullo modo ſuſtinere poſſent. Off. lib.3. pagina 118.

Impietatis. Improbitatis. Malitiæ. Nequitiæ. Perverſitatis. Pravitatis. Profanitatis. *Vide etiam* Contemnendi: & Homo nauci.

Gottloß/ Verwegen/ Verwehnt/ Vnfromb/ Mutwillig/ Arg/ Loß/ Verrucht/ Schelmiſch.

Nam

Nam tu quod damni, & quod feciſti flagitij, populo viritim potuit diſpertirier Pſeud.1.5.v.25.

Improbi officio fungi viri. Stich.1.1.v.14.

Tantáne vecordia innata cuiquam ſit? Andr.4.1. v2.

Pervicaci animo eſſe. Hecyr.4.1.v 17.

Petulantia cupiditatiq́ addici. pro Qu p 24.

Vitam inter ſe utriusq́ conferte: nónne ipſum caput & ſupercilia illa penitùs abraſa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur? nonne ab imis unguibus uſq́ ad verticem ſummum, ſi quam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallaciis, & ſuperciliis ſemper eſt raſis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur. pro Qu. R. p.98.

Ad contumeliam civitatis aliquid referre. in Verr.p.522.

Quis huius, ne pacatam quidem nequitiam ferre poteſt? Phil. 5. pag.416.

Vultu læditur pietas pro Sex.R.p.49.

Nullum ius tam ſanctum, atq́ integrum, quod non huius ſcelusq́ atq́ perfidia violarit & imminuerit. pro Sext. Roſc. pag. 74

Nullus in te ſenſus humanitatis, nulla ratio religionis fuit, templo tam ſancto manus impias & ſacrilegas afferre conatus es: cupiditas tua extinguit religionem. in Verr. p.175.

Pervenire ad improbitatem. in Verr.p.200.

Omnia profana facere. in Verr.p.471.

Id quidem tametſi improbè fit in apertâ re: tamen malitiâ eſt iam uſitata. pro Cæc. p. 586.

Itaq́ eadem ſuperbiâ & pravitate utuntur, quorum improbitatem retundi, & non pati, impunitate augeri, non ſolùm utile eſt reipublicæ noſtræ, ſed etiam neceſſarium. Ep. ad Fam. l. 12. p.364.

Cùm te alicuius improbitas perverſitasq́ commoverit. Ep.Qu.Fr. l. 1.p.583.

Improbitati & ſceleri meo me aſſignes. Ep. Quint. Fratr. libr. 1. pag.598.

Tamen à malitiâ non diſcedis. Ep. Fam.l.9.p.265.

Eſt parvo animo, & pravo, cavillator genere illo moroſo. Ep. Att. l.1.p. 8.

In pravitate perſtare. Acad.l.2.p.25.

In omni continuò probitate, & in ſummâ opinionum perverſitate verſamur. Qu. Tuſc.l.3.p.376.

Ex eâ difficultate illa fallaciloquentia malitia nataſunt. de fin. l.9.p.242.

Neſcio quâ ſingulari nequitiâ prædito. de Fin.l.5.p.275.

Impoſſibilitatis. *Vide* Abſurditatis.

Imprægnandi. *Vide* Adulterij: & Pariendi.

Imprecandi. Imprecationis Execrationum. Dirarum. *Vide etiam* Calumniæ.

Verfluchen/ Vbel wuntſchen.

V*Tinam, malè qui mihi volunt, ſic rideant!* Aſinar. 5. 2. v. 13.

Nonne quia tibi non cupiam, quæ velis. ibid. v. 15.

Abi in malum cruciatum ab ædibus. Aul. 3.3 v. 11.

Nec veriſimile loquere, nec verum frutex. Moſt. 1.1. v. 18. *Frutex* inter contumeliæ verba fuit: Du Stock Narr: In hominem ſtultum & ſtolidæ mentis. Cui opponitur ibidem à Plauto *Scurra*. Vide Lex. Plau.

At te Iupiter Dijq́ omnes perdant: oboluiſti allium germana illuvies, ruſticus, hircus, hara ſuis, canis, capra commiſta. Moſt. 1. 1. v. 37. 38 &c.

Dij Deæq́ omnes me peſſimis exemplis interficiant. Moſtell. 1. 3. v. 34.

Dij Deæq́ omnes funditùs perdant ſenex. Moſt. 3.1. v. 150.

Abin' hinc in malam crucem? Moſt. 3.2. v. 66.

Eas maximam in malam crucem. Men. 1.2. v. 29.

Malè mihi precatur, & fecit convitium. Merc. 2.1. v. 11.

Herculè illum Dij infelicent, quisquis eſt. Merc. 2.3. v. 99.

In malam crucem iſtic ibit Iupiter Lenonius. Pſeud. 1.3. v. 100.

Onera hunc maledictis. Pſeud. 3. v. 122.

Onerare iniuriis. Ter. And. 5.1.

Iam ego te differam dictis meis. Pſeud. 1.3. v. 124.

Ingeram mala multa. Ter. And. 4.1.

Atq;

Atq; i in malam crucem. Pſeud.3.2.v.50.
In malam rem. Pœn.1.2.v.81.
Belua herculè eſt, i directè in maximam crucem malum. Pœn.1.2.v.134.
Capias reſtim, ac te ſuſpendas. Pœn.1.2.v.184.
Dij illum infelicitent omnes. Pœn.2.1.v.1.
Abi in malam rem. Perſ.3.1.v.24.
In malum cruciatum Perſ.4.4.v.25.
Dij Deaq; te agitant irati, ſcelus, qui hanc non properes deſtinare. Perſ.4.4.v.115.& 116.
Dij Deaque & te, & geminum fratrem excrucient Perſ.5.2.v.50.
Quin tu hinc à meis in maximam malam crucem. Rud. 2. 6. v. 43.
Iupiter te Diiq; perdant. Rud.4.4.v.27.
Ite in malam crucem Rud.4.4.v.118.
In malam rem i, & magnam. Truc.5.1.v.47.
Abi hinc in malam rem. And.2 1.v.17.
Tibi Dij dignum factis exitium perduint. And.4.1.v.42.
Dij te eradicent. And.4.4.v.27.
Te cum tuâ monſtratione magnus perdat Iupiter. Adelph. 4. 6. v.2.
Dij te eradicent, Syre, qui me iſthinc extrudis. Heaut.3.3.v.4.
Illum omnes perduint. Phorm.1.2.v.73.
Abi in malam crucem. Phorm.2.3.v.21.
Dij tibi omnes id, quod eſt dignum, duint. Phorm.3.2.v.34.
Vt te quidem omnes Dij deaq; ſuperi & inferi malis exemplis perdant. Phorm.4.4.v.2.
In malam crucem. Phorm.5.8.v.37.
Quin tu abis in malam peſtem, & cruciatum. Phil.13.531.

Inconſtantiæ. Leuitatis. *Vide* Animi. Sententiæ.

Leichtfertig / Liederlich / Wanckelmütig.

N*Eq; tipula leuius pondus eſt, quàm fides lenonia.* Perſ. 2.2. v. 62. de tipulâ. Vide Lex. Plaut.

Pactum

Pactum non pactum eſt, non pactum pactum eſt, quod vobis lubet. Aul. 1.2.v.87.
Mulieres ſunt fermè, ut pueri levi ſententiâ. Hecyr.3.1.v.32.
Nolo, volo, nolo rurſum, cedò, cupio, quod dictum, indictum eſt, quod modò erat ratum, irritum eſt. Phor.5.8.v.57.58.
Quenquam animo tam communi, aut levi eſſe putas? Heaut.5.1. v.39.
Principum munus eſt, reſiſtere levitati multitudinis, & perditorum temeritati Mil.p.231.
Cùm enim & ſui ſimilem levitatem adeptus eſt. Quæſt. Tuſc. l.1. p.312.
Levitati nomen imponam. Q.Tuſc.l.1.p.234.
Elatum eſſe levitate. Qu.Tuſc.l.5.p.456.
Ab afflictâ amicitiâ transfugere, atq; ad florentem aliam devolare. pro Qu.p.34.
Inconſtantiam tuam cùm levitate tùm periurio implicatam refelliſti. Vat.74.
De ſententiâ decedere. Ep.Fam.l.3.76.
In maximâ verſari inconſtantiâ. de Nat.Deor.l.1.p.10.
Eadem imbecillitate, & inconſtantiâ Luc. Tabullum fuiſſe, quàm illum. de Fin.l.4.p.246.

Indicandi. Indicij. Aperiendi. Manifeſtandi. Patefaciendi. Significandi.

Anzeigen/ Anbringen/ Offenbaren/ Entdecken / Kunt machen/ Verkünden/ Verſtendigen/ Vor augen ſtellen.

M*E honeſtiùs eſt quam te palàm rem hanc facere.* Aſin. 4. 2. verſ.12.
Facite indicium, ſi quis vidit. Ciſt.4.2 v.9.
Anus indicium fecit de auro Aul.2.2.v.11.
Indictum hero facias meo. Moſt 3.2.v.58.
Nec quid id ſit, mihi certius facit. Men.5.2.v.12.
am mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio. Heaut. 2.4.v.4.

Nam

Nunc res indicium hæc fecit, quo pacto factum volueris. Hecyr. 4. 1.v. 3.
Continuò palam eſt, plenus rimarum ſum, hac atq; illac perfluo. Eunuch. 1. 2. v. 24.
Nemo eſt meorum amicorum hodiè, apud quem mea occulta, Clitipho, audiam. Heaut. 3. 3. v. 9.
Hi ſenes partim aperient in agendo, partim oſtendent. Adelph. Prol. v. 33.
Eo rem adducere, ut nihil divinatione opus ſit. pro Sext. Roſc. pag. 7.
Indicium nobis reliquit ſuæ voluntatis. de Invent. lib. 20. pag. 249.
Facere alicui indicium. in Verr. p. 219.
Referre aliquid ad aliquem. pro Aul. Cl. p. 67.
Scripſit, ſe ad te rem detuliſſe. Ep. Att. l. 12. p. 380.
Fac nos quàm diligentiſſimè certiores. Ep. Att. l. 1. p. 17.
Cùm ego antea ſignificarem tibi per literas. Epiſt. Att. libr. 2. pag. 15.
Indicium oſtendere. de Aruſp. reſp. p. 473.
Si id ipſum rudes & indocti indicare potuiſſent. Acad. libr. 2. pag. 7.
Omnibus rebus auditis, cognitis etiam illorum ſententijs indicaverunt ibid.
Habere indicium. Acad. l. 2. p. 17.
Poſt à Theophraſto Phalereus ille Demetrius, de quo ſupra feci mentionem. de leg. l. 2. p. 354.
Quoniam aſſenſionis mentiò facta eſt. de pet. Conſ. p. 397.
Non quo quiſq; incommodo affectus ſit, deprædicandum eſt. Qq. Tuſc. l. 3. p. 410.
Apertum eius ſcelus ante oculos omnium ponere. pro Sext. R. pag. 72.
Ita perſpicuum eſt, ut oculis indicare poſſitis. in Verrem pag. 136.
Timor eius, perturbatio, ſuſpenſus incertusq; vultus, crebra coloris mutatio; quæ erant antehac ſuſpicioſa, hæc manifeſta ac aperta faciebant. pro A. Cl. p. 25.
Omnia, quæ in diuturnâ obſcuritate latuerunt, ſic aperiam, ut ea cernere oculis videamini. pro A. Cl. p. 31.
Cùm illa coniuratio ex latebris & tenebris erupiſſet. Seſt. 6.
Res occultiſſimas aperire, in lucemq; proferre. Acad. l. 2. p. 33.

Quàm

Quàm ea ſerò prodierit in lucem? Brut.p.530.
Inter omnes conſtat. pro S.R.p.47.
Rem in medium vocare. pro A.Cl.p.26.
Res ipſa, & tam claris argumentis, & ſignis lucet. Mil.246.
Nunc iam eſt apertum, omnes iam patfecerunt. Philipp. libr. 3. p.398.

Indignandi. Indignationis. Iraſcendi. Iræ. Succenſendi, *Vide etiam* Offenſionis.

Erzürnen/Zörnen/Zornig ſein / Vnwillig ſein.

A *Trâ bili percita eſt.* Amph.2.2.v.95.h.e. μελαγχολᾷ: inſanit præ furore vel iracundiâ.
Iræ interveniunt. Amph.3.7.v.59.
Hominem ne congrediamur quæſo, priusquam iram decoxerit. Amph.ſc.DI voſtram v.15.
Irritabis crabrones. Amph.2.2.v.25.
Mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta. Aul.2.1.v.30.
Quanquam video, nonnullis videri Epicurum, ne in Athenienſium offenſionem caderet. de Nat.Deor.l.1.p.35.
Vix video præ irâ, adeò me iſthic hodie delirum fecit. Amph.ſc.voſtram.v.7.
Accendere aliquem irâ. Aſin.2.4 v.14.
Iracundia obſtitit oculis. Aſin.2.4.v.45.
Ea res malè habet. Aſin.5.7.v.16.
Non ego nunc mediocri iratus iracundiâ. Curc.4.3.v.1.
Tunc in fermento tota eſt, ita turget mihi. Caſin.5.v.17.
Neſcio quid ſe ſufflavit uxori ſuæ. Caſin.3.5.v.19.
Non placet mihi cœna, quæ bilem movet. Bacch.3.6.v.8.
Tota mihi turget uxor domi. Moſt.5.2.v.10.
Quo ſupercilio ſpicit? Aul.3.1.v.99.h.e. *quàm indignatur, & excandeſcit?*
Succenſere ob aliquid: & de aliquâ re. Bacch.4.4.v.39. & 3.4. v.39.
Neq; illi ſum iratus, neq; quicquam ſuccenſeo. Moſtell. 5.2.v.41.
Nimis ſermonis huius irâ incendor. Pſeud.1.2.v.67.

Iram in promptu gerere. Pſeud.1.5.v.34.

Non ego homo trioboli ſum, niſi ego illi maſtigia. Pœn. 1. 2. verſ. 168.

Quæ res? Pœn.5.4.v.27. Perſ.3.1.v.32. & 5.2.v.65. Indignantium formula. Sic Gulielmus cum ſuo Rolandio legẽdum putat. Aſin.1.1.v.8. *per Dium fidiũ! Quæ res?* Et infrâ eadem fabulâ 2.4.v.71. *Quæ res? tun' libero homini malè ſervus loquere?* Was iſt das vor ein Ding? Was ſoll das ſein?

Mea uxor propter illam tota in fermento iacet Merc.5.3.v.24. ἐν τῇ ζύμῃ κεῖσθαι dicebantur, qui animo eſſent ægro, quique iracundiâ turgerent. vide etiam Lexicon *Fermentum.*

Cruciatur cor mihi. Trin.5.2.v.45.

Ne ut in æſtu motitamur irâ. Truc.1.1.v 89.

Si quid peccatum, plumbeas iras gerunt. Pœn.3.6.v.18.

Tunc tibi Herculè Deos iratos eſſe oportet, quiſquis es. Rud. 4. 4.v. 103.

Redeo inde iratus atq; ægrè ferens And.1.1.v.106.

Hoc malè habet virum. And.2.6.v.5.

Commovi: Ich hab ihn erzürnet. And.2.6 v 25.

Iræ ſunt inter Glycerium, & gnatum And.3.3 v.20.

Ita magnæ ſc. iræ, ut ſperem poſſe avelli And.3.3. v. 21.

Meritò mihi nunc ego ſuccenſeo. Heaut.5.v. 42.

Præ iracundiâ non ſum apud me. Heaut.5.1.v.58.

Oſtendere illi volui, me ægrè pati. Adelph.1.2.v.63.

Vix ſum compos mei animi, ita ardeo iracundiâ. Adelph. 3. 2. v.12.

Vt iram in eos evomam omnes. Adelph.3. 2.v.14.

Adortus eſt iurgio fratrem apud forum de Pſaltriâ iſtac. Adelph. 3.4.v.41.

Omitte iſtam tuam iracundiam. Adelph.4.7.v.36.

Reprime iſtam tuam iracundiam. Adelph.4.7.v.36.

Si non rediiſſes, hæ iræ factæ eſſent multò ampliores. Hecyr. 3. 1. v.9.

Iram expedies. Hecyr.3.1.v.11.

Non maximas, quæ maximæ ſunt interdum iræ, iniurias faciunt. ibid.v.27.

Nam ſæpè eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt, cùm de eâdem causâ eſt iracundus factus inimiciſſimus. ibid.

Pueri inter ſeſe, quàm pro levibus noxiis, iras gerunt! Hecyr. 3. 1. v.20.

Fortaſſe

Fortaſſe unum aliquod verbum hanc inter eas iram conciverit Hecyr.3.1.v.21.

Ira inter eas interceſſit, quæ permanſit diu. Hecyr. .1.v.25.

Vnde ortum eſt initium iræ? Hecyr.3.2.v.16.

Incredibili re atq; atroci percitus ſum. Hecyr.4.3.v.17.

Tu quoq; protervè iracundus es. Hecyr.3.5.v.53.

Vide ne impulſus irâ pravè inſiſtas. ibid. v.34.

Quibus iris in illam nunc impulſus iniquus ſim? Hecyr.3. 5.v.35.

Irâ deceäit. Hecyr.3.5.v.55.

Irâ incendor. Hecyr.4.1.v.42.

Iram miſſam facere. Hecyr.5.2.v.14.

Citò ab eo hæc ira decedet. Hecyr.5.2.v 15.

Profectò in hac re nihil mali eſt, quod ſit diſſidio dignum. Hecyr. 5.2.v.16.

Ita ſum iratus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere. Phor.2.1.v.10.

Omnem vitam in aliquem derivare. Phor.2.2.v.9.

Minuere iram. Phor.2.3.v.88.

Iracundiam ſatura tuo ſanguine. ad Her.4.p.128.

Caius Lucilius homo tibi ſubiratus. de Orat.lib.1.p.288.

Toties omni animi motu concitor. de Orat.l.2.p.308.

Graviter exarſit. de Orat.l.3.p.452.

Lucilium poëtam in ſcenâ nominatim læſerat. ad Herenn. lib. 2. pag. 31.

Intellexi quid eum pupugiſſet. pro S.R.p.57.

Voluntatem alicuius lædere. pro S.R.p.87.

Oculos animamq; alicuius incendere. in Ver. p.412.

Tibi maximas gratias ago, cùm tantum literæ meæ potuerunt, ut his lectis omnem offenſionem ſuſpicionis deponeres. Epi.Fam. l. 13.p.409.

Si cuius animus in te eſſet offenſior. Epiſtol. Attic. libr. 1. pag.10.

Pergraviter illum eſſe offenſum. Ep. Att.l.1.p.14.

Offendere eius animum intelligebam. Ep.Att.l.1.p.15.

Mollis animus, & ad accipiendam & ad deponendam offenſionem. Ep.Att.l.1.p.31.

Omnes offenſiones iudiciorũ non ex meâ opinione, ſed ex hominum rumore protuli. pro A.Cl.p.62.

Stomacho iracundiaq; vehementi. Brut.p.591.

Vt iratum efficiat iudicem. de Partit p.231.

Acerrimè

Acerrimè ſubmoveri. pro Qu.p.10.
Exarſit iracundiâ ac ſtomacho. in Verr.p 239.
Dolore ardere, iracundiâ furere. in Verr.p.261.
Contrahere frontem. pro A.Cl.p.333.
Quò animi illorum iudicum in Craſſum incenderentur. pro A.Cl. p.63.
Stomachum alicui movere. pro Luc.Mur.p.23.
Ardere irâ. pro Cn.Plan.p.199.
Inflammare aliquem verbis. pro Dom.p.411.
Iracundiam ſubire. pro.Dom.p.435.
Incitatus iracundiâ. ibid.
Faſtidiosè alicui ſtomachari. pro Cn.Plan.p.'521.
Iſte moleſtè graviterq́ fert. Vat.89.
Omnia inflammatus egit triſtiſſimè verbis, voce maximâ. Vat. 101.
Nunc demùm mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur irâ. Cœl.106.
Iracundiæ ſerviam. Provinc.p 156.
Dij mihi iam ſunt irati. Piſ. 204.
Se nibi implacabilem inexplicabilemq́ præbuit. Piſ.217.
Odium cùm non reſtingueretis, huic ordini motum ignem ſubijcere non ſiviſtis. Rab.120.
Iracundiam cohibere. Marc.284.
Profectio animum tuum non debet offendere. Ligar.194.
Commoveri adoleſcens videtur. Lig. 296.
Cùm in omnibus cauſis gravioribus commoveri ſoleam vehementiùs, quàm videtur vel uſus, vel ætas mea poſtulare. Deiot. 306.
Non iam metuo, ne illi ſuccenſeas. Deiot. 310.
Omnis eum, quæ habetur contra eius voluntatem, oratio graviter offendit. Phil. 1.333.
His vos non ſcitis moveri: moleſtè fero. Phil. 1.376.
Inflammatus eſt irâ. Philipp. 12. pag.105.
Graviter & magno animo maledicta tua patietur. Sall.in Cic. p. 547.
Facere alicui ſtomachum. Ep.Fam.l.1.24.
Iucundiſſimis tuis literis ſtomachatus ſum in extremo. Ep.Fam. l.10.p.306.
Te miramur, cùm hæc reticueris, non potuiſſe continere iracundiam tuam. Ep.Fam.l.11.p.313.

Yy *Ignoſces*

Ignoſces iracundiæ meæ. Ep.Fam.l.12.p.371.

Puto te in hoc aut riſiſſe, aut ingemuiſſe, ut frontem ferias. Ep.Att. l.1.p.5. *Frontem ferire*, eſt *indignari.* Sic loquitur quoque Apuleius.lib. . Mileſ. *Imo de pectore cruciabile ſuſpirium ducens, dextrâ feriente frontem replaudens.* Vti quidem locum hunc reſtituit doctiſſimus Schottus l.1. Obſervat. c.5.

Quam ſi ille contemnit, & ſi bilem id commovet. Ep. Att. lib. 2. pag.55.

Ardet dolore, & irâ noſter Pompeius. Epiſt. Att.l.2.p.71.

Incipiunt præſentibus occultè iraſci. Att.l.4.p.309.

Quæ mihi maiore ſtomacho, quàm ipſi fuerunt. Att.lib. 8.pag. 137.

In hac peregrinatione ſæpè incenſum irâ vidi. Epiſt. Att. libr. 8. p.178.

Eum planè iracundiâ elatum. Att.l.10.p.309.

Scribis in ſuperatos iracundiam exercendam. Ep. Brut. p.527.

Occupatur animus ad iracundiam. Epiſt. Quint. Fratr. libr. 1. p.383.

Iure ei ſuccenſere poſſemus. Ep.Quint.p.603.

Quando mihi videatur voluntas eius obſtinatior, & in hac iracundiâ obfirmatior. Ep. Att. lib. 1.p.15.

Eo die Cato in Pompeium vehementer invectus eſt, cùm illius in me perfidiam increparet. Ep.Qu.Frat.l.2.p.604.

Multa dixi, quibus totus eſt exploſus. Ep.Qu.Fr.l.2.p.615.

Irâ inflammatum eſſe. de Nat.Deor.l.2.p.261.

Tùm Gracchus, ut è patre audiebam, incenſus irâ. de Nat. Deor. l.2.p.142.

Iracundiâ etiam multâ efferuntur. de Fin.l.5.p.261.

Quibus ego iram omnem recludam. de Nat.Deor.l.3.p.142.

Placare donis iram Deorum. de leg.l.2.p.328.

Iracundiâ graviore, atq; atrâ bile moveri. Quæſt. Tuſc. lib. 3. pag.380.

Corq; meum penitùs turgeſcit triſtibus iris. Acad. Quæſt. lib. 3. p.381.

Iracundè cum aliquo agere. Quæſt. Tuſc.l.3.p.398.

Irâ excandeſcere. Qu. Tuſc.l.4.p.430.

Niſi ſtomacham cœperit. Qu. Tuſc.l.4.p.433.

Efferri irâ. ibid.

Iracundè facere. ibid.

Iracundiâ inflammatum eſſe. ibid.

Quid

Quid huc adhibetis iram? Qu. Tuſc. l. 4. p. 434.
Removere iracundiam. Qu. Tuſc. l. 4. p. 436.
Ne ira aut exiſtat, aut tale quid appareat. Off. 54.
Iracundiam repellere. 1. Off. p. 55.
Ira procul abſit, cum quâ nihil rectè fieri, nihil conſideratè conſtat. ibid.

Ingenij. Indolis. Naturæ. *Vide etiam* Morum.

Natur/Art/Vnart/Geſinnet/ Genaturet.

N*Eq; quiſquam eſt tam ingenio duro, nec tam firmo pectore.* Aſin. 5. 2. v. 94.
Non hac inſulſum habet ingenium Mil. 4. 2. v. 79.
Cum ingenijs conflictatur eiusmodi. And. 1. 1. v. 69.
Ab ingenio eſt improbus. Truc. 4. 3. v. 50.
Ita ſum. Rud. Prol. v. 3. Bacch. 5. 2. v. 61.
Ita ſum, quid ad te attinet? Perſ. 2 3. v. 13.
Neu colas, neu imbuas ingenium: meo modo, & moribus vivito. Trin. 2. 2. v. 16. Sic Cap. 1. 2. v. 37. *Antiquis adoleſcunt moribus.* Vide Lex. Plaut.
Quis non credat, qui novit te, abs te eſſe ortum. Andr. 3. 2. v. 9.
Non ſatis me pernoſti, qualis ſim, Simo. Andr. 3. 2. v. 123.
Tuum animum ex animo ſpectavi meo. And. 4. 1. v. 21.
Ad ingenium redis. Hecyr. 1. 2. v 38.
Qua hac coniuratio, ut omnes mulieres eadem aquè ſtudeant, velintq; omnia? Hecyr. 2. 1. v. 2.
Neq; declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam reperias. ibid.
Eſſe adverſas aquè ſtudium eſt, ſimilisq; eſt pertinacia. ibid.
Ædepol na nos aquè ſumus omnes invisa viris, qua omnes faciunt, digna ut videamur malo. ibid.
Ita animum induxerunt, ſocrus omnes eſſe iniquas. ibid.
Ita plerią; ingenio ſumus omnes. Phor. 1. 3. v. 20.
Quot homines, tot ſententia: ſuus cuiq; mos: Eim jeglichen Narren gefellt ſein Kappen. Viel Köpf viel Hütt. Phor. 2. 4. v. 14.

Adeón' e ingenio te eſſe duro, atq; inexorabili, ut neq; miſericordiâ; neq; precibus moveri queas. Phorm.3.2. v.42.

Summi homines, ac ſummis ingeniis præditi. de Orat. libr. 1.pag. 270.

Ingenio atq; arte valent. de Orat.l.1.p.299.

Teneat oportet venas cuiusq; generis, ætatis, ordinis : Eines jeden art vnd natur wiſſen/ vnd vernemen. de Orat. lib. 1. p.329.

Vt eas res non penitùs acri vix ingenio cernat. de Orat.lib.3.pag. 488.

Longè plurimum valuiſſe ingenio videtur. Brut.p.535.

Præſtantiſſimum ingenium contulerat ad ſummam iuris civilis ſcientiam. Brut.p.570.

Summo eſſe ingenio. ibid. p.581.

Vir eſt acerrimo ingenio. Orat.ad Brut.p.627.

Ingenij præſidijs muniri. in Verr.p.485.

Vt eum, etiamſi natura à parentis ſimilitudine abriperet, conſuetudo tamen ac diſciplina patri ſimilem eſſe cogeret. in Verr. 499.

Ita natus eſt, ita educatus, & animâ, & corpore. in Verr. p.474.

Sic ab initio fui animatus. Orat. antequam iret in exil. pag. 365.

Summi poetæ ingenium non ſolùm arte ſuâ, ſed etiam dolore exprimebat. Seſt.59.

In eo eius ingenium elucere videbatis. Cœl.109.

Efflore ſcit ingenij laude ætas. Cœl.25.

Adoleſcentes magni ingenij refrænandi ſunt. ibid.

Is hebeti ingenio eſt. Phil.l.1.

Habui non temporum ſolùm rationem meorum; ſed etiam naturæ. Epiſt.Fam.l.2.p.53.

Non ita abundo ingenio, ut te conſoler. Ep.Fam.l.4.p.104.

Ingenium eius melioribus extuli laudibus, quàm tu id ferè fieri potuiſſe putas. Ep.Fam.l.51 p.489.

De ingenio eius valdè benè exiſtimavi. ibid.

Si non plus ingenio valebas, quàm ego. Epiſt. Attic. libr. 3. p.95.

Floruit acumine ingenij, admirabili lepore dicendi. Acad. libr. 2. p.1.

Chryſippus quidem, quanquam eſt acerrimo ingenio. de Nat.D. l.2.p.56.

Natu-

Naturam eam, quæ res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere. de Nat. Deor. l. 2. p. 62.

Si à primis inchoatisq; naturis ad ultimas perfectasq; volumus procedere. de Nat. Deor. l. 2. p. 65.

Abundantiâ quâdam ingenij præſtabat. de Natur. Deor. lib. 2. p. 66.

Auditor eius, quanquam acri erat ingenio. Acad. Quæſt. lib. 1. p. 90.

Si ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferamus. de l. 1. p. 8.

Animo quieto naturæ deſideria ſatiare. de Fin. l. 2. p. 178.

Omnem naturam eſſe conſervatricem. de Fin. l. 2. p. 260.

Natura ab ijs ſic inveſtigata eſt, ut nulla pars cœlo, mari, terrâ prætermiſſa ſit. de Fin. l. 5. p. 261.

Nemo dubitare poteſt, quin ad eas res hominum natura nullo emolumento invitata rapiatur. de Fin. l. 5. p. 271.

Quantum Ariſtoxeni ingenium conſumtum videmus in Muſicis. de Fin. l. 5. p. 273.

Ingenij & mentis acie frui. de Fin. l. 5. p. 276.

Quæ natura obſcuritate occultantur. de Fin. lib. 5. 273.

In infirmâ ætate imbecillaq; mente, vis naturæ per caliginem cernitur. de Fin. l. 5. p. 17. 69.

Excellentibus ingenijs præditi. Quæſt. Tuſculan. libr. 1. pag. 305.

Hebeti eſſe ingenio. Qu. Tuſc. lib. 5. p. 468.

Naturæ bonitate vinci. 1. Off. p. 5.

In hoc naturam debemus ducem ſequi. 1. Off. p. 11.

Nihil à ſtatu naturæ diſcedes. 1 Off. p. 28.

Suum quisq; noſcat ingenium. 1. Off. p. 45.

Natura id non feret. ibid.

Naturam, ſi ſequemur ducem, nunquam aberrabimus. 1. Off. p. 40.

Animi motus probandi ſunt, qui ad naturam ſunt accommodati. ibid.

Contra naturam univerſam nihil contendamus, eâ tamen conſervatâ propriam naturam ſequamur. 1. Offic. pag. 44.

Nos ſtudia noſtra naturæ regulâ metiamur. ibid.

Neq; etiam naturæ attinet repugnare, nec quicquam ſequi, quod aſſequi nequeas. ibid.

Nihil decet invitâ Minervâ (ut aiunt) hoc eſt adverſante, & repugnante naturâ. ibid.

Aliorum naturam imiteris, omittas tuam. 1. Off. p. 45.

Ingratitudinis. *Vide ſupr.* Gratias agendi.

Vndanckbar ſeyn.

I*Ngrata atq; irrita eſſe intelligo, quæ dedi, & quod benefeci.* Aſin. 1. 2. v. 10.

Sed ut acerbum eſt, pro benefactis, cùm mali meſſem metas! Epid. 5. 2. v. 51.

Siccine mihi abs te merenti maleˀrefertur gratia? Pſeud. 1. 3. v. 85.

Improbus eſt homo, qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit. Perſ. 5. v. 10.

Invidiæ. Inimicitiæ. Odij. Moleſtiæ. Simultatis.

Haß / Neid / Feindſchafft tragen / Mißgunſt / Feindſehlig / Zwietracht / Zwieſpalt / Mißverſtandt / Abhold ſeyn.

I*Nvidiâ minore uti.* Aul. 3. 5. verſ. 8.

Vbi odium occeperit, illam extrudet. Ciſt. 2. 1. v. 55.

Te utor iniquiore. Aul. 2. 2. v. 55.

Iubet illum eundem perſequi. Ciſt. 1. 3. v. 5.

Sibi inimicas magis, quàm ætati tuæ. Men. 4. 3. v. 1.

Diſtingue inimicitias cum improbo. Pœn. *ſc.* Tuam rem. verſ. 23.

Odio enicare aliquem. Aſin. 5. 2. v. 71.

Haud falſum nos odioſas haberi. Aul. 2. 1. v. 4.

Nam odio es nimiùm familiariter. Epid. 1. 1. v. 2.

Odioſus es mihi. Bacch. 1. 2. v. 28.

Odiſſe aliquem peius. Mil. 2. 1. v. 50.

Odiſſe

Odiſſe aquè atq; angues. Merc.4.4.v.71.
Ne inviſas habeas. Rud.3.3.v.38.
Vt ſine labore hanc extraxi: præfiſcine. Rud. 2. 5. v. 4. Vide Lex. Plaut.
Enicas me iam odio, quisquis es. Rud.4.3.p.7.
Veritas odium parit. Andr.1.1.v.39.
Miris modis odiſſe aliquem. Hecyr.1.2.v.104.
Me capit odium tui. Hecyr.2.1.v.22.
Capit illa odium mei. Hecyr.4.7.v.4.
Invidere omnes mihi, mordere clanculum. Eunuch.3.1.v.20.
Mihi qui malè volunt. Eunuch.4.3.v.14.
Inviſos nos illis eſſe ſentio. Hecyr. 3.1.v.48.
Scio his fore meum conſpectum inviſum hodiè. Hecyr. 5. 2. verſ. 22.
Non ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omnes homines. Andr. 4. 2.v.11.
Non tu dixiſti, inter eos inimicitias? And.5.2.v 11.
Potiùs quàm te inimicum habeam, faciam. Eunuch. 1. 2. verſ. 99.
Alienus eſt à noſtrâ familiâ. Adelph.3.2.v.27.
Cum puellâ anum ſuſcepiſſe inimicitias. Hecyr. 4. 4. verſ. 36.
Nunquam tam graves ob hunc inimicitias caperem in noſtram familiam. Phorm.2.3.
Tuo viro oculi doleant. Phor.5.9.v.64.
Si vos in odium adducemus. ad Heren.l.1.p.7.
O virtutis comes invidia, quæ bonos inſequeris plerumq; atq; adeò inſectaris. ad Heren.l.4 p.103.
Odium excitare dicendo volui. de Orat.l.7.p.398.
Niſi te ipſum flagrantem odio antè viderit. de Orat. lib. 2. pag. 398.
Odium in aliquem ſtruere de Orat l.2.p.405.
Odio parenti filius eſt. pro S.Roſc.p.50.
Odium acerrimum patris in filium oſtenditur. pro Sext. Roſc. p.53.
At incenſus parens potuit animum inducere, ut naturam ipſam vinceret, ut amorem illum penitus inſitum eijceret ex animo. ut deniq; patrem ſe eſſe obliviſceretur? pro Sext.Roſc. p.24.

Odio atq; acerbitate ſcitote nationibus exteris futurum, ſi iſtius hæc tanta iniuria impunita diſceſſerit. in Verrem pag. 444.

Magno in odio apud exteras nationes ſumus. pro Leg. Man. p. 65.3.

Eſſe in aliquem hoſtili odio, & crudelitati. pro Aul. Cluent. pag 7.

Eſſe alicui in odio. pro A.Clu.p.50.

Acerbè & penitùs aliquem odiſſe. pro Aul. Cluent. pagin. 77.

Nomen imperij in commune odium orbis terræ vocabatur. contra Rull.p.92.

Odio promoveri. in L.Catil.p.171.

Non odio bonorum, ſed invidiâ premor malorum. in Orat. ante exil.p.360.

Odium in aliquem concipere, continere odium. In aliquem deflectere odium. in Oration. poſt reditum pagina 369. 370.

Quid fortiter in inimicitijs gerendis fecerit. ad Herenn. lib. 3. pag.59.

Cuius causâ ſuſceperit inimicitias. ibid.

Sunt mihi cum illo inimicitiæ. pro Sex.Roſc.p.54.

Inimicitias tibi cum illo fuiſſe & magnas rei familiaris controverſias. pro Sex.Roſc p.66.

Inimicitias exercere. Verr.p.116.

Cum multis graves inimicitias gerere. in Verr.p.133.

Si eos in invidiam adducemus. ad Herenn.l.1.p.7.

Non vidit ardentem invidiâ ſenatum. de Orator, libr. 3. pag. 454.

Ex invidiâ laborare. pro S.R p.49.

Invidiâ aliorum onerari. in Verr.p.126.

Invidiam inflammare, infamiæ ſuccurrere. in Verrem pag. 136.

In invidiam ſeſe maleficijs adducere. in Verr.p.139.

Flagrare invidiâ. in Verr.p.222.

Invidiam ſuſtinere. in Verr.p.346.

Sic eſt hic ordo, quaſi propoſitus atq; editus in altum ab omnibus ventis invidiæ circumflari poſſe videatur. in Verr.pag. 348.

Invideo

Invideo tuis commodis. in Verr. p. 406.
Invidiam concitare in aliquem. in Verr. p. 444.
Aucupio verborum literarum tendiculas in invidiam vocant. pro Cæcin. p. 612.
Nihil eſt homini tam timendum, quàm invidia. pro Aul. Cluent. pag. 5.
Flagrare invidiâ. pro Aul. Cluent. p. 61.
Invidiâ præſens incendium reſtinguere. pro A. Cluent. p. 62.
Satis multos annos ex invidiâ laboravit. pro Aul. Cluent. p. 91.
Invidiam deponere. Contra Rull. p. 130.
Conflare invidiam. in Luc. Catil. p. 174.
Molem invidiæ vix ſuſtinere. in Luc. Catil. p. 774.
Invidiâ, incendio, conflagrare. in Luc. Catil. p. 176.
In invidiam vocari. pro Luc. Syl. p. 33.
Ex bellicâ victoriâ non ferè quenquam eſt invidia civium conſecuta. Seſt. 26.
Viros fortes, & de republicâ benè meritos in invidiam vocarunt. Seſt. 69.
Hic flagrat invidiâ propter interitum. Seſt. 69.
Mors extinxit invidiam. Corn. 131.
Hic locus affert invidiam. Deiot. 319.
Tu iſtam invidiam in me concitare vis. Phil. 2. p. 360.
Apud illos me in invidiam vocaſti. Phil. 2. 361.
A ſui ſimilibus invidiam aliquam in me commoveri putat. Phil. 3. 391.
Non invidebit hicce meæ gloriæ. Phil. 6. 432.
Ex communi infamiâ juventutis aliquam Cælio invidiam conflare voluit. Cæl. 101.
Gloria conſequetur invidiam. in Sulp. 550.
Qui mihi invidiam putaſti parare ex meâ re familiari. In Sulp. 553.
Adducere aliquem in ſummam invidiam. Epiſt. ad Famil. lib. 1. pag. 6.
Vocare in invidiam. Ep. ad fam. l. 5. p. 141.
Magnam invidiam illis faceremus. Ep. ad fam. lib. 11. p. 321.
Subire invidiam. Ep. ad fam. 15. p. 470.
Balbum levari invidiâ per nos velim. Epiſtol. ad Attic. lib. 15. pag. 406.
Cur rapui in invidiam? Acad. l. 2. p. 69.
Quæq; is de Dijs immortalib. dixerit, invidiæ deteſtandæ gratiâ di-

xiſſe. De Nat. Deorum lib.1.pag. 49.

Ille inimicitias non ſolùm ſuſcepit propter ſalutem meam, ſed etiam appetivit. de Aruſp.p.464.

Inſitas inimicitias, gentes omnes & habent, & gerunt cum populo. pro Font.p.578.

Quid huic cum mâtre fuerit ſimultatis, audiviſtis. pro Au. Cluēt. pag. 9.

Habere cum aliquo ſimultates. pro Aul. Cluent. p.40.

Veteres inimicitias deponere. pro Aul. Cluent. p.86.

Suſcipere inimicitias novas pro Aul. Cluent. pag. 86. & in Luc. Catil.p.183.

Iuſtiſſimas inimicitias cum aliquo deponere. pro Luc. Flacco pagina 263.

Novas alicui inimicitias, nullâ acceptâ iniuriâ denunciare. Ibid.

Simultates cum aliquo exercere. pro Luc. Flacc. p.299.

Alicui ſe inimicum oſtendere. in Orat. ante exil. p.363.

Profiteri ſe inimicum. Ibid.

Simultates cum aliquo habere. pro Cn. Planc. p.527.

Qui à me nullo meo merito, alienus eſſe debebat, inimiciſſimus meæ ſaluti ab eodem quotidianis concionibus dicebatur. Sect. 20.

Tribunum popularem à ſe alienare volebant. Sect. 21.

Inimicitiæ ſibi mecum ex Reipublicæ diſſenſione, ſuſceptæ ſunt. Sect. 27.

Intercedunt mihi cum mulieris iſtius viro inimicitiæ. Cœl. 103.

Mulieris ſunt mihi gerendæ inimicitiæ. Cœl. 103.

Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? Provinc. 164.

Ipſas iam inimicitias, reipublicæ causâ depono. Provinc. 164.

Cùm à te animo eſſet alieno. Deiot. 314.

Inimicitias hominum more gerere poteratis. Deiot. 317.

Ipſe Pompeium à meâ familiaritate disjunxit. Phil. 2. 377.

Multis verbis, & operâ meâ Pompeius à Cæſaris amicitiâ eſt disjunctus. Phil. 2. 347.

Hanc tibi conſuetudinem in rebus detraxit. Phil. 10. 467.

Suſcipere inimicitias. Ep. ad fam. l.2. p.58. & l. 3. p. 81.

Si me audies, vitabis inimicitias. Ep. fam. lib.2. p.59.

Vt tuis inimicitijs ſuſcipiendis obliviſceretur patroni omnium fortunarum ac rationum ſuarum. Ep. fam lib.3. p.80.

Nunc ſi ad illam ſummam ſeveritatem legitimum ius exegeris, cavendum

vendum tibi erit, ne parùm ſimpliciter & candidè poſuiſſe inimicitias videare. Ep.fam.lib.8.p.211.

Vocemus te ad nullas inimicitias. Epiſt.fam.lib.11.p.324.

Nam ut illa omittam, quæ civitate teſte feciſti, cùm mecum inimicitias communicaſti. Epiſt.fam.lib.15.p.438.

Mirandum in modum eſt animo abalienato. Epiſt. Attic.libro 1. pag.8.

Si conſules à nobis alieniores eſſe velint. Epiſt.Attic. libro 3.pagina 104.

Qui ſimultatem humaniſſimè deponeret. Epiſt.Attic.lib.3. p.104.

Ex quo inimicitias maximas ſæpè inter amiciſſimos extitiſſe. de Amic.p.197.

Magnum malum eſt, in tantis rebus à Pompeio diſſidere. Ep. Att. l.7.p.208.

Ne etiam in graves inimicitias, convertant ſe amicitiæ. de amicit. pag 212.

Totum ſe abalienavit à te, eaq; de causâ, qua me quoq; ſibi inimiciſſimum reddidit. Ep.Att.l.14.p.456.

Qui mihi inimicitias putet ſubeundas periculoſas fuiſſe. pro Quint. Frat.lib.3.p.636.

Paternas inimicitias magnâ cum gloriâ eſt perſecutus. Acad. Qu. lib.2.p.3.

Inimicitias ſuſcipere volunt. 1.offic.p.13.

Odio everti. pro L.Syll.p.307.

Placavi odia improborum. pro domo p.418.

Iniuſtum nefarijs mentib. bonorũ odiũ retinebat. pro domo p.437.

In Clodium non eſt hodiè meum maius odium, quàm illo die fuit. de Aruſp.Reſp.p.463.

Odium in me mediocre inimicorum fuit. pro Cn.Plan. p.515.

Iracundia inflammat me eorum ſcelere. Seſt.4.

Elatus odio meo, & Reipub. Seſt.55.

Vix homines odium ſuum à corpore eius impuro, atq; infando repreſſerunt. Seſt.58.

Fui paulò in te intemperantior fortaſſè, quàm debui. odio enim tui incitatus ſum. Vat.73.

In quo odio etſi omnes propter tuum in me ſcelus ſuperare debeo, tamen ab omnibus vincor. Vat.73.

Crudelitatem veſtram, & odium diuturnum, quod in bonos iam inveteratum habebatis, ſaturare cuperetis. Vat.76.

Dico eſſe odio civitati, non tàm tuo, quàm Reipub. nomine. Vat.77.

Quem

Quem tu propter commune odium in bonos oderas. Vat. 83.
Nimis acerbo odio nititur. Cæl. 91.
In quoddam odium iniuſtum vocatus eſt. Cœl. 102.
Magnum rurſus odium video cum crudeliſſimo diſſidio extitiſſe. Cœl. 103.
Vis in ſuſcipiendis, & in gerendis inimicitijs efferbuit. Cœl. 125.
Omnes inimicitias odiumq; à ſeſe propulſavit Cœl. 125.
Diſſidet à populo Romano odio quodam & diſſidio. Corn. 137.
Veſtras inimicitias ipſi inter nos geramus. Corn. 153.
Ab illis eos maioribus diſcordijs avocarem. Corn. 153.
Quæ fuerunt inimicitiæ graviores in civitate. Prov. 165.
Omne odium incluſum nefarijs ſenſibus impiorum in me profudiſtis. Piſ. 184.
Odium, quod in ipſum attulerant, id in eius imaginem ac ſimulacrum profuderunt. Piſ. 219.
Magno illi odio fuit. Mil. 244.
Omnia in illum odia civium ardebant deſiderio mei. Mil. 238.
Odium illius in hunc fuit acerbiſſimum. Mil. 242.
Sanguine inimici explevit odium ſuum. Mil. 247.
Odio inimicitiarum mearum inflammatus libentius hæc in me evomere videbatur. Mil. 253.
Odium cùm non reſtingueretis, huic ordini novum ignem ſubjeciſtis. Rab. 270.
Qui non inflammat odium ſuum fortunâ, ſed bonitate lenit. Marc. 291.
Externi mores iſti uſq; ad ſanguinem incitare ſolent odium Græcorũ. Ligar. 297.
Ne ullam partem iracundiæ in te reſidere ſuſpicemur. Deiotaro. 309.
Qui ullas reſediſſe in te ſimultatis reliquias ſenſerit. Deiotaro. 309.
Omnium gentium odia in ſe convertit. Deiot. 313.
Quo facto tantum te cepiſſe odium regni videbatur. Phil. 2. 373.
Ardet odio veſtri. Phil. 4. 401.
Advolet ad urbem odio ardens animo hoſtili in omnes bonos. Phil. 5. 423.
Pœnitet eos profeſſos eſſe, & præ ſe tuliſſe odium in Antonium. Phil. 12. 496.
Marius in iracundiâ perſeverat. Phil. 11. 477.
Omnes inflammati odio ſunt. Phil. 8. 453.

Indixi

Indixi ipſi inimicitias. ibid.

Ex quo mihi odium in illum commune eſt vobiſcum. Phil. 12.501.

Mediocre ſuberat odium. Phil.12.505.

Ad confligendum incendit juſtum odium. Phil.13. 509.

Amiſſa eſt culpâ eorum, qui à ſenatu, & ordinem conjunctiſſimum, & hominem clariſſimum abalienaverat. Epiſtol. ad Fam.lib. 1. pag.19.

Multorum odia, atq; inimicitias Reipub. causâ ſuſcepimus. Epiſt. ad Fam.Att.lib.1 pag.23.

Memmij expromſit odium. Ep.ad Att.lib.7. p.61.

Nunc repente tanto in odio eſt omnibus. Epiſtol. Attic. libro 2. pagina 71.

Magnum odium Pompeij ſuſcepiſtis. Ep. Att.l.6.p.177.

Odio improborum rurſus in nos, quæ iam extincta erant, incendamus. Ep.Att.l. 9.p. 266.

Amantes patriæ mare infeſtum habebimus. Epiſt. Attic. libro 9. pag. 301.

Vt in odium acerbiſſimum venerit. Ep.Att.l.10. 315.

Ego Appium (ut ſæpe tecum locutus ſum) valde diligo, meq; ab eo diligi ſtatim ceptum eſſe, ut ſimultatem depoſuimus, ſenſi. Ep. ad fam.l.2. p.49.

Patere obſecro, te videri pro republicâ geſſiſſe ſimultatem cum patre eius. Ep. Att.l.54.p.446.

Honeſtius & libentius deponimus inimicitias. Ep. Att.lib. 14.pagina 447.

Vt ne quas inimicitias reſidere in noſtris familijs arbitretur. Epiſt. Att.lib.14.p.448.

Ex quibus nonnullas ſimultates cum meâ magnâ lætitiâ ſuſceptas habemus. Epiſt. Q. Fratr.lib.1.pag. 575.

Legerunt ſummo in odio illum fuiſſe Cæſari. Att. libro 11. pagina 344.

Vt eorum odium ſubeam. Ep.Att.l.11.p.354.

Quintus averſiſſimo à me animo patris fuit. Epiſt.Attic. libro 11. pag. 238.

Ego dubitem, quin ſummo in odio ſim? Ep. Att.lib.1.435.

Extare volebam in crudeliſſimos hoſtes monimenta odij publici ſempiterna. Ep.Brut.p 555.

Odio univerſi populi afflictus eſt. Ep.Qu.Fratr.l.3. p.631.

Vt eius iſta odia non ſorbeam ſolùm, ſed etiam concoquam. Epiſt. Qu.Frat.l.3.p.643.

Iuſto

Iuſto odio digniſſimos eos ducimus. de finib. lib.1. p.161.
Ne in odium veniam, ſi amicum deſtitero tueri. De finib. libro 1. pag. 161.
Odium & invidiam facile videbis. De finib. lib.1. p.163.
Caij Marij ſitas reliquias apud Anienem diſſipari juſſit Sylla victor, acerbiore odio inflammatus. De legib. l.2. p.343.
Odio ſunt tribulibus ſuis. De pet. Conſul. p. 394.
Nec verò criminibus falſis in odium, aut invidiam quemquam vocabit. 1. Off. pag. 55.
Qui in odia hominum incurrunt. 1. off. p. 59.

Iniquitatis. Iniuriæ. Iniuſtitiæ.

Vnbillich/ Vnrecht/ Gewalt.

INjuriam alicui facere. Mil. 2.6.v.67.
Paterer fieri apud me vicino meo tam inſignitè iniuriam? Mil. 2. 6. v. 77.
Item ut tu mihi feciſti, ob nullam noxiam. Pœn. 1.1.v.15.
Quis eſt, qui noſtris tam protervè foribus facit iniuriam? Rud. 2. 4. verſ. 1.
Quid ijs iniqui fit? Rud. 3.2.v. 33.
Tanta importunitas, tantaq; iniuria facta in nos eſt. Rud. 3.3. v. 6.
Eo ſumus gnatæ genere, ut deceat nos eſſe à culpâ caſtas. Pœn. 5. 4. verſ. 13.
Ea primum ab illo animadvertenda iniuria eſt. Andr. 1. 1. verſ. 125.
Veritus eſt optimæ adoleſcenti facere iniuriam. And. 1.2.v.8.
Adeamne ad eum, & cum eo iniuriam hanc expoſtulem? And. 4.1. verſ. 15.
Remittas me onerare injurijs. And. 1.1.v.18.
Æſchinus in hac re nobis aliquã facit iniuriam. Adelph. 1.7. v.68.
Iniurias alicuius ferre. Hecyr. 3. 1.v.21.
Inſcitum offerre iniuriam tibi immerenti iniquum eſt. Hecyr. 5. 1. verſ. 4.
Vereor hera, ne ob ſuaſum indignè iniuriâ afficiatur. Phor. 5. 1. v. 3.
Cum eo Accius iniuriarum agit. Ad Heren. l.1. p.16.

Iniuria.

Iniuriarum ſatis feciſti. ad Herenn. lib. 4. p. 103.
Iniuria abs te afficior indignè, pater. ad Herenn. lib. 2. p. 42.
Multis iniuriis agitari jactariq;. Pro Quint. p. 3.
Inſignem accipere iniuriam. pro Quint. p. 9.
Iniuriam alicui ponere. Pro Quint. p. 35.
Iniuriam novo ſcelere conflare. pro Sext. Roſc. p. 37.
A ſe iniuriam propulſare. pro Sext. Roſc. pag. 57 & pro Cn. Planc. pag. 509.
Talem iniuriam accipere, quam nullâ lege ſatis dignè perſequi poſſis. in Verrem. pag. 109.
Serpit iniuria, conſuetudo. in Verr. pag. 245.
Iniurias perſequi in Verr. p. 227.
Iniurias ferre. ibid.
Omnes iniurias alicuius reſcindere, & irritas facere. in Verr. pagina 249.
Multis eum factis decretiſq; iugulaſti. ibid.
Iniquitates ferre. in Verr. pag. 3 9.
Cumulare aliquem aliis maioribus iniuriis. in Verr. p. 343.
Non eſt mei temporis, iniurias meminiſſe, quas ego, etiamſi ulciſci poſſem, tamen oblivîſci mallem. Orat. poſt red. p. 398.
Iniuriâ laceravi omni. in Verr. p 398.
Iniurias, contumeliaſq; alicui imponere. in Verr. pag. 420.
Iniuriam, ignominiamq; neminis invitam, impunitamq; dimittere. in Verr. p. 550.
Levari iniuriâ. pro Cæcinnâ p. 616.
Acceptam iniuriam perſequi non placet. pro Luc. Mur. p. 219.
Iniuriam alicui facere. in Orat. ante exilium. p. 362. & Ep. fam. l. 3. pag. 73.
Vlciſcendæ iniuriæ facilior ratio eſt, quàm beneficii remunerandi. Orat. poſt reditum. p. 379.
Ille iniuriam in noſtros ſocios intulit. Seſt. 30.
Multæ inferuntur iniuriæ. Seſt. 68.
Nunc quæro, utrum veſtras iniurias an Reipubl. perſequamini. Lig. 203.
Iniuriam viro fecimus. Phil. 9. 46. 1.
Omnes belli iniurias æquo animo patitur. Phil. 12. 498.
Maiorem iniuriam Reipub facere non poteſt. in Salluſt. 554.
Cæteris iniuriis, quæ propoſitæ ſunt à Catone, facile, ut ſpero, reſiſtemus. Ep. fam. l 1. p. 12.
Graviſſimas iniurias voluntariâ oblivione contriveram. Ep. fam lib. 3.

Iniuriam

Injuriam mihi fieri putabam, cùm rogabar. Epiſtol. fam. libro 4. pag. 104.

Deſerere aliquem ab injuriâ. Ep. fam. lib. 5. p. 118.

Injuriâ affici. Ep. fam. lib. 5. pag. 118.

Cæſar adhuc mihi injuriam facit. Epiſtol. fam. libro 5. pagina 178.

Fortiter inferre injuriam. Ep. fam. lib. 5. p. 150.

Dolere iniurias. Ep. fam. lib. 8. pag.

Vlciſci iniurias. ibid.

Tu velim animo ſapienti fortiq; ſis, ut tua moderatio, & gravitas aliorum infamet iniuriam. Ep fam. lib. 9 p. 213.

Nos, Antoni, te nullâ laceſſivimus iniuriâ. Epiſt. fam. lib. 17. pagina 351.

Iniurias perpeti, & cum contumeliâ etiam noſtrâ omnia prius experiri malui. Ep. fam. lib. 12. p. 370.

Iniuria, quam accepiſti, dolore me affecit. Epiſtol. Fam. libro 13. pag. 386.

Provinciam ab iniuriâ defendere. Epiſt fam. lib. 13. p. 386.

Ferre iniuriam. Ep. fam. l. 12. p. 370.

Syllani temporis iniuſtiſſimâ calamitate dolui, & cum iis, qui ſimilem iniuriam acceperant. Ep. fam. lib. 13. p. 391.

Scito nihil tam exercitum eſſe, quàm candidatos omnib. iniquitatibus. Ep. Att. lib. 1. p. 15.

Honorificis verbis omnes iniurias revellimus. Epiſt. Attic. lib. 10. pag. 318.

Vt aliquam accipiamus ab iſtis iniuriam. Epiſt. Attic. libro 10. pag. 326.

Noli pati à neceſſariis tuis neceſſario meo iniuriam fieri. Ep. Brut. pag. 543.

Et gravi commotâ iniuriâ, cuius ſi maiorem aliquam leuationem reperire poſſem, non ad hanc potiſſimam confugiſſem. De nat. l. 1. pag. 6.

In homines adiungere iniuriam. De nat. Deorum. libro 3. pagina 150.

Cum amicis iniuriam adiungere. De finib. l. 1. p. 109.

Qui decrevit tantis per ſe minus iniuria ſuo gnato facere. De finib. lib. 5. p. 261.

Iniuria facienda poteſtatem alicui adimere. De legib. libro 2. pagina 357.

Iniuriâ laborare. Qu. Tuſc. l. 4. p. 420.

Lædere

Lædere aliquem iniuriâ. Quæſt. Tuſc. lib. 4. p. 421.
Nam cùm accipere, quàm facere præſtat iniuriam tum &c. Quæ. Tuſc. l. 5. pag. 472.
Ne cui quis noceat, niſi laceſſitus iniuriâ 1. Offic. p. 11.
Iniuriæ, quæ nocendi causâ de induſtriâ inferuntur, ſæpè à metu proficiſcuntur. 1. Offic. p. 12.
Fugienda ſemper eſt iniuria. 1. Offic. p. 12.
Adducantur plerique, ut eos juſtitiæ capiat oblivio. 1. Offic. pagina 12.
Ab ijs, quibus infertur, non propulſant iniuriam. Ibidem.
Iniuſtè impetum in quendam facit. Ibidem.
Permultum intereſt, an conſultò, an cogitata fiat iniuria. 1. Offic. pag. 13.
Leviora ſunt, quæ repentino aliquo modo accidunt, quàm ea, quæ meditata, & præparata inferuntur. Ibidem.
Ac de inferendâ quidem iniuriâ ſatis dictum eſt. Ibidem.
Suum ſe negotium cogere dicunt, ne facere cuiquam videantur iniuriam. 1. Offic. pag. 14.
Dum alterò iniuſtitiæ genere vacant, in alterum incurrunt. Ibidem.
Exiſtunt iniuriæ ſæpe calumniâ quadam. 1. Offic. pag. 16.
Sunt quædam officia etiam adverſus eos ſervanda, à quibus iniuriam acceperis. 1. Offic. pag. 16.
Haud ſcio, an ſatis ſit, eum, qui laceſſierit, iniuriæ ſuæ pœnitere, ut ipſe, ne quid tale poſthac committat, & cæteri ſint, ad iniuriam tardiores. 1. Offic. p. 16.
Duobus modis, aut vi, aut fraude fit iniuria. 1. Offic. p. 19.
In eadem ſunt iniuſtitiâ. Ibid.
Audiebam quædam turbulenta, quæ falſa eſſe cupio, ut aliquando otioſâ libertate fruamur. Ep. fam. l. 12. p. 271.
Qui magis hoc Lucullo licuerit aſſumere libertatis, quàm nobis. Ep. fam. l. 12. p. 371.

Quos

Quos læſit, non magis dignos habuerit, in quos libertate tantâ verborum incurreret. Ep. fam. l. 12. pag. 372.

Servis ſpem libertatis apertè oſtendere. Ep. Att. 14. p. 112.

Pro ipſius in alios effuſione illum in me liberalem fuiſſe judices. Ep. Att. l. 7. p. 202.

Eripite nos ex ſervitute. Parad. 5. p. 554.

Ne maiorem ei largiar libertatem & licentiam. Acad. lib. 2. pagina 18.

Libertatem revocare cœpimus. Ep. Brut. p. 554.

In libertatem vendicari. de natur. Deorum. l. 1. p. 24. & Parad. 5. p. 236.

Convenit dimicare pro libertate. Quæſt. Tuſc. 4. p. 430.

Rectè fecit, quòd populi Romani libertatem defendere pararet. de Divin. l. 2. p. 243.

Sed ego, etſi ſatis dixit pro ſe in illis libris Scipio, tamen libertatem iſtam largiar populo. de leg. lib. 3. pag. 364.

Ei ne integrum quidem erat, ut civibus libertatem, & jura redderet. Quæſt. Tuſc. l. 5. p. 474.

Vtamur ergò libertate. Tuſc. Quæſt. l. 5. p. 482.

Eripit libertatem. 1. Off. p. 29.

Cùm ſe planè corporis vinculis relaxaverint. de Senect. pagina 180.

Qui cùm imperator bello Perſico ſervitute Graciam liberaſſet. de Amicit. p. 200.

Liberalitatis. *Vide* Beneficiorum.
Libidinum, *Vide* Adulterii: & Abliguriendi.

Licentiæ. Indulgentiæ.

Freiheit/ Frechheit/ Mutwillen/ Nachlaſſen/ Vberſehen.

F*Acilitas mea eorum corrumpit animos.* Hecyr.2.2.v.6.
Niſi cupiditates noſtras teneremus, nunquam nobis præcideremus iſtam licentiam. in Verr p.395.
Quorum licentiæ niſi Carneades reſtitiſſet, haud ſcio an ſoli jam Philoſophi judicarentur. de divin.l.2. p.272.
Licentiam alicuius rei alicui permittere. Qu. Tuſc.l.1 p.296.
Majorem licentiam alicui concedere. Qu.Tuſc.l.4.p.444.
Nunquam ad unum tanta perveniſſet licentia. Offic. 2. pagina 21.
Magnis illi & divinis bonis hanc licentiam aſſequebantur. Offic. l.1.pag.59.
Nobis autem noſtra Academia licentiam magnam dat. Offic. 2. pag.108.
Conceſſum eſt non repugnante naturâ. Off.l.3. p. 108.
Tantum licentiæ dabat gloria. de Senect.p.166.
Qui exiſtimant libidinum peccatorumq; patere in amicitiâ licentiam. de Am.p.213.

Linguæ.

Zunge/ Sprach.

P*Roſerere linguam.* Aſin.4.1.v.50.Livius quoque dixit, *exſerere linguam.*
Neque ullâ linguâ ſciat loqui, niſi Atticâ. Aſin.4.1. v.48.
Linguam præſcindere, & elinguandum dare uſq; ab radicibus. Aul.2.2.v.12.172.
Quorum linguæ ſic inhærerent, ut loqui non poſſent, ea ſcalpello reſecta liberarentur. de divin.l.2.p.250.
Par ſis in utriusq; orationis facultate. 1. off. p. 3.

Loci.

Ort/ Stell/ Platz.

Nuſquam

N*Vſquam es gentium.* Rud 2.5.v.12.

Poteris accubare vel inter cuneos ferreos, tantillum loci, ubi catellus cubet, mihi ſat eſt loci. Stich.4.2.v.40.

Vbinam gentium ſumus? In L.Catil.p.168.

Nihil omninò loci relinquitur. Acad.l.2. p.16.

Ad iſtum locum videbamur accedere. Acad.l.1.p.18.

Vt eundem locum diutiùs urgeam. de nat. Deor.l.1.p.39.

Deinde de aliquo tempore patefactis terræ faucibus ex illis abditis ſedibus evadere in hac loca, quæ nos incolimus. de nat. Deor. l.2.p.87.

Nemo cunctam intuens terram, de divinatione dubitaret. de nat. Deor.l.1.p.89.

Contrahere terram. ibid.

Omnes eius partes undiq; medium locum capeſſentes intuentur æqualiter. de nat.deorum l.2.p. 95.

In eius locum ſucceſſit, ex ijs quæ acquieverunt. de nat. Deorum l.2.p.100.

Altiſſimum locum obtinere. de nat.deorum lib.7.p. 100.

Virtus in homine altiſſimum locum, & maximè excellentem tenet. de fin.l.4.p.228.

Visne locum mutemus? de leg.l.2 p.319.

Nam illo loco libentiſſimè ſoleo uti. ibid.

Sed mirabar, ut dixi, te tam valdè hoc loco delectari. ibidem.

Quinto autem die, cùm eodem in loco conſediſſemus. Qu.Tuſcul. l.5.pag 454.

Credo illos ſecutos oportunitatem loci maximè. Off.l.1.p.16.

Literarum. Scribendi. Epiſtolæ. Legendi. Librorum.

Brieff / Miſſiven / Schreiben / Leſen / Wol beleſen / Buchhändler / Buchdrucker.

F*Acere literas.* Aſin.4.1.v.22.

Facere literam longam. Aul.1.1.v.40.

Vt opinor, quærunt literæ hæ ſibi liberos, alia aliam ſcandit. Pſeud. l. 1. v. 21. Sie werden Jungen auff einander machen.

Nam has quidem gallina ſcripſit. Pſeud. 1. 1 v. 28.

Literis aliquid mandare. de Orat. l. 2. p. 346. & pro A. Cluent. pag. 63.

Literas conficere. in Verr. p. 354.

Id ipſum tabulis publicis mandatur ad memoriam poſteri temporis ſempiternam Seſt. 63.

Ad Platonem & Ariſtotelem redeo, in quibus te video volutatum. Q. Fr. 314. b

In veteribus ſcriptis multum volutatus. Wol beleſen in den Schrifften. Att. 74. b

Accepi tuam epiſtolam vacillantibus literis. War gar krumb geſchrieben. Ep. 262. a

Non te literas ex Siciliâ in Verrem deportare velle arbitrantur. in Verr. 59. a

Tùm oſtendi tabulas Lentulo, & quæſivi, cognoſceretne ſignum? annuit, eſt verò, inquam, notum ſignum, imago avi tui. in C. 113. a

Literæ omnes integris ſignis Prætoribus traduntur. in C. 112. a

Nec ſignum tuum in epiſtolâ, nec dies appoſitus eſt. ad Brut. 91. a

Tabulæ teſtamenti obſignatæ non minùs multis ſignis, quàm è lege oporteat. in Verr 100. a

Obſignare literas publico ſigno. in V. 281. a

Vt ſignum aſpexit publicum. pro Flac. 153. b

Signum in cretâ, quo epiſtola obſignata erat. Caſu ſignum iſte animadvertit in cretulâ placuit ei. in Verr. 213. a

Signum & manum meam requirent. At. 171. b

Librum tuum habeo ſub ſigno, ſervoq; diligentiſſimè. At. 145. a

Horreum belli ſub ſigno clauſtriſq; Reip poſitum vectigal. Contra Rul. 64. a

Signum æneum, marmoreum, eburneum. in V. 200. a

Signa ac tabulas propalàm collocare. de Or. 89. a

Sed peto à te, ut quàm celerrimè mihi librarius mittatur, maximè Græcus, qui mihi exſcribat hypomnemata. Ep. 265. a. b

Lex in publicum proponitur, concurrunt iuſſu meo plures uno tempore librarij, deſcriptam legem ad me afferunt. contra Rul. 68. b

Illas tabulas deſcribi ſtatim ab omnibus librarijs imperavi. pro Syl. 175. a

Legi literas non tuas, ſed librarij tui. Att.96.a
Lippitudinis meæ ſignum tibi ſit librarij munus. At.131.b
Capuâ literæ ſunt allatæ hoc exemplo, &c. **Ein Abſchrifft oder eine Copey.** At.138.a
Sæpiùs ad aliquem literas uno exemplo dare. Epiſt.48.a.
De quo tu mihi antea ſcripſeras bis eodem exemplo. Ibid.
Hoſtem literis veſtris, & memoriâ videmus eſſe celebratum. Seſt. 70.
Ad vos judicia & literas detuli. Seſt.72.
Diligentiâ Memmij omnia publicis tabulis ſunt annotata & teſtata. Vat.88.
Ipſius tabulæ circumferuntur inſpiciendi nominis causâ. Corn. 129.
Cuius nullæ literæ perferuntur. Prov.162.
Amici tui literas abdiderunt. Piſ.194.
De te quinque & ſeptuaginta tabellæ diripiebantur. Piſ.270.
Velim mihi obviæ ſint tuæ literæ. Ep.fam.l.2.pag.48.
Ad te meâ manu ſcriptas literas miſi. Ep.fam.l.3.p.67.
Cùm eſſem in caſtris ad fluvium Pyramum, redditæ mihi ſunt uno tempore à te epiſtolæ tuæ. Ep.fam.l.3.p.84.
Conſcribere epiſtolam. Ep.ad fam.l.9.p.242.
Epiſtolas verò quotidianis verbis texere ſolemus. Ep.ad fam.l.9.p. 267.
Intercipere literas. Ep.fam.l.11.p.360.
Si meis literis obtemperaſſes, maximam ab omnibus laudem eſſes adeptus. Ep.fam. l.12.p.376.
Pergratum mihi feceris, ſi dederis operam, ut is intelligat meas apud te literas maximum pondus habuiſſe. Ep.fam.lib.12.pagina 382.
Quare veniendum eſt Luceio, quanquam ſi meis literis obtemperavit, cùm tu hæc leges, illum Romæ eſſe oportebit. Ep.fam.lib. 12.p.385.
Crebris literis nos appellato. Ep.fam.l.15 p.487.
Tuis literis nihilo factus ſum certior, quomodo te haberes, ſed tamē ſum recreatus. Ep.fam.lib.12.p.501.
Carere literis. Ibidem.
Cùm inprimis tuas deſiderarem literas, noli committere, ut excuſatione potiùs expleas officium ſcribendi, quàm aſſiduitate literarum. Ep.fam.l.6.p.509.

Expectabantur literæ tuæ, quæ ſi fuerint allatæ. Epiſtol. libro 1. 8.

Neminem prætermiſi, cui literas non dederim. Ep 2.1.

Cùm hæc ad te perferri quamprimùm literis magnoperè vellemus. Ep.5.2.

Literas à te mihi ſtator tuus reddidit. Ep.2.16.

Obſervare tempus literæ reddendæ. Ed.11.16.

Diploma ſtatim non eſt datum, &c. i. e. *literæ teſtimonij, te eſſe in gratiam reſtitutum.* Ep.6.12.

Statim quæſivi è Balbo per codicillos, id eſt, *literas.* Epiſtol. 6. 18.

Tanquam enim ſyngrapham ad imperatorem, non epiſtolam attuliſſes, ſic domum redire properabas. Ep. 7. 17.

Vt ex libellis eius animadverti, qui in me inciderunt. Epiſtol. 11. 11.

Hæc te tertia iam epiſtola antè oppreſſit, quàm tu ſchedulam, aut literam. Ep.15.16.

Brevitas tuarum literarum me quoq; breviorem in ſcribendo facit. Ep.12.9.

Et quidem multò parcius ſcripſi. Ep.12.14. & 16.27.

De hoc genere toto ſcribo parcius. Ep.4.13.

Accepi perbreves tuas literas. Ep.4.15.

Hoc tempore brevior eſſe debeo. Ep.6.3.

Breviorem me duæ res faciunt. Ep.10. 7.

Plura ſcribere non debeo, præſertim ad te, quo magiſtro brevitatis uti cogito. Ep.11.15.

Sed quid agi? non imitor λακωνισμὸν *tuum.* Ep.11.25.

Si rem nullam habebis, quicquid in buccam venerit, ſcribito. Epiſt. Att.l.1.p.17.

Purè loquuntur, cùm humanitatis ſparſa ſale, tum inſignes amoris notis. Ep. Att.l.1.p.17.

Iſti puero da ponderoſam aliquam epiſtolam. Epiſtol. Attic. lib. 7. pag.60.

Thermum creberrimis literis fulcio. Ep.Att.l.5.p.166.

Quàm ſæpiſſimè mecum per literas colloquare. Epiſt. Attic. libro 6.pag.177.

Plura in eandem epiſtolam conieci. Ep.Att.l.7.p.222.

Epiſtolam, quam eram elucubratus. Ep.Att.l.7.p.233.

Tam longis te epiſtolis non obtundo. Ep. Att.l.8. p. 233.

Cùm complicarem hanc epiſtolam. Ep. Att.12.p.363.

De eodem

De eodem oleo & operâ exaravi, neſcis quid ad te, & ante lucem dedi. Ep. Att. l. 13. p. 414.

Vt literis conſignamus, quæ monumentis conſignare voluimus. Ac. Quæſt. l. 2. p. 4.

Ne literam quidem ullam facimus, niſi forenſem. Academic. lib. 1. pag 5.

Majore ſtudio cùm omni literarum genere, tùm Philoſophiæ deditus fuit. ibid.

Ingenio ſcientiaq; excellere. ibid.

Delectabantur mirificè ſectione librorum. ibid.

Sunt multi, qui omninò græcas non ament literas. ibid.

Græcas literas didiciſſe. ibid.

Nec literarum græcarum, nec Philoſophiæ, jam ullum autorem requiro. ibid.

Sin autem quis requirit, quæ cauſa nos impulerit, ut hæc tamen ſerò literis mandaremus. de nat. deor. l. 1. p. 6.

Afferre literas. de nat. deor. l. 2. p. 52.

Teneri non potui, quin conjunctionem ſtudiorum, amorisq; noſtri, quo poſſem literarum genere, explicarem. Academic. Quæſt. l. 2. pag. 6.

Da quæſo te huic etiam generi literarum. Acad. Qu. l. 1. p. 82.

Qui me ad alias literas vocent. de fin. l. 1. p. 96.

Veritus, ne movere hominum ſtudia viderer. de fin. l. 1. p. 96.

Plures enim tradunt nobis ij, qui interiores ſcrutantur, & literas reconditas. de nat. deor. l. 3. p. 132.

Quia omnia eius verba exceperint, literisq; mandaverint. l. 2. pag. 212.

Omni literarum genere aliquem ſuperare. Quæſt. Tuſcul. lib. 1. pag. 295.

Vt ea literis mandaremus. Off. l. 2. p. 65.

Litis. *Vide* Altercandi.
Loquendi. *Vide* Alloquendi. Dicendi.
Lucri. *Vide* Fœnoris.
Luctûs. *Vide* Ægritudinis.

Luſûs, Ludendi, Aleæ. *Vide etiam* Fabulæ. Spectaculorum.

Spielen/ Kurtzweilen/ Würffel.

AMator talos cùm jacit. Capt. 1. 1. v. 5.
Eluſi militem in aleâ. Ich hab jhn außgeſpielt. Curc. 5. 2. v. 11. 31.
Tribus bolis alea ludes vel in chalamydem. Du ſolt mir drey würff ſpielen/auff einen rock. Cur. 5. 2. v. 13.
Ludi ſunt: ludus datus eſt argentarijs. Caſin. prol. v. 25.
Quos mihi ludos redderet? Andr. 3. 1. v. 21.
Ludos thenſarum vehiculis inire. in Verr. p. 567.
Ludos facere. de Aruſp. Reſp. p. 474.
Se ludis homo popularis commiſit omninò. Seſt. 57.
Exercitatione ludoq́ campeſtri tunicati utimur. Cæl. 96.
Inſtant nunc poſt hominum memoriam apparatiſſimi magnificentiſſimiq́ ludi. Piſ. 206.
Ludos intermittere. de divin. p. 178.
Ad ludendum dare. de fin. l. 5. p. 268.
Ludis delectari. Qu. Tuſc. l. 5. p. 489.
Non ita generati à naturâ ſumus, ut ad ludum & jocum facti eſſe videamur. 1. Off. p. 41.
Ludo & joco, ut illis quidem licet, ſed ſicut ſomno, & quietibus cæteris. Ibidem.
Vt pueris non omnem ludendi licentiam demus, ſed eam, &c. 1. Off. pag. 91.
Ludendi quidam modus retinendus. 1. Off. p. 42.
Suppeditant & campus noſter, & ſtudia venandi & ludendi exercitia. Ibidem.
Inde Auſtro leniſſimo ad Hydruntē ludibūdi pervenimus. Ep. 259. b
Si Vulteium habebis, omnia ludibundus perficies. in Verr. 183. a
Per alios multa ludibundos libidinosè apud Verrem effeciſſe vidit: ad omnes eoſdem patere aditus arbitrabatur, faciliùs vos efficiebatis ludibundi, quæ volebatis à Verre, quòd multa eius ludorum genera noratis. Ibid.

Luxu-

Luxuriæ. Luxûs. *Vide* Abliguriendi. Bibendi.

M

Macici corporis, *Vide ſupr.* Contabeſcendi.

Mager an haut vnd Bein.

O*ſſa atq; pellis totus eſt: ita cura macet: ita is pellucet, quaſi laterna Punica.* Aul.3.6.verſ. 29. Ad quam quidem lectionem à me inibi expreſſam, erubuit Saxonicus conſarcinator Notarum Plautinarum, in noviſſimâ ſuâ Editione. Salva igitur res eſt. O Muſæ rideris, an erubeſcitis & vos ad hominis inſcitiam? Quaſi verò ἀσυμφωνον hoc eſſet! Nunquid enim macritudo potiſſimùm circa crura? Vnde Poetæ γυιοβόρους μελεδῶνας appellant, quòd crura exedant, & & maciem inducant. Nil tamen repugno, quin vulgatum quoque retineatur. *Curâ macet.* Quod ipſum an Francus iſte homo ſatis intellexerit, ego vehementer ambigo, cùm linguæ Græcæ, è quâ formula hæc deſumta eſt, non admodum gnarum fuiſſe memorent amici. Vide locum ſeq.

Oſſa atq; pellis ſum miſer à macritudine. Capt. 1.2. v. 26. Talem vett. Latini appellarunt *Scutilum*, Feſtus. & *Monogrammum* Lucilius.

Quæ mihi miſera amanti ebibit ſanguinem. Curculion. 1. 2. verſ. 65.

Here quæ miſeria te tam miſerè macerant. Pſeud. 1. 1. v. 2.

Maculæ. Commaculandi. Polluendi.

Beflecken/Beſudlen/Außwaſchen.

V*Iden' illi corpus maculari totum maculis luridis?* Capt. 3. 4. v. 63.

Curram igitur aliquò ad piſcinam, aut ad lacum limum petam, quid eò opus eſt? ego dicam, ut tibi & illi limem caput. Pœn. 1. 2 v. 20. & 87.

Delenda eſt vobis illa macula bello ſuſcepta, quæ penitus iam inſedit, atq; inveteravit in populi nomine. pro Leg. Man. p. 630.

Aliquem flagitio polluere, dedecorare, maculare, ſcelere obligare. de Aruſp. p. 475.

Quoniam illa in Republicâ macula regni publicati maneret, quam nemo iam eluere poſſet. Seſt. 32.

Hæreret illa in Republicâ nihilo minus turpitudo. Seſt. 32.

Ne ex tuâ ſummâ indignitate labes huic dignitati aſperſa videatur. Vat. 79.

Clariſſimo viro nonnullam tuâ laudatione labeculam aſpergis. Vat. 90.

Stupro polluit ſanctiſſimas religiones. Mil. 257.

Nonne viderer tibi æternas maculas inurere, quas vita tua eluere non poſſit? In Salluſt. p. 555.

Magiſtratûs. *Vide etiam* Conſulis. Honoris. & Muneris. *Item* Regni.

Obrigkeit/Ambt tragen.

I*Am exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo.* Bacch. 1. 2. v. 40. Vbi *Magiſterium* ponitur pro *magiſtratu.* Vide Lex. Plaut.

Magiſtratu ſe abdicare. de Divin. 124. a

Antonius eo die non modò conſulatu, ſed etiam libertate ſe abdicavit. in Anton. 185. b

Abdicare ſe præturâ. in Cat. 119. a

Qui collega magiſtratum per ſeditionem abrogavit. pro Mil. 115. a

Cato legem promulgavit de imperio Lentuli abrogando. pro Qu. Fr. 308. a

Si tibi magiſtratum abrogaſſet, minore ignominiâ te affeciſſet. in Verr. 136. b

Brutus

Brutus collegæ ſuo imperium abrogavit. de Cl. 169. a
Eiq́; imperium eſt abrogatum. pro Dom. 230. a
Petitionis noſtræ huiuſmodi ratio eſt. ad Att. l. 1. p. 5.
Prenſat unus P. Galba ſine fuco ac fallaciis. ibid.
Nos initium prenſandi facere cogitaramus. ibid.
Thermus cum Syllano contendere exiſtimatur. ibid.
Non videtur ἀδύνατον, Curium obducere: ſcil. *in petitione Conſulatus*. ibid.
Firmior candidatus fore videtur. ibid.
In uno Domitio maximè ambitio noſtra nititur. ibid.

Magnanimitatis. Fortitudinis. *Vide* Animi.

Dapferkeit/Gutter Muth.

Animo virili præſentique, ut ſis, para. Phorm. 5. 8. v. 64.
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. Phorm. 5. 8. v. 71.
Tantum animi in homine fuit, ut &c. in Verr. p. 538.
Quod forſitan non nemo vir fortis, & acris, & magni animi dux erit Seſt. 23.
Acta eſt res animo virili. Ep. Att. l. 14. p. 461.
Stabili, & firmo, & magno animo aliquid efficere. De Fin. lib. 3. p. 191.
Ignari quantum animi in illo Heroe eſſet, quantum etiam conſilij. Ep. Att. l. 4. p. 114.
Nos animo duntaxat vigemus. ibid.
Vt quisq; magnitudine damni excellit, ita maximè vult princeps omniumq́; vel ſolus eſſe. 1. Off. p. 23.

Mali. *Vide* Fortunæ adverſæ. Damni.
Mandati. *Vide* Imperandi.
Matrimonij. *Vide* Coniugij & Nuptiarum.

Medicinæ

Medicinæ. Medendi. Sanandi. Vulneris. Curandi. *Vide etiam* Ægrotandi. Lædendi.

Heylen/Artzen/Artzeneien.

Q*Vid ſi ego illum tractim tangam, ut dormiat?* Sos. *Servaveris.* Amph. I. I. v. 156. Vbi obſervandum, quid ſit *Tractim tangere*, nempe id, quod Græci efferunt *χερσὶν μαλακῶς ἀμφέπειν*, quod ſolent Medici, cùm gravioribus vulneribus affectos, quorum tractationem vigilantes tolerare non poſſunt, ad ſoporem impellunt, atque ita per effuſum ſomnum curam ſuam expediunt. Statius lib. 3. Thebaid. v. 153. dicit *vulnus tractare*; die wunden gemächlich vnd lind angreiffen.

Sic idem Statius explicat:

---pars ſpicula dextrâ
Nequicquam parcente trahunt, pars molliter aptant,
Brachia trunca loco, & cervicibus ora reponunt.

Pacatus in Panegyr. Theod. *Altorum vulnerum cicatrices, poſtquam cutem ſanitate duxerunt, manu pendente tractabo.* Claudianus Epiſt. ad Hadri. *Cuius pertulerat vires, & ſenſit in uno Letalem placidamq́; manum.* Quintilianus lib. 2. cap. 4. *Iucundus ergò tùm maximè debet eſſe Preceptor, ut remedia, quæ alioquin ſunt naturâ aſpera, leni & molli manu leniantur.* Idem l. 4 c. 3. *Hic igitur velut fomentis, ſi quid erit aſperum, præmolliemus.* Senec. l. 1. Conſol. c. 2. *Hoc erit non molli viâ mederi, ſed urere & ſecare.* Idem Conſol. ad Helviam. *Itaq; utcunq; conabor, manu ſuper plagam meam impoſitâ, ad obliganda vulnera veſtra reptare.* Cæterùm in ſuperiori loco Plauti notandum quoque verbum *Servare*: quod Medicis convenit propriè. Antholog. lib. 1.

Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων, καὶ σώστο λαῶν
ἔθνεα---

Hinc *φάρμακα σωτήρια* apud Pollucem. Indeque Medici *σωτῆρες* dicti ab Ariſtæneto li. 1. Epiſt. 13. Ovidius lib. 4. de de Ponto, Eleg. 15.

Teq;

Teq; mea cauſam, ſervatoremq; ſalutis,
Meq; tuum librâ novit, & are minus.

Atque hæc ad illuſtrandum locum Plautinum placuit enotare ex l.2.c.10. Crepundiorum doctiſſimi iuvenis *Iani Gebhardi*, Amici noſtri.

Medicus veniet, qui huic morbo medicinam facere poteſt. Ciſt. 1. 1. v. 76.

Ait ſe obligaſſe crus fractum Æſculapio. Men. 5.3.v.9.

Quod remedium nunc huic malo inveniam? And. 3. 1. v. 10.

Ægro adhibere medicinam. de Orat. l. 2. p 307.

Medicinæ faciendæ locus eſt. pro Qu. p. 3.

Cùm capiti mederi debeam, reduviam curo. pro Sext. Roſc. p. 81.

Nulla unquam medicina his tot incommodis reperietur. in Ver. p. 135.

Aliquando medicinam Reipublicæ adhiberetis. Seſt. 67.

Hi medentur Reipublicæ, qui execant peſtem aliquam, ſtrumamq; civitatis. ibid.

Gravitas morbi facit medicinâ egeamus. Epiſt. ad Fam. lib. 9. p. 244.

Doloris medicinam à Philoſophiâ peto. Acad. Quæſt. lib. 1. p. 81.

Etſi ſine medico medicinam dabit Minerva. de Divinat. libr. 2. p. 26.

Tempeſtivam medicinam admovere. Tuſc. Quæſt. lib. 3. p. 409.

Nam quam quisq; curationem recipere poſſit, videndum eſſe. Qu. Tuſc. l. 3. p. 411.

Toto corpore curando, minimæ etiam parti, ſi condoluit, mederi. ibid.

Nos modò curationem eius recipiamus. Qu. Tuſc. l. 3. p. 412.

Animorum morbis remedia adhibere. Quæſt. Tuſc. lib. 4. p. 438.

Remedia ſibi comparare ad tolerandum dolorem. Quæſt. Tuſc. l. 5. p. 479.

Medici leviter ægrotantes leviter curant, gravioribus autem morbis periculoſas curationes & ancipites adhibere coguntur. 1. Off. p. 33.

Meditandi,

Meditandi. *Vide* Cogitandi.
Mediocritatis. *Vide* Temperantiæ.
Melancholiæ. *Vide* Ægrotandi.

Memoriæ. Recordandi. Monumenti. *Vide etiam* Cogitandi.

Gedechtnuß/Gedencken/Erinneren.

NOn poſſum me commonere, ubi terrarum ſim. Amph. 1. 1. v. 180.

Memoriter memorare. Amph. 1.1.v.260. & *Memoriter meminiſſe.* Capt.2.1.v.53.

Nunc in memoriam redeo. Capt.5.4.v.25.

Vbi me fugit memoria, ibi tu facito, ut ſubvenias. Bacch. 1. 1. v. 2. Sic Cicero lib.2. de Finib. *Si memoria defecerit, tuum eſt, ut ſuggeras.* Propert. l.1. Eleg.7. *Nec tibi ſubijciet carmina ſervus Amor.* ὑποβάλλειν eſt *dictare alicui, monere, ſubijcere.* Vnde Monitores, qui & *Secundarij* ὑποβολεῖς. Gloſſæ. *Secundarius. Subdica.* ὑποκριτὴς, *qui ſecundò dicit.* At hic propriè non eſt *monitor.*

Ecquid in mentem tibi eſt? Bacch.1.2.v.53.

Ecquid meminit Mneſilochi? Bacch.2.2.v.28.

Aſtutè in mentem venit de ſpeculo. Moſt. 1. 3.v.113.

Propterea illius nomen memini faciliùs. Men.Prol.v.45.

Rectè rationem tenes. Mil.1. 1. v.47.

Memoriâ es optimâ. Mil. 1.1. v.49.

Feſtivum facinus venit in mentem mihi modò Pœn.5.2.v.126.

Eius illi immortalis eſt memoria meminiſſe, & ſempiterna. Mil.3.3. v.15.

Obliviosæ extemplò fiunt, meminiſſe nequeunt. ibid. v.17.

Memini, & ſcio, & calleo, & commemini. Perſ. 1. . v.8.

Memoriâ oblivisci. Trin.4.3.v.11.

Ne ſuarum ſe miſeriarum in memoriam inducat. Perſ. 4. 4. v.92.

In me-

In memoriâ habeo. And.1.1.v.13.

Etiam nunc mihi ſcripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis de Glycerio. And.1.5.v.48.

Hæc habui in memoriâ. Eunuch.1.2.v.95.

Memini, tametſi nullus moneas. Eunuch.2.1.v.10.

Vbi in mentem eius adventi venit. Phorm.1.3 v.2.

Redi mecum in memoriam. Phorm.5.3.v.19.

Vt facilè memoriâ comprehendatur. ad Heren.l.2.p.37.

Si memoriæ mandaverit. ad Heren.l.2.p.48.

Si quomodo poteſt vobis in memoriam redire. ad Herenn. lib.4. p.125.

In memoriam reducere aliquid. de Inv.l.1.p.191.

Simul & in memoriam redibit auditor. ibid.

Ad noſtram memoriam propter fani religionem remanſit. de Inv. l.2.p.197.

Vt in perpetuum belli memoria maneret. de Invent. lib. 2. p. 225.

Memoriam veterem repetere. de Orat.l.1.p.269.

Mihi repetenda eſt veteris cuiusdam memoriæ non ſanè ſatis explicata recordatio. de Orat.l.1.p.270.

Servium Galbam memoriâ teneo. de Orat.l.1.p.279.

Poſt memoriâ ſepire. de Orat.l.1.p.306.

Ad eum finem, quem memoriâ poſſem comprehendere. de Orat.l. 1.p.309.

Sic memoriâ erat proditum. de Orat.l.1.p.316.

Quãtum ego poſſem, ab oblivione hominum, atq; à ſilentio laudem eorum vindicarem. de Orat.l.2.p.346.

Vt eam etiam nunc vivam illorum memoriam teneremus. ibidem.

In meâ memoriâ penitùs inſedit. de Orat.l.2.p.379.

Quem primum ferunt artem memoriæ protuliſſe. de Orat. lib. 2. p.446.

Ordinem eſſe maximè, qui memoriæ lumen affert. de Orat. lib. 2. p.446.

Ea quæ memoriâ tenere vellent. ibid.

Verumtamen neq; tam acri memoriã ferè quiſquam eſt. de Orat. l.2.p.447.

Ea maximè animis noſtris affigi. ibid.

Facilimè animo te tenere poſſe ea, quæ perciperentur auribus. de Orat.l.2.p.449.

Ac pe-

e penè poſtremum memoria prodamus. de Orat. libr. 3. pag. A 456.

Omnem rerum memoriam breviter, & quidem diligenter complexus eſt. Brut. p. 524.

Memoriâ aliquid comprehendere. Brut. p. 582.

Incurro in memoriam communium miſeriarum. Brut. pag. 594.

Rem complectebatur memoriter. Brut. p. 611.

Cùm, ſi veneris, ereptam memoriam diceret. Brut. p. 660.

Mandare aliquid memoriæ. pro Quin. p. 7.

In memoriam redeo. pro Qu. p. 20.

Memoriæ tradere literarum vetuſtatem. pro Quint. Roſc. pag. 43.

Hæc parvi temporis memoriam, illa perpetuæ exiſtimationis fidem & religionem amplectuntur. Q. Roſcio. p. 44.

Venit mihi in mentem illius diei. in Verr. p. 125.

Redire ad memoriam. in Verr. p. 206.

Proditum memoriæ literis. in Verr. p. 574.

Tui nominis æterna memoria ſimul cum templo conſecratur. in Verr. p. 445.

In ſermone hominum audaciæ ſuæ monimentum æternum relinquere. in Verr. p. 211.

In Eryco monte tuorum monimentum flagitiorum, crudelitatisq́; poſuiſti. in Verr. p. 270.

Monumentum crudelitatis conſtituere. in Verr. p. 423.

Opus eſt ingens, magnificum totum, eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, & multorum operis exciſo, nihil tàm clauſum ad exitus, nihil tàm ſeptum undiq;, nihil tam tutum ad cuſtodias, nec fieri, nec cogitari poteſt. in Verr. p. 515.

Monimentum facere pro Dom. p. 421.

Memoriam rei repetere. in Verr. p. 464.

Imagines ad memoriam poſteritatemq; prodere. in Verr. pag. 502.

Calamitate docti memoriâ retinemus. pro Leg. Man. p. 639.

Memoriæ aliquid prodere. pro Leg. Man. p. 644.

Vos quaſi memoriâ tenentis. pro Aul. Cl. p. 15.

Extat memoria. pro Aul. Cl. p 29.

Memoriâ teneo. cont. Rull. p. 119 & in Catil. p. 200.

Percipite diligenter, quæ dicam, & ea penitùs animis veſtris, mentibusq́; mandate. in L. Cat. p. 175.

Proditum eſt. pro Flac. p. 289.
Traditum memoria eſt. pro L. Mur. p. 246.
Animum memoria refricare cœperat. pro Luc. Syll. pag. 314.
Omnis memoria funditùs ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. pro Dom. p. 446.
Atrocitatem illius temporis recordari ut poſſitis, veſtram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitare. Seſt. 7.
Veſtigia non preſſa leviter ad exigui prædicationem temporis, ſed fixa ad memoriam illius provinciæ ſempiternam. Seſt. pag. 8.
Facta egrum occurrunt veſtris mentibus. Seſt. 10.
Tenesne memoriâ? Vat. 78.
Audetis excitare tanti flagitij memoriam non extinctam quidem, ſed repreſſam vetuſtate. pro Cœl. p. 123.
Hoc non ſine causâ fictis tabulis doctiſſimi memoriæ prodiderunt. Mil. 215.
Vos tenetote animis & memoriâ. Corn. 155.
Hæc ad poſteritatis memoriam prodita ſunt. Rab. 770.
Immortalem memoriam concupivit. Rab. 279.
Omnium Marcellorum meum pectus memoriâ effodit. Marc. 285.
Illa vita tua eſt, quæ vigebit memoriâ ſeculorum omnium, quam poſteritas alet, quam ipſa æternitas ſemper intuebitur. Marc. 290.
Tuas laudes nulla unquam oblivio obſcuratura eſt. Marc. pag. 291.
Omnis memoria huius clariſſimum lumen extinguere cupit. Deio. p. 311.
Memoriæ illud proditum eſt. Phil. 1. 327.
Si quid in bellum memoria causâ retulit. Philipp. libr. 31. pag. 330.
Redigere in memoriam noſtram. Phil. 2. 345.
Huius rei ne poſteritatem quidem omnium ſeculorum unquam immemorem fore. Philipp. 2. 359.
Illa memoria non eſt deleta. Phil. 2. 358.
Illud nomen populi Roman. extabit ſempiternum. Philipp. libr. 2. 358.
Illam pulcherrimi facti memoriam refricat. Philipp. lib. 3. pag. 392.

An illa non graviſſimis ignominiis & monumentis huius ordinis ad poſteritatis memoriam ſunt notanda? Philipp. lib. 5. pag. 413.

Pro brevi vitâ diuturnam memoriam reddiderunt. Philipp. 9. p. 459.

Reddita eſt ei à maioribus ſtatua pro vitâ, quæ multos annos progeniem eius honeſtatis nunc ad tantam familiæ memoriam ſola reſtat. Phil. 9. 460.

Sulpitij vita multis erit, præclariśque monumentis ad omnem memoriam commendata. Phil. 9. 462.

In ſingulis verſibus maximo clamore & plauſu Bruti memoriam populus Romanus proſequebatur. Phil. 10. 468.

Hæc gratiſſimâ memoriâ omnium civium incluſa eſt. Philipp. 10. p. 467.

Cæſaris munere Deiotarum longo intervallo per hunc virum renovata eſt. Phil. 13. 520.

Hæc literis & memoriæ mandavit. Phil. 13. 526.

Gratâ eorum virtutem memoriâ proſecutus eſt. Phil. 14 543.

Data eſt vobis memoria benemeritæ vitæ ſempiterna. Philip. 14. p. 544.

Vobis immortale monumentum ſuis penè manibus pop. Romanus exſtruxit. ibid.

Monumentum quàm ampliſſimum locandum & faciendum curent, ut extet ad memoriam poſteritatis ſempiternam. Philip. 14. 546.

Ego quæ pertinere ad te intelligam, ſtudioſiſſimè omnia, diligentiſſiméq; curabo, tuorum triſtiſſimo meo tempore meritorum erga me memoriam conſervabo. Epiſt. ad Fam. lib. 4. pag. 113.

Velim ſtatutum habeas, me tui memoriam ſummâ cum benevolentiâ tenere. Epiſt. ad Fam. l. 6. p. 54.

Quantum memoriâ repetere præterita poſſum, nemo eſt mihi te amicus antiquior. Ep. ad Fam. l. 11. p. 243.

Notam eſſe in factis gratiſſimæ victoriæ memoriam ſempiternam volebam. Ep. Brut. p. 554.

Habet divinam quandam memoriam rerum. Acad. Qu. l. 2. p. 4.

Artem aliquam memoriæ tradere. ibid.

Hærebant in memoriâ, quæcunq; audiverat, aut viderat. ibidem.

Ille in animo res inſculptas habebat. ibid.

Cùm

Cùm eſſet eâ memoriâ, ea ſæpè audiendo facilè cognovit, quæ vel ſemel audita nemini eſſe potuiſſet. Acad. Quæſt. libr. 2. pag.95.
Memoriam alicuius implorare. Acad.l.2.p.98.
Animo comprehendere & tenere. Acad. Qu.l.2.p.15.
Animo rem cernere. ibid.
Hæc etiam ſequuntur, nec memoriam ſine conſenſione poſſe conſtare. Acad. Qu.l.2.p.43
Quibus notatis, quod cuiq; ſignificaretur, memoriæ prodiderunt. de Divin.l.1.p.65.
Vt multa ex ijs memoriâ teneam. de Nat. Deor.l.2.p 91.
Mandavi memoriæ non numerum ſolùm, ſed etiam ordinem argumentorum tuorum. de Nat. Deor.l.2.p.120.
Si me memoria fortè defecerit, tuum eſt, ut ſuggeras. de Finib. lib. 2.p.146.
Quoniam recordatione te gaudere dicis. de Fin.l.2.p.169.
Vt & ſui Metrodori memoria colatur. de Finib. libr. 2.pag. 171.
Vt non ſine causâ memoriæ ex his ducta ſit diſciplina. de Finib lib.5.p.248.
Me ad altiorem memoriam commovit. ibid.
Memoriam alicui afferre. ibid.
Qui illa non modò curâ, ſed ne memoriâ quidem digna iudicant. de Divin.l.2.p.262.
Quomodo igitur hac infinitate & memoriâ complecti ſemper poſſumus? de Divin.l.2.p.270.
Hunc hominem memoriæ tradam ſempiternæ. Philipp. lib. 13. p.527.
Nihil ſanè niſi ne nimis diligenter inquiras in ea, quæ modo iſto memoriæ ſunt prodita. de leg.l.1 p.294.
Ipſe æqualem ætati ſuæ memoriam depoſcit. de legib. lib.1. pag. 296.
Sunt enim maximæ res in hac memoriâ atq; ætate noſtrâ. ibidem.
Memoriæ aliquid tradere. Quæſt. Tuſculanar. libr. 1. pag. 296.
Quæq; in animis imprimuntur. de leg.l.1,p.305.
Reminiſcendo aliquid recognoſcere. Quæſt. Tuſcul. libr. 1. p. 231.

Gratiſſimam memoriam retinet conſulatûs tui. de leg lib. 3. pag. 360.

Publicis literis conſignatam memoriam publicam nullam habemus. de leg. lib. 3. p. 367.

Memoriâ aliquid comprehendere. Quæſt. Tuſcul. libr. 5. pag. 496.

Multa breviter & commodè dicta memoriæ mandabam. de Amic. p. 183.

Cuius diſputationis ſententias memoriæ mandavi. de Amic. p. 184.

Nunquam ex animo meo diſcedit illius optimi, ac invictiſſimi viri memoria. Somn. Scip. pag. 241.

Mendacij. Mentiendi. *Vide etiam* Vanitatis.

Lügen / Die warheit ſparen / Ein lügen erdencken.

M*Endacium dicere* Amph. 1. 1. verſ. 43. Vide Lexic. Plautinum. litt. M.

Quin quæq; edixti, ementitus es: Es iſt alles erlogen / was du redeſt. Amph. 1. 1. v. 55.

Tu, qui quæ facta inficiare, quem ego iam convincam hinc palam. Amph. 2. 2. v. 147.

Si quid erga me falſum dixeris. Aſin. 1. 1. v. 5.

Dic herclè seriò, quod te rogitem: cave, mendacij quicquam mihi. ibid. v. 15.

Si huius rei me mendacem eſſe inveneris. Aſin. 5. 2. v. 5. *Vide Titulo* Credendi.

Adverſum aliquem mentiri. Aul. 4. 7. v. 9.

Vt citò commentatus eſt. Caſin. 2. 1. v. 25.

Non habeo ullam occaſionem, ut apud te falſa fabuler. Epid. 5. 1. v. 38. ſic Moſt. 2. 1. v. 23. *Quid mihi ſit boni, ſi mentiar?* Et paulò poſt: *Quid meream quamobrem mentiar?* Moſt. 4. 2. v. 71. Imitatus eſt Ovidius. *Hæc mihi non vani (nec erat cur fallere vellem) Narravere ſenes.* Et libro 3. Triſtium libr. 10. *Vix equidem credar: ſed quum ſint præmia falſi, Nulla ratam debet teſtis habere fidem.* Tacitus hiſt. 4. *Vtrumq; qui interfuere*

terſuere nunc quoq; memorant, poſtquam nullum mendacio pretium.
Calidum mendacium, θερμὸν ψεῦδος. Moſt.3.1.v.131.
Parenti prologui mendacium. Merc.1.2.v.96.
Nihil eſt mendaciloquius. Trin.1.2.v.163.
Id certum eſt mentiri ampliter. Mer.ſc. Syra.no.v.12.
Pol haud mentitus eſt. Pſeud.4.6.v.21. Vbi male legitur à Taubmano: *haud mentitum eſt*. Nam & ſic loquitur Plaut. Merc. 5.2.v.95.
Mendacem eſſe adverſum aliquem. Pœn.1.2.v.188.
Mera iam mendacia fundes. Pſeud.4.1.v.33.
Prehendere mẽdacij manifeſto modo. Bacch.4.4.v.45. vide de hac ſyntaxi ſupra Titul. *Criminis*. Sic Truc.1.2.v.29. *Manifeſtum mendacij te teneo*.
Memorare mendacium. Truc.2.6.v.3.
Mendacia verba. Truc.2.2.v.44.
Quid dixit? MN. ſi tu illum ſolem ſibi ſolem eſſe dixeris, ſe illum Lunam credere, & Noctem, qui nunc eſt dies. Bacch.4.4.v.48. De homine mendaciſſimo.
Sobriam eſſe me, & nihil mentitam tibi. Eun.4.4.v 36.
Cauſa cur mentiretur, non erat. pro Qu.p.6.
Cauſa abs te tota per ſummam fraudem & malitiam facta eſt. pro Qu.p.20.
Mendacio aliquid tegere. pro Qu.p.30.
Vides quantum diſtet argumentatio ab re ipsâ atq; veritate. pro Sex.Roſc.p.31.
Pinge aliquid ſaltem commodè, ut planè id videaris facere, quod apertè facis. pro Sex.Roſc.p.54.
Vnde ductum & conflatum mendacium eſt. pro Quint. Roſc. p.105.
Optimè herclè periurat. Pœn.2.1.v.34. *Periurare* pro *mentiri uſurpat* Plaut. Pœn.5.4.v.70. Merc.3.1.v. 42. *Et periurium* pro *mendacio*. Pœn.5.2.28. (p.4.
Parùm firmamenti, & parùm virium falſitas habet. pro Aul. Cl.
Hominis eſt mendacio fallere. pro Luc.Mur p.249.
Averſum eſſe à vero. in Cat.p.201.
Confundere vera cum falſis. Acad.l.2.p.33.
Ad tempus ei mendacium veſtrum accommodaſtis. Cœl. 97.
Huius mendicitas aviditate coniuncta in noſtras fortunas imminebat. Phil.5.411.

In tanto diſcrimine & periculo refellere & coarguere noſtrum mendacium. Lig 298.

Te mendaciis hominis leviſſimi onerarunt. Epiſt. ad Famil. lib. 3. p. 81.

Apertè mentitur. Acad. l. 2. p, 13.

Tollendum eſt igitur in rebus contrahendis mendacium. Off. l. 3. p. 123.

Mendicandi. *Vide* Egeſtatis.

Bettlen.

Iſtos reges memorare nolo, hominum mendicabula. Aulular. 4. 2. verſ. 3.

Mendicare malum. Amph. 4 2. v. 12.

Mendicitas: Bettelei. Men. 1. 3. v. 21. Rud. 2. 6. v. 30.

Mendicum mendicando vincere Bacch. 3. 4. v. 16.

De mendico malè meretur, qui ei dat quod edit, aut quod bibat. Trin. 2. 2. v. 58.

Mentionis. *Vide* Alloquendi. Dicendi.

Mentis. Meditationis. Rationis. *Vide etiam* Animi.

Sinn/Gedancken/Dichten/Erſinnen/Vernunfft/ Verſtandt.

Quid illi credis animi tùm fuiſſe? Eunuch. 5. 7. v. 14.

In eo mentem orationemq́; defigit: **Er richt ſein gemüht da hin.** de Orat. l. 3. p. 460.

Mihi iſtuc non in mentem venerat. Eunuch. 3. 1. v. 61.

Ex hac re venit in mentem. Eunuch. 2. 2. v. 2.

At verò ego hoc tempore omni noctes & dies in omnium doctrinarum meditatione verſabar. Brut. p. 613.

Iudicium ad rem aliquam adhibere. Orat. ad Brutum pag. 637.

Animo proſpicere. pro Q. p. 11.

Animo & mente proſpicere. in Verr. p. 125.

Animis perſpicitis, quid futurum ſit. in Ver. p. 406.

Facilè ex aliorum eventis ſuis rationibus poſſunt providere. ad Heren. l. 4. p. 85.

Qui ſuas rationes omnes incaſſum contulerunt. ad Heren. libr. 4. pag. 96.

Qui bonis erit rationibus præditus. ad Herenn. libr. 4. pag. 118.

Mihimet ineunda ratio, & via reperienda. in Verrem p. 353.

Si rationibus meis proviſum à te eſſe intellexero, magnam te ex eo & perpetuam voluptatem eſſe capturum. Epiſt. ad Fam. lib. 3. p. 61.

Conſulere rationibus. ibid.

Facilè patior ea me de Republicâ ſentire, ac dicere, quæ maximè cùm mihi, tùm etiam Reipublicæ putem rationibus conducere. Ep. ad Fam. l. 1. p. 32.

Ex tuis literis didici, te omnibus in rebus habuiſſe rationem, ut mihi conſuleres. Epiſtol. ad Famil. libr. 3. pag. 65.

Illa quæ maximè quaſi irrepit in hominum mentes. de Orat. lib. 3. p. 512.

Rationem adhibere ad rem aliquam. Brut. p. 597.

De civitate maluit, quàm de ſententiâ dimoveri. Mil. pag. pag. 51.

Dij immortales eum in hanc mentem impulerunt. Mil. pag. 258.

Quid autem tibi venit in mentem? Phil. 2. p. 345.

Quid iſthuc tibi in mentem venit? Philipp. libr. 2. pag. 353.

Quid non ſorbet animo, & haurit cogitatione? Philipp. lib. 11. pag. 481.

De honore illorum, utinam mihi plura in mentem venirent! Phil. 14. p. 543.

Vt Q. Fratris animus in eum eſſet is, qui eſſe deberet. Ep. Att. lib. 1. pag. 10.

Quonam animo ſit in me. Ep. Att. l. 2. p. 67.

Rogavi, ut diceret, quid haberet in animo. Epiſt. Att. lib. 8. pag. 245.

Tuarum virtutum tibi venit in mentem. de Orat. lib. 2. pag. 417.

Qui mente vacare putat, is ipſe mentis expers habendus eſt. de Natur. Deor. l. 2. p. 71.

Et habeat præſtantiam mentis. de Fin. l. 5. p. 26.

Mentem alicuius imbuere. Quæſt. Tuſc. l. 1. p. 306.

Mente aliquid complecti Qu. Tuſc. l. 1. p. 309.

Magni ingenij eſt, revocare mentem à ſenſibus. ibid.

Ego verò facilè ſum paſſus, ne in mentem quidem mihi aliquid contra veniret. Quæſt. Tuſc. lib. 1. p. 317.

Mentes à cogitationum intentione ad tranquillitatem traducere. Quæſt. Tuſc. lib. 4. p. 414.

Mente vix conſtare. ibid.

Qui ſemper animo ſic excubat. Qu. Tuſc. l. 4. p. 429.

Qui perturbari animos neceſſe eſſe dicunt. ibid.

Inire rationem. Epiſt. Fam. lib. 10. p. 216.

Eâ verò ipsâ nullâ ratione meliùs frui potui. de Nat. Deor. lib. 1. pag. 6.

Ratio omnis tollitur quaſi quadam lux lumenq́ vitæ. Acad. lib. 2. pag. 16.

Cùm eſſet ratio confirmata quærenda. Acad. libr. 2. pag. 17.

Ratione uti. de Nat. Deor. l. 7. p. 58.

Rationis eſſe expertem. ibid.

Ita comprehenſus erat, ut convelli ratione non poſſet. Acad. Qu. lib. 1.

At verò alia, quæ natura mentis & rationis expers, hæc efficere potuit, quæ non modò ut fierent ratione, eguerunt. de Nat. D. lib. 7. p. 94.

In eadem arceſſitâ ratione permanſit. Acad. Quæſt. libr. 1. pag. 95.

Exquiſitis rationibus aliquid confirmare. de Finib. lib. 1. pag. 108.

Eam dediſſes hominibus rationem, quæ vitia culpamq́ excluderet. de Nat. Deor. l. 3. p. 147.

Lucilius autem vehementiùs inquit, tu quidem Cotta invectus in meram Stoicorum rationem. de Nat. Deorum lib. 3. p. 154.

Patere

Patere igitur rationem meam cum tuâ ratione contendere.de nat. deor.l.30.p.120.
Quamobrem ſi mens voluptasq; divina idcircò conſuluit hominibus,quòd ijs largita eſt rationem,ijs ſolis conſuluit,quos bonâ ratione donavit.de nat.deor.l.3.p.144.
In ratione verſari. de nat.deor.l.3.p.145.
Pugnare ratione. ibidem.
Rationem alicuius ſequi.de fin.l.2.p.169.
Rationes ſine ſenſibus exquirere.p.216.
Ad rationis habitum aliquem perducere. de fin. lib. 4. pagina 242.
Cumq; omnia,quæ rationem habent,præſtent ijs, quæ ſint rationis expertia. de leg.l.2.p.326.
Ego nunquam ita te in hoc ſermone dimittam , ullâ uti ratione. Qu.Tuſc.l.1.p.326.
Credo herclè ita eſſe,iſtique rationi potiſſimùm aſſentior.de leg.l.2. p. 334.
Ab eodem Ariſtotele doctus Dicæarchus huic rationi ſtudioq; non defuit. de leg.l.3.p.354.
Rationis expers, vel rationem aſpernans,vel rationi non obediens. Tuſc.Qu.3.p.386.
Rationi non obtemperare. Qu.Tuſc.l.4.p.419.
Omnem rationem repellere.Qu.Tuſc.l.5.p.416.
Homo rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit. 1.off. pag. 7.
Ratione uti,atq; oratione prudenter. l.1.off.p.38.
Nec rationi parent, cui ſunt ſubjecti, lege naturæ. 1. officiorum pag. 41.

Mercaturæ, *Vide* Emendi.

Mercedis. Præmij.

Lohn/ Verehrung/ Geſchenck.

NON *conduci poſſum vitâ uxoris annuâ.* Aſin. 5. 2. verſu 37.

Ego dabo manupretium. Men.3.3.v. 10.

Age nunc reſide, duplicem ut mercedem referas. Pœn. Prol. verſ. 15.

Quid mercedis petaſus hodiè domino demeret. Pſeud. 47. verſu 90.

Neq; repeto pro illâ abs te quidquam pretij. Eunuch. 4. 6. verſu 11.

His nunc præmium eſt, qui recta prava faciunt. Phorm. 5. 2. verſ. 90.

Vnâ mercede duas res aſſequi. pro Sex.p. 64.

Mercedem accipere ab aliquo. ibid.

Tanto ſibi plus mercedis ex fundo refectum eſt. In Verr. pagina 338.

Hanc ſextulam illa mercedem eſſe voluit aſſiduitatis, & modeſtiæ, ſi quam ſuſceperat. pro Cœl.p.592.

Grave eſt homini pudenti, petere aliquid magnum ab eo, de quo ſe benè meritum putet, ne id quod petat, exigere magis, quàm rogare, & in mercedis potiùs, quàm beneficij loco annumerare, videatur. Ep. ad fam.l.2.p.40.

Non ſum veritus, ne ſuſtinere tua in me vel innumerabilia beneficia non poſſem. Ibidem.

Quaſi mercedem rerum geſtarum deſiderat gloriam. 1. Officiorum pag. 27.

Quem præmio affici negarit oportere. de Inv. libro 2. pagina 243.

Eximium ſceleris præmium exponere. pro Quint.p 26.

Præmium poſtulare. pro Rab.12. p. 164.

Afficere aliquem præmijs. in L. Catil.p.101.

Alicui tribuere præmium. pro Arch. poet.p.355.

Præmijs aliquem oppugnare. In Orat. antę exil. 1. pagina 362.

Nullâ conditione hujus civitatis præmijs affici poteſt. Cornel. 134.

Nam Xerxes refectus omnibus præmijs. Quæſt. Tuſcul. libro 5. pag. 458.

Præmium alicui proponere. ibid.

Nos vellem præmio elicere poſſemus. Ibid.

Merito-

Meritorum. *Vide* Beneficiorum.

Metûs. Timoris. Pavoris. Angoris. Horroris. Formidinis. Extimeſcendi.

Forcht/ Forchtſam / Schrecken / Angſten/ Schauder/ Erſchrocken/ Ergeiſtert.

NVllus eſt hoc meticuloſus. Amph.1.1.v.137.
Magis majorem in ſe concipiet metum. Amph.1.1.v.145.
Exſurgite, qui terrore meo occidiſtis præ metu. Amph. 5. 1. verſ. 14.
Iam ea res me horrore affecit, heriles prævertit metus. Amph. 5.1. verſ.16.
Non ſecus eſt, quàm ſi ab Acherunte veniam. Amph. 5. 1. verſu 26.
Totus timeo. Ibidem.
Eadem nobis formido tumidos terrores impulit. Amph. 5. 1. verſ. 27.
Mihi animus etiam nunc abeſt. Amph.5.1.v.29.
Nimis malè timui. Aul.2.2.v.31.
Priùs quàm intrò redij exanimatus fui. Ibidem.
Mihi horror membra miſera percipit dictis tuis. Amph. 5. 1.verſu 66.
Auro formidat Euclio. Aul.arg.v.6.
Aulæ timet. Aul.Arg.v.8.
Nimisq; ego metuo malè. Aul.1.1.22.
Hæc hunc ciſpellat metum. Capt.3.3.4.
Vix adſto præ formidine. Capt.3.4.104.
Ego pertimeſco, tùm ibi me neſcio quis arripit timidam, atq; pavidam, nec vivam nec mortuam. Curc.5.2.48.
Eò quod corculum aſſultaſſit jam ex metu. Caſ.2.6.9.

Præ me-

Præ metu ubi ſim, neſcio, perij, cor opinor habeo, jam dudum ſalit ſalienoſum. Caſ.2.6.v.61.&26.

Alicui aliquem in pectus inijcere metum. Caſ.3.3.v.26.

Cor metu mortuum eſt. Caſ.3.5.v.1.

Timor præpedit dicta linguæ. Caſ.3.5.v.26.

Vtrobiq; me metus agitat. Ciſt.4.2.21.

Sanguinis guttam vix habere. Moſt.2.2.v.75.

Abs te metuo de verbis tuis. Men.2.1.v.41.

Nihil paveo niſi unum, palla pallorem incutit. Menæch. 4. 2. verſ. 41.

Iſte metus me macerat. Mil.4.6.v.18.

Metum & fugam perduellibus meis inijciam. Pſeu.2.1.v.15.

Sic ego illum dolis atque mendacijs in timorem dabo. Pſeud. 4.1. verſ. 19.

Nunc in metu ſum maximo. Pſeud.4.3.8.

Mihi quoq; edepol jamdudum ille Syrus cor perfrigefacit. Pſeud.4.7.v.104.

An eximes ex hoc miſeram metu? Rud.1.4.v.13.

Maximo miſeræ in metu nunc ſumus ambæ. Rud.3.3.v.5.

Membra mihi occupat metus mortis. Rud.3.3.v.24.

Perplexabiliter earum hodiè perparvè faciam pectora. Stich. 1. 2. verſ. 25.

Neque ut hunc adeam, ſcio, timore torpeo. Trin.4.3.v.50.

Perculſit illicò animum. And.1.1.9.4.

Ibi tum exanimatus Pamphilus. And.1.1.v.100.

Tuum eſt officium, ut perterrefacias Davum. And.1.1.v.138.

Hunc perterrebo ſacrilegum. Eunu.5.3.v.13.

Protelare aliquem ſævis ſuis dictis. Phorm.1.4.v.36.

Amovere metum. And.1.2.v.10.

Vt animus in timore uſque ante hac attentus fuit. And. 2. 1. verſ. 3.

Metum, in quo nunc eſt, adimam. And.2.2 2.

Obſecro te quàm primum hoc me libera miſerum metu. Andr.2.2. verſ. 14.

Quod tu ſperàs, propulſabo facilè. id eſt, *quod tu times.* Andr. 2. 3.verſ. 21.

Vix ſum apud me: ita animus commotus eſt metu. Andr. 5. 4. verſ.3.5.

Lingua hæret metu. Eun.5.6.v.7.

Mem-

Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit, pectore conſiſtere nihil conſilij quit. Adel.4.4.3.
Demſi metum omnem. Adel.4.7.v.18.
Clitiphonem ſpe pendebit animi. Heau 4.4.v. 5.
In metu & periculo eſſe. Phor.1.2.v.7.
Mihi paveo. Phor.1.4.v.10.
Ego nunc timeo. Phor.1.4.v.11.
Quantus metus eſt mihi? Phor 3.1.v.18.
Exanimatum eſſe metu. Phorm.5.3.v.33.
Exonerare aliquem metu. Phorm.5.6.v.3.
Abi, tange, ſi non totus friget, eneca me. Phorm 5.9.v.5.
Delirat miſer timore. Phorm.5.9 v.8.
A quo ſibi non iniuriâ ſummum periculum metuebat. Ad Heren. l.2.pag.36.
Vultu adverſarios perterruiſti. Ad Her.l.4.p.95.
Omnes timore oppreſſi, domi continerentur. Ad Herenn. Orat. pagina 301.
Timorem extendere. de Orat.l.1.p.405.
Me fractum ac debilitatum metu vidit. de orat.p.307.
Quantis ex anguſtijs oratorem educere auſus es. de Orat. l. 3. pagina 488.
Pavor mihi ſapientiam omnem ex animo expectorat. de orat.l.3. pag. 497.
Siquidem angor animo. Brut. 522.
Hoc enim ſummo timore afficit. pro Quint.p.2.
In metu periculoque verſari. pro Quint.p.21.
Timore in rebus prolabi. pro Quint.p 82.
Huc accedit ſummus timor, quem mihi natûra pudorq; meus attribuit. Pro Sext. Roſc.p.40.
Non ſolùm gladiatores, ſed equi ipſi gladiatorum repentinis ſibilis extimeſcebant. Seſt.62.
Illud genus alterum nocturnorum teſtium pertimeſco. Cœl.98.
Contudi animum, & fortaſſe vidi. Ep.Att.l.12.p.344.
Continetur metu audacia. pro Sex.Roſc.p.54.
Nunquam inter homines eſt. Sex.Roſc.p.62.
Metum alicui afferre. in Verr.p. 229.
Formidinem miſeria inÿcere. in Verr.p.465.
Servorum animos formidine opprimit. In Verr.p.492.
Metu perterritus. pro Cecin. p.593.
Timorem bonis inieciſtis. Cont.Rul.p.99.

Magno

Magno me metu liberabis, dummodò inter me atque te murus interſit. in L.Cat.p.368.

Hunc mihi timorem eripe. in L.Cat.p.172.

Liberare Rempublicam metu. in L II.Cat.p.273.

Aliquem in metum adducere. pro L.Mur.p. 243.

Timor bonis omnibus injectus eſt. pro L.Mur.p. 243.

Convertere ſe ad timorem. pro L Syl. p. 313.

Metum bonis, timorem huic ordini, ſervitutem depulit civitati. in Orat.poſt redit.p.390.

Non horreret animo. pro Domo.p.458.

Metu terrere. Ibid.

Ille annus fuerat in Republica magno metu; multorum timore. Seſt. 9.

Terrore multos,& metu tenebat. Seſt.18.

Nimium me timidum,nullius animi fuiſſe confiteor. Seſt.19.

Illi aliquo timore perterriti. Seſt.21.

Animi hominis fracti erant. Seſt.45.

Timorem ſi quem habetis,deponite. Mil.223.

Tantum facultatis timor detrahit. Deiot. p.37.

Tua praſtans ac ſingularis natura hunc mihi metum minuit. Deiot. 380.

Vacui metu eſſe debemus. Phil.1.p.332.

Quantus terror Reipublica impendet. Phil. 5.421.

Solet diutiùs obſidionis metum ſuſtinere. Phil.11.489.

Sanè quàm multis incutit. qui facilitatem ejus norant, metum magnum. Ep.ad fam.l.8. p 218.

Abſtergere metum animi. ad fam.l.9.p.162.

Maximo de nobis timore afficiuntur amici noſtri. ad famil. libro 11. 312.

Etiamſi timidi eſſemus,tamen omnem timorem abÿceremus. Epiſt. ad fam. lib.11.p.340.

Si timidus eſſem, tamen iſtâ epiſtolâ mihi omnem metum abſterſiſſes. Ep.ad fam.l.11.p.341.

Neſcio quem iſtum Pharnacem Aſia terrorem illaturum putaret. Ep.ad fam.l.15.p.482.

In republicâ nunc maximè Gallici belli metus verſatur. Epiſt. ad Att.l...p.88.

Mihi unum de malis in metu eſt. Ep.ad Attic.l.3.p.87.

Vt me paulùm inclinari timore viderant. Epiſt.ad Attic.lib.3.pagina 91.

Animus

Animus acceſſit, & Parthis timor injectus eſt. Ep. ad Attic. lib. 5. pag. 158.

Qui me horror perfudit, quàm ſum ſollicitus, quid ſit futurum? Ep. ad Attic. lib. 8. p. 24.

Et metus omnis à vi atq; irâ Deorum pulſus eſſet. de naturâ Deor. l. 1. p. 21.

Quibus remoti nullos à ſuperis impendere metus. Ibidem.

Me timore liberat. Acad l 2. p. 60.

Perterritos à timore deducere. De natur. Deorum. libro 2. pagina 109.

Doloris futuri, & impendentis torquet timor. de finib. lib. 2. pagina 168.

Timorem alicui afferre. de Divin. l. 1. p. 245.

Metu exalbeſcere. de finib. l. 5. p. 262.

Rex ipſe Priamus ſomnio mentis metu perculſus. de Divin. lib. 1. pag. 273.

Metu perterritum eſſe. de Divin. l. 1. p. 184.

Metu liberari. Qu. Tuſc. l. 2 p. 347 & 375.

Omnem omittere terrorem. Qu Tuſc. l. 2 p. 375.

Qui Iudicij ac periculi metum maximum competitoribus afferre poſſit. de petit. conſ. p. 403.

Quoſdam nimis jejuno & arguto animo monuit. Phil. 14. 538.

Omninò à dicendi ſtudio deterream. de orat. lib. 1. p. 299.

Hanc loquacitatem noſtram vultu ipſo aſpectuq; conterret. de Orat. lib. 1. 327.

Animo diſſoluto eſſe. pro Sext. Roſc. p. 47.

Terror in auribus animiſq; verſatur. in Verr. p. 365.

Tremunt homines. Ibidem.

Quem concurſum in oppido factum putatis? quem clamorem? quẽ fletum mulierum? qui viderent: equum Troianum introductum, urbem captam eſſe dicerent, efferri ſine thecis vaſa, extorqueri alia de manibus mulierum, effringi multorum fores, revelli clauſtra. in Verr. p. 436.

Quod unquam hujuſcemodi everriculũ ullâ in provinciâ fuit tibi.

Animo commoveor, & corpore perhorreſco. in Verr. p. 466.

Terrore ac metu concitari. pro lege Manil. p. 636.

Nec armati exercitus terrorem opponet togatis. Sest. 27.

Terror injectus eſt Cæſari de ejus actis. Provin. 174.

Terrorem nobis inferre voluit. Mil. 250.

Perterriti vultu ac voce confeſſi ſunt. Ep: Att. l. 1. p. 57.

Conſan-

Conſanguineis non mediocreis terrores facit. Epiſtol. Attic. l. 2. pagina 77.

His terroribus ab Epicuro ſoluti. De nat. Deorum. libro 1. pagina 24.

Qui tremerent & exalbeſcerent motu mentis aliquo, vel objectâ terribili extrinſecus. Acad. lib. 2. p. 27.

Diſtingueretur timor, & pallor. Ibidem.

Me contremuiſſe, tremore perterritum. De Divinat. libro 2. 1780.

Terrore ſempiterno, ac diurno, ac nocturno metu liberatum eſſe. Qu. Tuſc. l. 1. p. 314.

Terrorem hoſtibus afferre. Quæſt. Tuſc. l. 4. p. 433.

Cui ſemper aliquis terror impendeat. Qu. Tuſc. l. 5. 474.

Metum alicui injicere. de petit. conſ. p. 404.

Timore frangi. Qu. Tuſc. l. 4. p. 428.

Tùm magnâ ex parte liberati ſumus. Qu. Tuſc. l 4. p. 431.

Non ut parvo metu præditus ſit, ſed ut nullo. Qu. Tuſc. libro 5. pagina 466.

A metu aliquem vindicare. Quæſt. Tuſc. l. 5. 467.

Non eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate. 1. off. p. 28.

Quo cruciatu timoris angi ſolitum. 1. off. p. 73.

Migrandi. *Vide* Abeundi.
Militiæ. *Vide* Belli.

Minandi. Minarum. Comminationum. *Vide etiam* Verberandi.

Trewen/ Trewwort/ Schrecken.

S*Ine, venias modò domum, faxo ut ſcias.* Aſin. 5. 2. v. 48. Particula minâtis eſt apud Comicos: *Sine.* Aul. 3. 2. v. 11. Bacch. 4. 7. v. 13. Truc. 2. 8. v. 6. Caſ. 2. 8. v. 1.

At ſcin' quomodo? STE. Vel herculè eneca, nunquam hic feres à me. Aul.

me. Aul. 5. v. 22. Formula egregia eſt minandi: quæ & alibi occurrit. Amph. 1. 1. v. 199. Rud 3 5. v. 13. *Facito iſtuc, quod minitaris,* & v. 18. *Scin' quomodo?* Vide Lex. Plaut.

Quid faciet mihi? Perſ. 2. 3. 16. Vſitatum genus loquendi ijs, qui periculum, aut minas alterius contemnunt. Terent. Eunuch. *Quid faciam? quid meâ autem? quid faciet mihi?* Was wird er mir denn thun?

Meminiſti me eſſe gravidam, & mihi te magnoperè interminatum. Heaut. 4. 1. v. 13.

Clamore maximo mortem minari. ad Herenn. l. 4. p. 126.

Illorum minas negligere. pro Quint. p. 34.

S*INE me alliatum fungi fortunas meas:* hoc eſt, *parcè & frugaliter vivere.* Moſt. 1. 1. v. 45. *Alliatum* eſt moretum, cui allium eſt annexum. *Vide* Terent. Phorm. 2. 2. *Tute hoc intriſti, tibi eſt exedundum.* Vide ibi Donat.

Mihi quidvis ſatis eſt. Mil. 3. 1. v. 154. *Cum modo obſona, nec magno ſumtu.* Turpilius: *Profectò, ut quiſq; minimo contentus fuit: ita fortunatam vitam vixit maximè: uti Philoſophi ajunt iſti, quis quidvis ſat eſt.* Lucill. *Cùm tectum eſt, quidvis ſatis eſt.*

Quamvis res noſtræ ſunt paupercula, modicè & modeſtè meliùs eſt vitam vivere. Nam ſi ad paupertatem admigrant infamiæ, gravior paupertas fit, fides ſubleſtior. Perſ. 3. 1. v. 17.

Participandi, Communicandi.

Mittheilen.

P*Articipem pariter ego te, & tu me facias.* Aul. 2. 1. 13.
Fac nos participes tuæ ſapientiæ. Epid. 2. 2. v. 82.

Ne expers eſſet partis de noſtris bonis. Heaut. 4. 1. 39.

Exorabo te, ut mihi quoq; & Catulo tuæ ſuavitatis aliquid impertias. De Orat. l. 2. 345.

Cui cùm omnia unà communicem. Ep. Att. l. 1. 54.

Cum iis communices quantoperè. Ep. Att. l. 12. 383.

Patien-

Patiendi. Perferendi. *Vide* Ægritudinis. Damni. Indignandi.

Leyden/Dulden/Außſtehen/Gedult.

Nimiò id quod pudet, faciliùs fertur, quàm illud quod piget. Pſeud. 1.3.46.

Facilè omnes perferre ac pati, cum quibus erat, cumq; unà his ſe dedere, eorum obſequi ſtudijs, adverſus nemini. And. 1. 1. verſu 33.

Tu tuum malum æquo animo feres. And. 5.4.v.19.

Syre vix ſuffero. Heaut. 2.4.v.20.

Non tute incommodam rem, ut quæq; eſt, in animum inducas pati? Hecyr. 5.3 v.27.

Multa ex quo fuerant commoda, ejus incommoda æquum eſt ferre. Hecyr. 5.3.v.27.

Æquo animo aliquid ferre. Phorm. 5. 9.v.31. & Cic. pro Roſc. pag. 52.

In ijs rebus ſe vinci poſſe, æquo animo pati. De Orat. lib. 2. 3. 57.

Damna nulla tanta ſunt, quæ non viri fortes, magno & libero animo affecti ferenda arbitrentur. In Verr. 130.

Omnes acerbiſſimas impiorum pœnas tulerunt. Contra Rull. 140.

Omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatusq; perferre. In Cat. 206.

Immanitas quibuſdam patientiæ radicibus nitebatur. pro Cæl. 95.

Humaniter feremus. Ep. Att. 8.

Te moleſtè ferre certò ſcio. Ep. Att. l. 1. 17.

Inter nos noſtra ſive incommoda, ſive vitia, ſive injurias eſſe tolerandas. Ep. Att. l. 1. 32.

Qui illud valdè graviter tulerunt. Ep. Att. l. 1. 33.

Suum cuique incommodum ferendum eſt. 3. Officiorum 111.

Quem ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum. De Sen. 182.

Patrocinij. *Vide* Defendendi.
Paupertatis. *Vide* Egeſtatis.
Pecuniæ. *Vide* Bonorum.
Peregrinandi. *Vide* Eundi.

Pereundi. Interitûs. *Vide* Damni.

Vntergang / Verderben.

F*VNDITVS peſſum dare aliquid.* Trinum. 1. 2. 128.
Bis perijt amator: ab re, atq; animo ſimul. Truc. 1. 1. 26.
Peſſum it pecunia. Truc. 1. 1. v. 61.
Actum eſt: ilicet: periiſti. Eun. 1. 1. v. 9.
Prudens, ſciens, vivus vidensq; pereo. Eun. 1. 1. v. 27.
Mihi illac ad raſtros res redit. Heaut. 5. 1. v. 58.
Nullus ſum. Phor. 5. 8. v. 49.
Sepultus ſum. Phorm. 5. 8. v. 50.
Non per homines egeſtate & ſcelere perditos. Sest. 3.
Nos veſtrâ religione, veſtrâ autoritate, veſtris ſententijs ſe oppreſſuros arbitrabantur. Sest. 3.
Si hic occidiſſet, & hac civitas & omnes gentes concidiſſent. Phil. 230.
Ne & opera & oleum Philologia perierit. Ep. Att. 321.
Cogita ne te tuosq; funditus evertas. Epiſtol. Attic. libro 10. 321.
Atq; hæc quidem tua laus pariter cum republicâ cecidit. 2. Officiorum 82.

Perſi-

Perfidiæ. *Vide etiam* Credendi. Fidei.

Trewloß/Mißtrawen/Vntrew.

M*Vliebri feciſti fide.* Mil. 75. v. 46.
Pœno nullus eſt Punior. Pœn. Prol. v. 113. & 5. 2. v. 3. Inde *perfidia plus quàm Punica.*
Perfidia ejus derogatur. pro Quint. 27.
Saturavi perfidiam & ſcelus proditorum. pro dom. 418.
Si quis eſt, qui neminem bonâ fide in gratiam putet redire poſſe, non noſtram is perfidiam coarguit, ſed indicat ſuam. Epiſtol. ad fam. l. 3. 75.
Non eſt credibile, quæ ſit perfidia in iſtis principibus. Epiſt. Att. l. 4. 116.

Periculi. *Vide* Diſcriminis. Vaſtandi.

Pergendi. Perſeverandi.

Fortfahren/Beharren.

P*Ergitiſnè pergere?* Pſeud. 5. 1. v. 4. Sic dicitur quoque: *Pergere ludos, pergere iter, pergere culpam, librum,* pro: *in itinere, in libro perficiendo, in culpâ pergere.* Pœn. 1. 3. v. 24. Vide I. Cæſ. Scal. in de cauſ. L. L. lib 5. cap. 123.

Perſequendi. Perſecutionis. *Vide* Exilii.

Verfolgen.

H*ASTIS inſectatus eſt domi patrem.* Capt.3.4. verſu 17.

Perſonæ. *Vide* Fabularum.

Ein Perſon an ſich nemen.

N*ON negat perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum.* Eun. Prol. v. 32.
Perſonam capere, deponere. pro Quint.15.
Nobis perſonam impoſuit ipſa natura. 1.Off.39.
Intelligendum eſt duabus quaſi nos à natura indutos eſſe perſonis. 1.Off.43.
Ipſi quam perſonam gerere velimus, à noſtrâ voluntate proficiſcitur. 1.Off.46.

Perſuadendi. *Vide* Alliciendi.

Petendi. Poſtulandi.

Begeren/Fordern/Heiſchen.

N*ON eſt veriſimile, hominem pauperem pauxillum parvi facere, quin nummum petat.* Aul.1.2.v.38.
Ire petitum gratiam. Aul.2.2.v.69.
Affinitatem hanc obſtinavit gratiâ. Aul.2.2.v.89.
Aut adveniet miles, qui de amittendâ Bacchide aurum hic exigit. Bacch.2.2.v.45.
Poſſum à te exigere argentum. Perſ.3.3.v.18.
Petere aliquid in beneficij loco ac gratiæ. in Verr.394.
Summâ cupiditate hæc expetuntur. in Verr.465.
Rogationem flagitare. pro Cluent.62.
Petitionem graviſſimis ſententijs oppugnare. Ep.ad fam.29.

In quo

In quo uno maximè ambitio noſtra nititur. Ep. Att. 7.
Omnes enim expetimus utilitatem. 3. Off. 139.

Pignoris.

Pfandt/Underpfandt/Treuwſchatz/Verpfenden.

M*Vtuum acceptum indè dicit pignus emtis ædibus, requirit, quæ ſunt.* Moſt. Arg. v. 9.
Quas illi arra bons debet. Moſt. 4. 3. v. 21.
Arrabo in has dedit quadringenta minas. Moſt. 3. 1. v. 110.
Num illa oppignerare filiam meam me invito potuit? Heaut. 4 5. v. 46.
Cùm omnem authoritatem univerſi ordinis pro pignore putares. de Orat. l. 3. 453.
Anagnoſtæ libelli pro vino ſæpè oppignerabantur. Seſt. 54.
Magnis & multis pignoribus Lepidum Reſpublica obligatum tenet. Phil. 13. 510.
Magnum pignus ab eo Reipublicæ datum eſt. Phil. 1. 324.

Pigritiæ. *Vide* Ignaviæ.

Piſcandi. Piſcium.

Fiſchen/Fiſch fangen.

V*Tante hortulos ſuos poſtero die piſcantur.* Offic. lib. 3. pag. 121.

Placendi. *Vide* Approbandi. Favoris.

Gefallen.

Ego is tuo placitum tibi ut ſit faciam. Perſ.2.1.v.9.
Hæc in integro nobis eſſe non poſſunt. de Orat. lib. 3. pag. 455.

Pluviarum, Imbrium. *Vide etiam* Tempeſtatis.

Regen/Gewitter/Wetter.

Tempeſtas venit, confringit tegulas, imbricesq́; ibi venit imber, lavit parietes, perpluunt tigna, putrefacit aër operam fabri. Moſt.1.2.v.21. & 56.

Pœnarum. *Vide* Caſtigandi.

Pollicitationum. Promittendi. Pollicendi. Stipulandi.

Verheiſſen/Verſprechen/Zuſagen.

Te oro, promiſſa ut ſerves tua. Amph.5.3.v.1.
Aurium tibi operam dico. Bacch.4.9.v.2.
Promiſi foras. Moſt.4.3.v.12.
Promitto ego tibi pro te, quin me pro te ad cœnam ire autumo. Moſt.5.2.v.10.
Minæ viginti ſanæ ſunt tibi, hodie quas abs te eſt inſtipulatus. Nullum periculum eſt, quod ſciam, ſtipularier. Roga me viginti minas. Pſeud.4.6.v.8.14.
Fac ſis nunc promiſſa appareant. Eun.2.3.v.19.
Promiſſa iam perfeci. And.4.1.v.17.
Polliceri montes auri. Phor.1.2.v.18.
An verebamini, ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel? Phor. 5.8.v.9.
Vt oratione ſummam mei promiſſi compleam. in Ver.326.

Polliceri

Polliceri alicui aliquid bonâ fide. cont. Rul. 143.
Pro certo polliceor hoc vobis, atq; confirmo. contr. Rullum 145.
Quantam pecuniam militibus earum regionum in ſingulos Propator pollicitus es. Phil. 5. 428.
Ego à te cùm tua promiſſa per literas flagitabam, ad urbem te otioſum eſſe arbitrabar. Ep. ad Fam.
Expectatione promiſſi tui moveor. Epiſt. ad Fam. libr. 9. pag. 148.
Meâ affirmatione tibi recepi. Epiſt. ad Fam. l 9. 148. & l. 10. 360.
Habui paululum moræ, cùm promiſſa militibus perſolvo. Epiſt. ad Fam. lib. 12. p. 360.
Expectatione promiſſi tui moveor. Acad. Qu. l. 2. p. 76.
Furioſo promiſſum facere. 1. Off. 14.
Quæ pertinent ad veritatem, & ad fidem, ea negare interdum, & non ſervare eſt iuſtum. ibid.
Nec promiſſa igitur ſervanda ſunt ea, quæ ſint ijs, quæ promiſeris inutilia. Off. 1. p. 15.
Illis promiſſis non ſtandum eſſe, quis non videt, quæ coactus quis metu aut deceptus dolo promiſerit? ibid.
Poteſt accidere promiſſum aliquod, & conventum, ut id inutile ſit, vel ei, cui promiſſum ſit, vel ei qui promiſerit. ibid.

Pœnitendi. Pœnitentiæ. Reſipiſcendi.

Rew/Leydt/Gerewen.

Noſtri noſmet pœnitet. Phor. 1. 3. v. 20.
Pœnitet me huius rei. in Verr. 305.
Certum eſt ad frugem applicare animum. Trin. 2. 1. v. 34.
Redire in viam: **Wider auff die rechte ban kommen.** And. Prol. v. 11.
Si quid eſt peccatum à nobis, profer, ut ea refellendo, aut purgando, vobis corrigemus te iudice ipſo. Hecyr. 2. 2. v. 11.

Poſſeſſio-

Poſſeſſionis. *Vide* Bonorum. Divitiarum.

Hab vnd Gutt beſitzen/Reichtumb/Innhaben/Bewohnen.

D*E noſtrâ poſſeſſione depulſi ſumus, ac reiecti.* de Orat. lib. 3. 483.

In poſſeſſionem venire. pro Quint. 31.

Bonorum poſſeſſio ſpectatur non in aliquâ parte ſed in univerſis, quæ teneri ac poſſideri poſſunt ibid. p. 33.

Omne clauſum, & compreſſum poſſidet. in Verr. 388.

Vnus omnem omnium poteſtatem armis & latrocinijs poſſidet. Seſt. 18.

Qui prætor Africam obtinuerat. Ligar. 294.

Quoniam hereditas uſucapta eſſet. Ep. Att. lib. 1. pag. 11.

Depoſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus. de Leg. l. 1. 315.

Soli enim poſſident res & fructuoſas & ſempiternas. Parad. 6. pag. 140.

Portandi. Ferendi.

Tragen.

P*Vpillum filium in humeros ſuos extulit.* De Orat. lib. 1. p. 331.

Poteſtatis. Imperij. Virium.

Gewalt/Macht/Krafft/Vermögen.

Q*Vibus ea res eſt in manu.* Amph. Prol. v. 80.

Cui

Cui plus ſit in manu, quàm tibi. Aſin.1.1.v.71.
Vt iam penes ſeſe habent. Capt.2.1.v.17.
Vbi mihi poteſtas primùm evenit. Ciſt.1.2.v.18.
Tibi me emancupabo, tuus ſum, tibi dedo operam. Bacch.1.2.v.61.
In fabrorum poteſtate tum fui. Moſt.5.1.v.53.
Quia illi ſuam rem eſſe aquum eſt in manu. Merc.1.3.verſ.117.
Eſt, atq; non eſt mihi in manu. Trin.1.2.v.67.
In manu non eſt meâ. Rud.4.3.v.44. Bacch.1.2.v.36. Amph.1.1.v.14. Terent. Hecyr.4.4.v.44. Vide Lex. litt.I.
Cum imperio eſſe: eſt, *habere ſummam poteſtatem.* Trucul.1.1.v.74.
Date creſcendi copiam novarum Heaut. Prol.v.28.
Quam penes eſt mea omnis res, & liberi. Truculent.4.4 verſ.11.
Legatus hinc quo cum publico imperio fui. Truc.1.1.v.74.
Iſtum redegiſſem in poteſtatem eius. Rud.5.3.v.23.
Sibi ut inſpiciendi eſſet copia. Eun.Prol.v.21.
In me planè Dij poteſtatem ſuam omnem oſtendêre. Eunuch.5.9.verſ.2.
Mea eſt potens. Heaut.2 1 v.15.
Nam apud patrem tua amica tecum ſine metu ut ſit, copia eſt. Heaut.2.3.v.87.
Veniam ad vos, ſi mihi ſenatus det veniam. ad Heren. libr.4.pag.91.
Pictori, quas vellet, poteſtates eligendi dederunt. de Invent. lib.2.p.198.
Ego meorum ſolus ſum meus. Phorm.4.1.v.21.
Quoad eius fieri poterit. ad Heren.l.1.p.4.
Ad omnium nitetur facultatem. ad Her.l.4.p.80.
Nos ſub eorum poteſtatem ſubijciemus. ad Her.l.2.50.
Ipſa negotij natura nobis dabit facultatem. ad Herenn.lib.4.p.108.
Cui populus ipſe moderandi, & regendi ſui poteſtatem, quaſi quaſdam habenas tradidiſſet. de Orat.l.2.p.291.
Adoleſcentes Craſſo ſe dicarunt. de Orat.l.3.455.
Plus poſſunt propter nobilitatem. pro Qu.p.3.
Vel reſpondendi, vel interpellandi alicui facere poteſtatem. Sext. Roſc.p.61.

Quan-

Quantum poſſunt, malunt in exilio oſtendere. pro Sext. Roſc. 84.
Summam habere poteſtatem. in Verr. 123.
Ille ſibi optionem, poteſtatemq́ facturus eſt, ut eligas, utrum velis. in Verr. p. 126.
Eius rei cognoſcendæ faciam vobis ſuo tempore poteſtatem. in Ver. p. 207.
Patientia dominatur in urbe, in hoc genere quieſcit. pro Cæc. 614.
Quâ digitum proferat, non habet. ibid.
Redigere aliquem in poteſtatem. pro A. Cl. 70.
Dare poteſtatem iudicandi. pro Arch 84.
Dare poteſtatem. contr. Rull. 115.
Facultatem concedere alicui. ibid.
Si mihi eſſet integrum. pro Cn. Rab. 159.
Non mihi licet, neq; eſt integrum. pro Luc. Mur. 127.
Dare alicui facultatem. pro L Mur. 39.
Omnem vim ſui tribunatûs in meâ ſalute conſumſit. Seſt. 16.
Se totum Pompeius Cæſari tradidit. Phil. 2. 347.
Qua primùm navigandi nobis facultas data erit, eâ utemur. Ep. ad Fam. lib. 3. p. 65.
Quam facultatem, ſi quis caſus eripuerit, mea tamen in te omnia officia conſtabunt, ac ſi te vidiſſem. Epiſt. ad Fam. libr. 3. pag. 166.
Aliâs nemo facultatem habet decipiendi nos. Ep. ad Fam. l. 11. p. 311.
Vitam Rempublicam ex manibus hoſtium eripuit, ac tradidit. Ep. ad F. l. 12. p. 362.
Habere poteſtatem. in Orat. ante exil. 367.
Id egi, ut Aſia provincia, vectigaliaq́ in veſtram poteſtatem redigerentur. Ep. ad Fam. l. 11. 367.
Facere alicui poteſtatem. in Orat. poſt red. p. 361. & pro Cœl. p. 166. & pro Dom. p. 401.
Poteſtas nobis adempta eſt. pro Qu. p. 3.
Pervenire in alicuius poteſtatem. Epiſt. ad Fam. lib. 15. pag. 469.
Mihi facultatem, quando hic nec opinatus, & improviſus provinciæ caſus eripuit. Ep. ad Fam l. 15. p. 748.
Exeundi Româ poteſtas nobis fuit. Ep. Att. 8.
Confido illum fore in officio & in noſtrâ poteſtate. Ep. Att. l. 1. p. 14.
Illum in noſtrâ poteſtate fore. Ep. Att. l. 1. 15.

Cadem-

Cadendum eſt in unius poteſtatem. Ep. Att.l.8.236.
Ne in illius manus perveniret. Ep.Att.l.8.240.
Quæ in noſtrâ eſt poteſtate ſita. Acad.l.2.22.
Vt ſit aliquid in noſtrâ poteſtate. Acad.l 2.23.
Vitia eſſe in ipſorum poteſtate. ibid.
Integra eſt nobis iudicandi poteſtas. Acad.l.2.p.7.
Cuius rei tantæ, tamq; difficilis facultatem conſecutam eſſe me non profiteor. de Nat.Deor.l.11.8.
Incredibili quâdam facultate fuit. Acad. Qu.l.1.95.
Si modò eam facultatem tibi daret cauſa. de Nat. Deor. lib. 3. 120.
Eamq; poteſtatem, quam ipſe per ſcelus erat nactus, quaſi iuſtam & legitimam hereditatis loco filio tradidit. de Nat. Deor. lib.3. 50.
Nam nihil eſſet in noſtrâ poteſtate, ſi res ita ſe haberet. de Fato 276.
Poteſtatem rei alicuius alicui abrogare. de Leg.l.3.358.
Qui igitur ex poteſtate exiſſe dicuntur. Tuſc. Quæſt. lib.3.pag. 380.
Quamobrem in iſtâ quidem re vehementer Syllam probo, qui tribunis plebis ſuâ lege iniuriæ faciendæ poteſtatem ademerit. Qu. Tuſc.l.3.385.
Clandeſtino introitu urbe eſt potitus. Offi.l.2. 97.
Quantum de iure noſtro deceſſerimus. Ep.Att.l.16.p.491.
Tametſi viciſſe debeo, tamen de meo iure diſcedam, & tibi quod in aliâ cauſâ non concederem, in hac concedam. pro Sext. Roſc. p. 61.
Hoc per me licet, ſed tibi aut concedendum eſt, ita eſſe, quod minimè vis. Acad.p. 55.

Præſentiæ. *Vide etiam infrà* Promptitudinis, *& ſupra.* Adventûs.

Gegenwarth/Fertig.

ADſum præſens præſenti tibi. Moſt.5.1.v.21.
Praſtò eſt. Eunuch.5.9.v.20.

Hirundines

Hirundines æſtivo tempore praſtò ſunt, frigore pulſæ recedunt. ad Her.l.4.124.

Quocunq; tempore mihi poteſtas præſentis tui fuerit, tu eris omnium moderator conſiliorum meorum. Epiſt. ad Fam. libr. 1. pag.33.

Prandendi. *Vide* Bibendi.
Pravitatis. *Vide* Impietatis.

Precum. Optandi. Petendi. *Vide* Vovendi.

Bitten.

D*ii dent, quæ velis.* Epid.1.1.v.5.

Qui ſunt, qui à patronâ preces meas expeteſſunt. Rud.1.5.v.1.

Preces precari, etiam Cato dixit, c.134. *Iane pater, te hac ſtrue commovendâ bonas preces precor, ut ſis volens propitius mihi.* German. Ein bitt begehren. Lucret. *Non divûm* Numen *votis adit, & prece quæſit, ventorum pavidus pares animasq; ſecundas.*

Dij benè vertant, quod agas! Phor.3.3.v.19.

Precatione rogare aliquem. in Verr.512.

Qui nunquam nobis occurrunt, neq; in precibus, neq; in optatis, neq; in votis. de Nat. Deor.l.1.p.112.

Principij. Initij.

Anfang.

I*Nde mihi principium capiam ex eâ tragœdiâ.* Pœn. Prolog. v. 2.

Narrationis mihi incipit initium. Andr.4.v.16.

Benè habent tibi principia Phor.2.5.v.82.

Principium capere oportebit. ad Her.l.1.6.

A princi-

A principiis primùm ordiar. de Partit. p. 265.
Res agi cœpta eſt. pro A. Cl. p. 23.
Initium facere. cont. Rull. 133.
Neceſſe eſt conſtitui initium. Acad. l. 2. 17.
Initium quærere. Acad. l. 2. 18.
Initijs igitur conſtitutis. de Fin. l. 3. 187.
A Principiis permanere ad fines. de Fin. l. 4. 231.
A communibus initiis progredi. de Fin. l. 4. 23.
Hinc exordium capiamus. de Fin. l. 5 p. 258.
Ita naſcetur exordium. Qu. Tuſc. l. 1. 297.
A lege ducendum eſt iuris exordium de Leg. l. 1. p. 300.
Conſtituendi iuris ab illâ ſummâ lege capiamus exordium. de Leg. lib. 1. p. 300.
Quia nunc itidem ab eodem, & cæteris Dijs immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia. de Leg. l. 2. p. 322.
Divina, ſempiterna, ſapientisq́; vita induxit exordium. de Vniverſ. 377.
Repetendum altius videtur. 1. Off. 22.

Pretij. *Vide* Æſtimandi.
Principatûs. *Vide* Regni.

Privilegij. *Vide* Legum.

Gerechtigkeit.

P*Rivilegia ne irroganto de capite civis.* de Leg. l. 353.
Familiariſſimus tuus de te privilegium tulit. Paradox. 4.

Probandi. *Vide* Confirmandi.

Procraſtinandi. Differendi.

Auffſchieben/Verſchieben/Verlegen.

R*Es ſerias omnes extollo ex hoc die in alium diem.* Pœn. 2. 2 v. 52. Cæcilius: *Hodiè extollat nuptias.*

Credo impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptijs protrahat dies. Andr. 2.1.v.13.

Saltem aliquot dies profer, dum proficiſcar aliquò, ne videam. Andr. 3.1.v.29.

Quantum hinc promoveo nuptias? And. 4.2.v.28.

Non patiar rem in id tempus adduci. in Verr. 154.

Comitia in menſem Ianuarium protendimus. Epiſt. Fam lib. 10. p. 307.

Procuratio me multis officijs implicatum, & conſtrictum tenebat, hac incluſa habebam. Acad. Qu. l. 1. 81.

In alia tempora aliquid reſervare. in Verr. 148.

Reijcere aliquid in aliud tempus. in Verr. 329.

Bellum differre & prorogare. Phil. 12. 499.

Comitia in VI. Cal. Sex. dilata ſunt. Ep. Att. l. 1. 29.

Quibus omnia conſilia differs in id tempus. Epiſt. Att. libr. 9. 292.

Si laxius volent proferre diem. Att. l. 13. 407.

Vereor ne in breve tempus dilata ſit abs te pernicies. Ep. Brut. p. 558.

Diem prælij committendi differre. de Div. l. 1. 187.

Proficiſcendi. *Vide* Abeundi. Eundi.

Prohibendi. Interdicti. *Vide etiam* Imperij. Mandati.

Verbieten / Unterſagen / Enthalten / Abhalten.

A*Vt quidem cum uxore hac ipſum prohibeo domo.* Phorm. 2. 3. v. 78.

Quibus aquâ & igni interdictum eſt. ad Her. l. 2. 47.

Lex peregrinum vetat in murum aſcendere. de Orat. lib. 2. pag. 47.

Vetare

Vetare aliquem. in Verr. 373.

Limine tectoq; ædium, ſed primo aditu, veſtibuloq; prohiberi. pro Cæc. 559.

Hoc aditu laudis, non mea me voluntas, ſed meæ vitæ ab ineunte ætate ſuſceptæ prohibuerunt. pro Leg. Man. 62.

Vt mihi aqua & ignis interdiceretur. pro Dom. 433.

Promptitudinis. Apparatûs. *Vide etiam* Præſentiæ.

Bereit/Fertig.

Q*Vod amat in mundo eſt.* Caſ. 3. 3. verſ. 1. Egregia formula, quam ſic explicat Feſtus Pompeius. *In mundo eſſe, dicebant antiqui, quando aliquid in promtu eſſe volebant intelligi.* Vide quæ notavi de hac formulâ in Lexico Plautino lit. M. ubi ſimul loca παράλληλα ex Plauto invenies omnia.

Ad omnes compareto tibi res benefactis frequens. Mil. 3. 1. v. 67.

De iſthac re argutus eſt. Merc. 3. 4. v. 44.

Piſtrinum in mundo ſcibam. Pſeud. 1. 5. v. 84.

Habeo in mundo. Perſ. 1. 1. v. 45.

Id faciam, in proclivi quod eſt. And. 4. 2. v. 18.

Vir in quovis loco paratus. And. 4. 2. v. 18.

Ancillulam relictis rebus omnibus quaſivi. Eunuch. 1. 2. verſu 11.

Proditionis. Tradendi.

Verrheterey/Vbergeben.

Q*Vi prodere hoſtibus patriam cogitarit.* ad Herenn. lib. 4. pag. 83.

Prolis. Generis. Proſapiæ. Nobilitatis. Familiæ. *Vide etiam* Nativitatis.

Geſchlecht/Adell/Stamm/Herkommen.

DE *ſummo adoleſcens loco*. Aul. Prol. 78.
Quali me arbitrare genere prognatum? Aul 2. 2. v. 35.
De ſummo loco ſummoq; genere captum Capt. Prol. 29.
Eccum adoleſcentem prognatum genere ſummo. Capt. 1. 2. verſ. 61.
Genus unum illic pollens eſt, atq; honoratiſſimum. Capt. 2. 2. v. 28.
Volui nobilitatem meam occultari, & genus. Capt. 2. 2. v. 49.
De Cœlitum proſapia te eſſe natum arbitror. Cur. 3. 1. 23.
Vbi iſtas videas ſummo genere natas Ciſt. 2. 3. 18.
Si tu collocere in luculentam familiam. ibid.
At illa laus eſt magna in genere, & in divitijs maximis, liberos hominem educare generi monumentum, & ſibi. Mil. 3. 1. verſ. 108.
Scis tu me eſſe imi ſubſellij virum. Stich. 3. 2. v. 33.
Infimatis infimus ego. Stich 3. 2. v. 37.
Vbi etiam huius reliquias reſtare video, quàm gaudeo! Adelph. 3. 4. v. 81.
Summo loco natus, ſummusq; vir, & paulò ætate poſterior tantum mortuum ſcripſit Brut. 531.
Ab illo integer manet. in Verr. 493.
Memineram illum divinum virum, ex ijſdem, quibus nos, radicibus natum ad ſalutem huius imperij. Seſt. p. 26.
Stirpem in propè quingenteſimum annum propagavit. Philipp. 1. p. 328.
Liberos procreare. Acad. l. 1. 56.
Hic enim orti ſtirpe antiquiſſimá ſumus. de Leg. l. 2. p. 319.
Magná progenie orbari. Qu. Tuſc. l 1. 330.
Theſeus Hippolyto filio non eſſet orbatus. 1. Off. 15.
Obſcuris nati parentibus. 1. Off. 47.

Promittendi

Promittendi. *Vide* Pollicendi.
Properandi. *Vide* Feſtinandi.
Propoſiti. *Vide* Inſtituti.
Pudicitiæ. *Vide* Caſtimoniæ.
Pueritiæ. *Vide* Ætatis.

Pugilis. Athletæ. Gladiatorum.

Fechten/ Kempfen/ Streitten.

P*Lurimarum palmarum vetus, ac nobilis gladiator habetur: hic ſe nuper ad laniſtam eum contulit, qui cùm ante hanc pugnam tyro eſſet ſcientiâ, facilè ipſum magiſtrum ſuperavit.* pro Sex Roſc. 42.

Laniſta omninò à gladijs receſſit: is diſcipulus magiſtro tantulum de arte concedit. pro Sex Roſc. 78.

Pugnæ. *Vide* Belli.

Pulchritudinis. Formoſitatis. Deformitatis. Fœditatis. Vultùs. Formæ. Venuſtatis. Imaginis. Conſpurcandi. Speciei.

Geſtallt/ Schönheit/ Heßlich/ Scheußlich.

B*Acchis etiam formis*, h.e. *formoſa tibi viſa eſt*. Bacc. 7.7.v.38.
In hoc omnes venuſtates ſunt. Pſeud. act. 5. ſcen 1. v. 12.
Verti in faciem alicuius. Amph. Arg. 1. v. 1.
Mutare ſe in formam alicuius. Amphitr. Argument. II. verſ 2.

In Amphitruonis vortit ſeſe imaginem. Amphitr. Pro.og. verſ. 121.

Ego ſervi ſumpſi Soſiæ mihi imaginem. Amph.Prol.v.141.

Quando imago eſt huius in me. Amph.Act.1 1.v.109.

Hic quidem omnem imaginem meam, quæ antehac fuerat, poſſidet. Amph.1.1.v. 302.

Huius illic, hic illius Rhodiæ fert imaginem. Capt.Prolog. verſ. 38.

Quia formâ lepidâ, & liberali captivam adoleſcentulam de prædâ mercatus eſt. Epid.1.1.v.41.

Iam ego me convortam in hirundinem. Epid.2.2.v.4.

Haud mala eſt mulier. Bacch.5.2.v.42.

Hic ſtet propter virum formâ regiâ. Mil.1.1.10.

Ferre alicuius imaginem. Mil 2.1.v.13.

Amat hominem nimiùm lepidum, pulchritudine meam laudat ſpeciem. Mil.4.2.10.

Lepidâ & liberali formâ eſt. Mil 4.1.v.20.

Nimiùm lepidè lepida, nimiuq; nitida fœmina. Mil. 4. 10 v. 20.

Formæ amœnitatem, faciem, pulchritudinem alicuius collaudare. Mil.4.4.v. 31.

Eius elegantia meam ſpeciem ſpernit. Mil. 4. 6.v.10.

Metuo ne tua prædicatio nunc meam formam exciperet. Mil. 4. 6. v. 22.

Iſthuc curavi, ut illius opinione pulchrior ſies. ibidem verſu 23.

Pithecium hæc eſt præ illâ, & ſpinturnicium. Mil. 4. 1. verſ. 42.

Dum hic aſtatis ſtrenuâ facie. Rud.2.2.v.8.

Heu ſpecie cepi lepidâ mulierem! Rud. 2.4. v. 2.

Quâ ſunt facie. Rud. 2.7.v.7.

Sat adepol concinnâ eſt facie. Perſ.4.3.v.78.

Mulier egregia, atq; ætate integrâ. And.1.1.v. 43.

Fortè unam aſpicio adoleſcentulam, formâ, & vultu adeò modeſto, adeò venuſto, ut nihil ſupra. And.1. 1. 89.

Erit formâ præter cæteræ honeſtâ ac liberali. Andr. 1, 1. verſu 91.

Hanc formâ videt honeſtâ virginem. Eun.1.2.v.52.

Hem

Hem tibi, quàm liberali facie, quàm ætate integrâ? Eunuch. 3. 1. v. 20.
Iſthæc mihi forma eſt. Hecyr. 1. 1. v. 18.
Vultum earum ſenſit immutari omnium. Hecyr 3. 3.
Novi hominis faciem, magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius, cadaveroſa facies. Hecyr. 3. 4. 75.
Oh, illud vide, os ut ſibi diſtorſit carnufex! Eunuch. 4. 4.
Colore muſtellino: ſchwartʒ häßlich. ibid.
Monſtrum hominis. ibid.
Illamne, obſecro, inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt heri ſenem, mulierem? Eunuch. 2. 3.
Ipſa horrida: ungebutʒt. Phorm. 1. 2.
Rufamne illam virginem, cæſiam ſparſo ore, adunco naſo? Heaut. 5. 5.
Nunc geſtus vultusq; mihi eſt capiendus novus. Phorm. 5. 4. verſ. 7.
Antequam tuam venuſtatem obtines. Hecyr. 5. 4. v. 17.
Virgo facie egregiâ. Phor. 1. 2. v. 50. *Scita eſt.* ibid. v. 60.
Si illam præclaram. & eximiam ſpeciem oratoris perfecti, & pulchritudinem adamaſtis de Orat. l. 3. 473.
Sed pulcherrimâ ſpecie eſſe decebat. de Natur. Deorum lib. 1. pag. 3.
Quocircà ſi is, qui aliquod munus efficere molitur, eam ſpeciem quæ ſemper eadem eſt, intuebitur, præclarum opus efficiat, neceſſe eſt. de Divin. 369.
Formam & maximè ſibi cognitam & decoram Deus dedit. de V. verſ. 879.
Vultus mutantur, oculi torquentur. 1. Off 52.
Forma, dignitas, coloris bonitate tuenda, color exercitationibus corporum. 1. Off. 52.
Aliquid formæ, ætatis, habere. in Verr. 503.
Quorum in adoleſcentiâ forma & ſpecies fuit liberalis. pro Cœl. pag. 94.
Quis enim iſtas imagines comprehendere animo poteſt? de Natur, Deor. l. 2. 48.
Illi autem pulcerrimâ formâ præditi. de Natur. Deorum lib. 2. pag. 75.
Eius concio, in quâ Pompeium ornat, an potiùs deformat? de Ar. 856. 1

Aliquis deformatus atq; ornamentis omnibus ſpoliatus. pro Qu. 17.b

Sed ego hunc omnibus à me pictum & politum artis coloribus ſubitò deformatum vidi. At.36.a

Mortuus, deformatus, tumore praditus, corpore decoloratus. ad Her.14.b

Si hominem teterrimum poeta aliquis fictis conquiſitisq; vitiis deformatum vellet inducere. de Ar..57 a

Ludi deformati, inquinati, perverſi, conturbati. de Ar.249.a

Deformata civitas. de Or.143.a

Parietes nudos deformatosq; reliquit. in V.228.b

Romam verò ipſam fœdavit adventus tuus. in P.91.a

Qui topatum domeſtici belli exſtinctorem nefario ſcelere fœdavit. de Ar.255.b

A Sex. Serano ſanctiſſima ſacella omni turpitudine eſſe fœdata ſcimus. de Ar.251.a

Luxuria verò cùm omni ætati turpis, tùm ſenectuti fœdiſſima eſt. Off.25.a

An ille fœdior atq; inquinatior in C. Pompeio accuſando fuit? de Ar.156.a

Exitum iudicij fœdum & pernicioſum leniſſimè tuli. Quint. Fr. 318.a

Nihil fieri poteſt miſerius, nihil perditius, nihil fœdius. Attic. 125.a

Bellum fœdiſſimum futurum puto. Att.117.b

Immaniſſimum ac fœdiſſimum monſtrum. in P.86.b

Genus mortis fœdum. At.247.a

Pulſandi. Forium. Oſtij. *Vide etiam ſupra* Ædium.

Klopfen/Thür zumachen/Zuſchlieſſen.

Quenam iſta pulſatio eſt? ad illum qui modum alieno vires tuas oſtentes oſtio? fores penè effregiſti Bacc.4.2.v.1.2.4.

Compendium ego te facere pultandi volo. Pſeud. 1.2.v.11.

Quid ſi recenti re ædes pultem? Pœn.3.4.v.18.

Crepuit foris. Amph.1.2.v.36.

Si de-

Si denuò pultaveris, ſi minuſculo digito increpueris fores, hac tegu-li tibi diminuam caput, ut cum dentib. linguam exſcreas. Amp. *ſcenâ.* Tu me verſ. 6.

Tunè meas pultare fores? haſce illicò toto demoliar cardine. Amp. *ſcen.* Tu me. v 9.

Quis tam vaſto impetu has fores toto convulſit cardine? Amph. *ſc.* Quis tam. v. 1.

Fores occluſæ omnibus ſient. Aſin. 4. 1. v. 19.

Occlude ſis fores ambobus peſſulis. Aul. 1. 2. v. 25. Sic Polybius: l. 15. αἱ θύραι ἀποκλείονται διττοῖς μοχλοῖς.

Pultando aſſulatim foribus exitium affero. Capt. 4. 2. v. 52.

Concrepuit à Glycerio oſtium. And. 4. 1. v. 58.

Oſtium concrepuit. Hecyr. 4. 1. v. 6.

Tune has pepuliſti fores? Adelph. 4. 5. v. 4.

Quis verò oſtium hoc pultavit? Adelph. 4. 5. v. 3.

Puniendi. *Vide* Caſtigandi.

Q

Quærendi. Inquirendi. Inveſtigandi. Explorandi.

Suchen/ Nachſuchen / Erforſchen.

NE queſtioni mihi ſit, ſi quid eum velim. Ciſt. 2. 3. v. 16.

Ego relictis rebus Epidicum operam quærendo dabo. Epid. 4. 2. v. 55.

Is germanum quæritabat circum omnes oras. Men. Arg. v. 7.

Quoniam ego illum curram quæritatum. Men. 5. 2. v. 16.

Sum ad inveſtigandum curioſior. Ep. 4. 13.

Tibi illum reperiam, niſi in Dalmatiam aufugerit, & inde tamen aliquando eruam. Ep. 5. 9.

De Dionyſio tuo adhuc nihil extrico, id eſt, *certi aut explorati habeo.* Ep. 5. 10.

Non deſiſtam, quin illum aliquando eruam. Ibidem.
Neſcis me ab illo omnia expiſcatum? Ep.9.19.
Ab utrâq; parte ſcrutantur tabellarios. Ep.10 31.
Adde huc quod perferri literæ nullâ conditione potuerunt: ſexcentis enim locis excutiuntur, deinde etiam retinentur à Lepido tabellarÿ. ibid.

Querelæ. Querendi. Conquerendi.

Klagen/ Klag führen.

M*Eas queror fortunas.* Aſin.3.1.v.12.
Per hanc curam quieto tibi licet eſſe. Du darffſt nicht klagen. Epid.3.2.v.2.
Humanas querimonias non tanti facere. Men. pagina 11. verſu 6. 7.
Cùm Druſus multa de Philippo queſtus eſſet. de Orat. lib.3. pagina 452.
Acceptâ injuriâ, querelam ad quem detuliſtis? Lig. 301.
Vocibus inſtat, & aſſiduas jacit ore querelas. De divin.l.1. pagina 107.

Quietis. Requiei. Tranquillitatis.

Ruh/ Still halten.

H*Abere quietum animum.* Caſ.2.6.v.29.
Placidè: volo acquieſcere. Merc.1. 2.v.26.
De iſthac re in oculum utrumvis conquieſcito. Pſeud.1.1.v.1.
Tranquillum eſt: Alcedonia ſunt circa forum. Caſ.prol.v.26. Vide Lexicon Plautinum *Alcedonia.*
Pauſam facere. Pœn.2.1.v.13. Perſ.5.2.v.31. Rud.4.6.v.1. Trin.1. 2.v.150. Pauſare.
Quieſce hanc rem modò petere. Moſt.5.2.v.51.

Illam

Illam tam tranquillam facies, quàm mare eſt olim, cùm ibi alcedo pullos educit ſuos. Pœn.1.2.v.145. Vide Lexicon.Plaut.

Remigrat animus nunc denuò mihi. Epid. 4.1.v.42.

Animo liquido, & tranquillo es. Epid.5.1.v. 36.

Adhuc tranquilla res eſt. Phor.3.1.v 15.

Maximè, quod is locus ab omni turbâ, id temporis vacuus eſſet. de fin.l.5 p.248.

Vt liceat quietâ mente conſiſtere. de Divin.l.2.p.272.

Non omni mihi videtur animi perturbatione poſſe ſapiens vacare. in Tuſc.l.4.p.416.

Ab omni concitatione vacare. in Tuſc.l. 5. p.469.

In participe rationis ponunt tranquillitatem, hoc eſt, *placidam, quietam conſtantiam.* Qu.Tuſc.l.4.p.417.

Ego te hos menſes quietum reddam. Eunuch. 2.2.v.46.

Nunquam conquieſcam, neq; defatigor. De Orat.l.3. p.395.

Animos noſtros curamq; ab hac contentione diſputationis laxemus. de Orat.l.3.p.520.

Soluto & quieto animo eſſe. pro Sext.Roſc.p 10.

Quieſcere curamq; animi remittere. in Verr.478.

Verſantur in animo meo multa & graves cogitationes, quæ mihi nullam partem, neq; diurnæ neq; nocturnæ quietis impartiunt. contra Rull.pag.105.

Omnem tranquillitatem, & quietem ſenectutis acceptam refert clementiæ tuæ. Dejot.321.

Vt tantum requietis reddam. Ep.Att.l.1.p.35.

In his miſeriis erecto animo, & minimè perturbato ſimus. Ep.Att.l. 9.pag.289.

Mirificas tranquillitates tenuerunt. Ep.Att.l.10.p.333.

Vt animum vacuum ad res difficiles ſcribendas afferam. Ep.Att.l. 12.p.389.

Requietem alicui afferre. de fin.l.5.p.274.

Quietem ſempiternam poſſit pati. de fin.l.5.p.275.

Placidiſſimam quietem afferre. Qu.Tuſc.l.1.p.336.

Tranquillitas animi adſit, & ſecuritas. 1. Off.p.28.

Tranquillitatem expetere. 1.Off p.29.

R

Rationis. *Vide ſupra* Cauſæ.

Vrſach/ Gelegenheit.

O*Mnem benè vivendi rationem tenere*. De Orat. lib. 1. pagina 316.

Rationes rei dicam. in Verr. p. 486.

Rationem alicujus rei reddere. De nat. Deor. l. 3. p. 119.

Tùm Balbus: quam igitur à me rationem deſideras? ibid.

Sed omnium talium rerum ratio reddenda eſt. De nat. Deor. lib. 3. p. 126.

Hanc rationem induxit ob eandem. De fato p. 182.

Cauſam ſuam ſine commentitiâ declinatione defendere. De fato. p. 285.

Et quidem cur ſic opinetur, rationem ſubijcit. De fato. pagina 253.

Cur factum ſit, ratio probabilis reddi poteſt. l. 1. off. p. 6.

Reconciliandi. Favoris. Gratiæ. Benevolentiæ. *Vide ſupra* Ignoſcendi. Gratias agendi. Amicitiæ. *& infra* Vovendi.

Verſöhnen/ Gunſt/ Genedig ſeyn.

Q*Vò te agis? ego ne in Veneris? quid eò tu? ut Venerem propitiem?* Pœn. 1. 2. v. 120.

Cum eo reveni ex amicitiâ in gratiam. Stich. 1. 1. v. 8.

In amicitiam atq; in gratiam revertimus. Stich. 3. 1. v. 13.

Iam dudum res reduxit me ipſa in gratiam. And. 5. 4. v. 46.

Neq; alio pacto poteſt componi inter eos gratia. Hecyr. 3. 5. v 29.

Facilem benevolum q; me tibi lingua tua reddidit. Hecyr. 5. 2. verſ. 35.

Ego

Ego redigam vos in gratiam. Phor.5.8.v.73.
In gratiam redire cum aliquo. in Verr. p.120.
Formula antiquâ dicebatur: *Vellem, quæ velles,* ſi quando gratificandi voluntas promta innuebatur. Moſt.3.2.v.54. *Velim ut velis Tranio.* Amph. Prol.v.39. Vide infra Tit. *Voveldi.*
Gratias pro meritis agere. Amph.1.1.v.26.
Si merito meo ſtudeant referre gratiam. Amph.3.2.v.61.
Tu cum uxore Alcumenâ antiquam in gratiam redi. Amph.5.2. verſ.13.
Inter ſe rurſum redire in gratiam. Amph.3.2.v.61.
Cum uxore domi rediiſti in gratiam. Amph.ſc.D; voſtram.v.61.
Habetur & refertur gratia, ut meritus es. Aul.ſc.Grave eſt.v.41.
Promerenti optimè hoccine pretii redditur? Aſin.1.2.v.2.
Par pari datum. Aſin.1.3.v.20.
Malè relata eſt gratia. Aſin.3.v.20.
Si opulentus it petitum pauperioris gratiam. Aul.2.2. v.69.
Inibis à me ſolidam, & grandem gratiam. Curc.3.1.v.35.
A me magnam iniſtis gratiam. Ciſt.1.1.v.8.
Ita hodie hic accepta ſumus ſuavibus modis. Ciſt.1.1.v.17.
Vtut erga me eſt meritus, cordi eſt tamen. ibidem.
Ecquam abs te inibo gratiam? Epid.5.4.v.5.
Cupere alicujus. Mil.4.1.v.17. Vide Lex.Plaut.
Cùm is nihil promoveat, poſtulat id gratia apponi ſibi. Andr.2.1. verſ.31.
Sine labore hanc gratiam, te, ut ſibi des pro illâ, nunc rogat. Hec.3. 3.v.30.
Gratiam juvat ſine diſpendio. Hec.5.2.v.29.
In civitate gratiam conſequutus eſt. de Orat.lib.1.p.199.
Permagnam à nobis initis gratiam. pro Cæcin.p.617.
Pompeii gratiam mihi per hanc cauſam conciliari puto. pro lege Manil.p.655.
Bonam gratiam ſibi quærere. pro lege Manil.p.656.
Inire gratiam ab aliquo. de Aruſp.Reſp.p.486.
A me inierit gratiam. Seſt.65.
Nos utamur gratiâ pro ſalute bonorum contra amentiam perditorum. Mil.227.
Illi faveo virgini. Eun.5.3.v.7.
Noſtra eſt omni fautrix familia. Eun.5.9.v.22.
Tibi benè ex animo volo. Heaut.5.2.v.6.

Facit.

Facit, ut veſtra authoritas mea authoritati fautrix adjutrix ſit. Hecyr.Prol.v.4.8.

Ego meis partibus amiciſſimum eum intelligo. in Verr. p.177.

Omnes ſemper nobilitati favemus. pro Seſt.p.11.

Qui rumore & favore populi tenetur, & ducitur. pro Seſt. pagina 57.

Quòd Cæſaris gratiam tenemus. Ep.ad Qu.fr. l. 2. p.620.

Noſtra manus bonorum ardet ſtudio noſtri, & amore. Ep. ad Qu. Frat.l.1. p.593.

Intellexi hominem moveri, utrum Craſſus inierit eam gratiam. Ep.ad Att.l.1.p.21.

Feras inter ſe partus, atq; educatio, & natura ipſa conciliat. pro Sex.Roſc.p.58.

Ad eorum voluntatem conciliandam maximo te mihi uſui fore video. Ep.Att.p.8.

Inter ſe quaſi civili conciliatione, atq; ſocietate conjunctos. de nat. Deorum.l.2. p.81.

Currentem animum patris ſui ſorori tuæ reconciliavit. Ep.ad Att. l.6. p.191.

Vt Cæſarem in priſtinam concordiam reducas. Ep. ad Attic.lib.8. pag.262.

Noſtra neceſſitudo debet conciliare te illi. Ep.Brut.p.543.

Cum Antonijs Reſp. in gratiam redeat. Phil.13.531.

Hoc ſi poſſem inter nos componere. Curc.5.3.23.

Exortam videtur flammam dolore, ac morte reſtinxiſſe. in Verr. pag.494.

Gratiam noſtram extinguit hominum ſuſpicio. Ep.ad fam.libro 1. pag.6.

Certiorem te ſcribis per literas eſſe factum, me cum Cæſare & Appio eſſe in gratiâ. ad fam.l.1.p.21.

Frui gratiâ alicujus. Ep.ad fam.l.1.p.32.

Apertiùs hæc ago, ac ſæpiùs, quòd & Qu. frater legatus eſt Cæſaris, & nullum meum minimum dictum, non modò factum pro Cæſare interceſſit, quod ille non ita illuſtri gratiâ acceperit. Ibidem.

Collectam gratiam effundere. Ep.ad fam. l.2.

Gratiam quoq; nos inire ab eo, defendendâ pace arbitrabamur. Ep.ad fam.lib.4.p.92.

Florere gratiâ: Ep.lib.4.p.111.

Ac vereor

Ac vereor ne aſſentatiunculâ quadam aucupari gratiam videar, cùm hoc demonſtrem, me à te potiſſimùm ornari, celebrariq́ velle Ep. ad fam. l. 5. p. 132.
Gratiâ contendere. Ep. ad fam. l. 5. p. 137.
Ponito me in gratiam. Ep. ad fam. l. 8. p. 223.
Firmiſſimâ benevolentiâ hominum muniti ſumus. Ep. Att. lib. 2. pag 85.
Apud Lentulum ponam te in gratiam. Ep. Attic. l. 5. p. 139.
Nullâ gratiâ valere. de nat. Deor. l. 1. p. 50.
Magnam inire gratiam. de fin l. 4. p. 225.
Invidiam ſedare. in Verr. p. 13[illegible].
Inimici in gratiam reconciliabuntur. pro domo p. 453.
Mecum abſens beneficio rediit in gratiam. Seſt. 64.
Plebem placavit muneribus, quos non conciliaret meritis in Rempublicam ſingularibus. Mil. 261.
Cum Fulvio in campo ſtatim in gratiam rediie. Provinc. 164.
Cum quibus omnibus eadem Reſpublica reconciliavit, quæ alienarat. Provinc. 165.
Hic me meus amicus cum Cæſare reduxit, reconciliavit, & reſtituit in gratiam. Provinc. 177.
Cum ſuo inimico in gratiam redire non dubitavit. ibid.
Qui me cum illo in gratiam reduxit. Provinc. 166.
Ex tantis inimicitiis in gratiam ſummo ſtudio receptus eſt. Rab. 271.
Authoritas Cnei Pompeii, me in gratiam reduxit. Ibid.
Mihi mea priſtina vitæ conſuetudinem, Caii Cæſar, interclusam aperuiſti. Marc 282.
Placare Deorum iram donis. de legib. lib. 2. p. 328.
Nec tu jam mecum in gratiam redeas. Phil. lib. 2. p. 363.
Hunc in familiaritatem libentiſſimè recepiſti. Phil. libro 7. pagina 368.
Cum Republicâ redii in gratiam. Phil. l. 2. p. 383.
In Reipublica gratiam redierunt. Phil. lib. 8. p. 457.
Hic cum tabulis novis jam redit in gratiam. Phil. 10. paginâ 474.
De Vatinio primùm reditus interceſſerat in gratiam per Pompejum, ſtatim ut ille prætor factus eſt. Epiſt. ad fam. libro 1. pagina 29.

Si quis

Si quis eſt, qui neminem bonâ fide in gratiam redire putet poſſe, nõ is perfidiam noſtram coarguit, ſed indicat ſuam. Ep. ad fam. l. 3. pag. 75.
Cùm reditum noſtrum in gratiam uterque expetiſſet. Ep. ad fam. l. 3. p. 82.
Ad pactionem deſcendere. Ep. ad fam. l. 8. p. 237.
Scito me, poſtquam in urbem venerim, rediiſſe cum veteribus amicis, id eſt, *cum liberis noſtris, in gratiam.* Ep. ad fam. lib. 9. pag. 242.
Reconciliare me Lepido, fidemq; habere orabat. Ep. ad fam. l. 10. p. 298.
Præſentem reſtituere in ejus veterem gratiam non potui. Ep. Attic. pag. 8.
Vt omnia placarentur inter vos non modò ſermone ac diſputatione, ſed &c. Ep. Att. l. 1. p. 31.
Tibi de noſtro amico placando, aut etiam planè reſtituendo polliceor. Ep. Att. l. 1. p. 14.
Vt agerem quàm diligentiſſimè cum Luceio de vetere veſtrâ gratiâ reconciliandâ. Ep. Att. l. 1. p. 15.
Is mecum, & cum Milone in gratiam rediit. Ep. Attic. lib. 4. pag. 129.

Recreandi. Oblectandi. Voluptatis. Delectamenti.
Vide plura Tit. Gaudii.

Erfrewen/ Erluſtiren/ Frölich machen/ Ergetzen/ Guts muths ſein.

Iſtoc me aſſiduò victu delecto domi. Capt. 1. 2. v. 69.
Da viciſſim meo gutturi gaudium. Curc. 1. 2. v. 10.
Reliquiarum ſpes animum oblectet. Moſt. 3. v. 15.
Oculis epulas dare. Pœn. 5. 4. v. 2.
Reddidiſti animum. And. 2. 1. v. 31.
Nam & illi animum jam revelabis, qui timore & miſeriâ tabeſcit. Adel. 4. 3. v. 11.
Verbo animus mihi rediit. Hec. 3. 2. v. 12.
Vt ex priſtino ſermone relaxarentur animi omnium. de Orat. 1. p. 276.

Relaxare

Relaxare animum. pro Sex.Roſc.p.83.
Ex illo metu mortis, quaſi luce libertatis, & odore aliquo legum revixiſſet. in Verr.p.555.
Diffidentem rebus ſuis confirmavit, afflictum erexit, perditum recreavit. pro lege Man.p.636.
Me recreat & reficit Cnei Pompeij ſapientiſſimi, & juſtiſſimi viri conſilium. pro Mil.p.223.
Interdum animis relaxantur. Phil.2.p.353.
Oratio conſulum animum meum erexit. Phil.407.
Collige te, placa, atq; mitiga animum tuum. Phil.407.
Ego recreavi afflictos animos bonorum. Ep.Att.l.4.p.27.
Meipſe propemodum collegi. Ep.Att.l.12.p.387.
Si te iſtâ occupatione relaxaris. Ep.Att.l.16. p. 512.
Summâ cum amœnitate fluminis me refeci. Ep. Qu. Fr.l.3. pagina 622.
Id afficitur quâdam delectatione. Epiſtol. Attic. lib. 2. p. 67.

Redeundi. Revertendi. *Vide* Eundi.

Wider kommen/ Widerkunfft/ Zu Hauß eilen/ Heim eylen/ Vmbkehren.

ID contigit, ut ſalvi potiremur domum. Amph.1. 1. Ver. 32.
Revenire domum. Amph.1.1.v.34.
Quid tibi huc receptio ad te eſt meum virum? Aſin. 5. 2. verſu 70.
Quantum potero, tantum me recipiam domum. Aul. 1. 2. verſu 41.
Sed eccum unde ſeſe homo recipit domum. Aul.2.1. v.55.
At quaſo, ubi erit otium, revertere ad me extemplò. Epid.3.3.verſu 41.
Incertus tuum cave ad me retuleris pedem. Epid. 3. 4. verſu 3.
Tu niſi domum reverteris. Men.2.1.v.31.
Actutùm face cum prædâ recipias, ſcil. *te domum:* abſolutè. Men. 2.4.v.30. Vide Lex. Plaut. *Recipere.*

Herus eccum recepit ſe domum. Pſeud.3.1.v.23.
Ad argumentum nunc viciſſatim volo remigrare. Pœn. Prol. v. 46.47.
Carpere vorſoriam. Trin.4.3.v.19.
Reverſionem ut ad me faceret. Truc.7.4.v.47.
Volo me capere domum. Stich.3.1. v. 21.
Nunquam tam manè egredior, neq; tum veſperi domum revertor. Heaut.1.1.v.16.
Ergò, mea Antiphila, tu nunc ſola reducem me in patriam facis. Heaut.2.4.v.18.
Cùm miles domum reveniſſet. De Orat. libro 1. pagina 315.
Ad ſuum larem familiarem redire. in Verr.p.362.
Non opinor eos in cuniculum, quà aggreſſi erant, reſtitui oportere. pro Cæcin.p.627.
Hunc ego reditum repudiarem. Seſt.62.
Mirabilis eſt expectatio reditûs tui. Epiſt. ad fam. libro 2. pagina 39.
Binas in ſingulis annis reverſiones ab extremo contrarias facit. de nat. Deor.l.2.p.90.
His ad illos, à quibus eſſent profecti, reditum facilem patere. Qu. Tuſc.l.1.p.324.
Arcere aliquem reditu. Quæſt. Tuſc. l.1.p.332.
Multi dantur ad ſtudia reditus. 1.Off.p.10.

Refutandi. Convincendi. Arguendi.

Vberweiſen / Vberzeugen.

NEC *magis manifeſtum ego hominem unquam ullum teneri vidi: omnibus malefactis tres teſtes aderunt acerrumi.* Men.4.2.v.29.30.
Pulchrè dictum, & sapiẽter jugularas hominem. Eunuch.3.1.v.26.
Dictis confutabitur. Heaut.5.1.v.76.
Confutare aliquem verbis. Phor.3.1.v.13.
Eum ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis aſtringit. pro Quint.p.6.

Omnibus

Omnibus legibus implicatum tenere aliquem. in Verr. p. 341.
Tuo, quemadmodum dicitur, gladio defenſio tua conficiatur neceſſe eſt. pro Cæc. p. 619.
Reclamitat iſtiuſmodi ſuſpicionibus ipſa natura. Pro Sex. Roſc. pagina 58.
Vt ignis in aquam conjectus continuò reſtinguitur, & refrigeratur, ſic referuens falſum crimen in puriſſimam & caſtiſſimam vitam collatum, ſtatim concidit & exſtinguitur. Pro Quint. Roſc. p. 97.
Signis omne luce clarioribus crimina refellemus. Cœl. 99.
Clodium præſentem fregi in Senatu cum oratione perpetuâ, pleniſſimâ gravitatis. Ep. Attic. l. 1. p. 23.
Ita contracta eſt res, & adducta in anguſtum. De Amic. p. 190.

Regni. Adminiſtrationis. Gubernationis. Imperij. Regiminis. Principatûs. Reipublicæ. *Vide plura Tit.* Muneris. Officii.

Reich/Regiment/Fürſtenthumb/Herꝛſchafft/Stadt/Regierung.

REGNVM *ſtabilire ſuum.* Amph. 1. 1. v. 39.
Vt geſſerit Rempublicam ductu, imperio, auſpicio ſuo. Amph. 1. 1. v. 41. Propriè hoc dicebatur, & ex formulâ. Sic Salluſtius: *Vt ſeſe & exercitum more majorum gereret.* Vide amplius *Briſſon.* de Form. l. 2. p. 206. Edit. VVechel. in 4. Francof.
Rerum potiri. pro Sex Roſc. p. 60.
Obtinere regnum. Ep. ad fam. l. 15.
Rumor magnus eſt, Ptolomæum eſſe in regno. Ep. Att. l. 1. p. 121.
Domus nulla tanto conſilio, aut tantâ diſciplinâ gubernatur. Ep. Attic. l. 6. p. 168.
Cæſarem in cupiditatem regni impulit. Ep. Brut. p. 558.
Quod poſteaquam à Cæſare tetrarchia regno pecuniaq; mulctatus eſt. Cic. de divin. lib. 1. p. 107.
Cùm regno eſſet expulſus. Qu. Tuſc. l. 1. 337.
Mœrere regni deſiderio. Qu. Tuſc. l. 3. p. 389.
Reſtituere aliquem in regnum. Tuſc. Qu. p. 387.
Rempublicam tenere. de Orat. l. 1. p. 279.

Cùm ad gubernacula Reipublicæ temerarij, atq; audaces homines acceſſerant. De invent. lib. 1. p. 136.

Rempublicam gerere. de Orat. l. 3. p. 452.

Rempublicam opprimere armis. Ep. ad fam. lib. 4. p. 93.

Diffidere reipublicæ. Ep. ad fam. l. 5 p. 135.

Expellere ex republicâ. Ep. ad fam. l. 10. p. 291.

In rempublicam omni cogitatione curâque incumbere. Epiſt. ad fam. l. 10. p. 275.

Conſulere reipublicæ. Ibidem.

Oro te, ut totâ mente omniq; animi impetu in Rempublicam incumbas Ep ad fam. l. 10. p. 279.

Benè mereri de Republicâ. ibid.

Si nudus ſe huc Antonius confert, facilè mihi videor, per me ſuſtinere poſſe, Remq; publicam ex veſtrâ ſententiâ adminiſtrare. Ep. ad fam. l. 10. p. 287.

Tradere alicui provinciam. Ep. ad Fam. l 2. p. 63.

Præeſſe provinciæ. Ep. ad fam. l. 3. p. 66.

Tueri provinciam. Ep. ad fam. l 10. p. 284.

Fidem mihi dedit, ſe Antonium, ſi prohibere ſuâ provinciâ non potuiſſet, bello perſecuturum. Ep. ad fam. l. 10. p. 291.

Cum injuriâ tuâ contumeliâq; Reipublicæ provinciam obtinebat. Ep. ad fam. l. 1. p. 103.

Quomodo rem familiarem adminiſtret. de Invent. lib. 1. pagina 160.

Deficere à Republicâ. Ep. ad fam. l. 12. p. 158.

Hortor te, ut omni curâ in rempublicam incumbas. Ep. ad fam. l. 12. p. 378.

Qui ſtatus omnium bonorum conjunctione, & authoritate conſulatûs mei fixus & fundatus videbatur. Ep. Attic. lib. 1. pagina 26.

Imperium populi Romani hujus domeſticis nundinis diminutum eſt. Phil. 2 p 373.

Potentiſſimos reges, bellicoſiſſimas gentes in ditionem hujus imperij redegerunt. Phil. 4. 405.

Equites, ſagittarios, Elephantos in ſuam, populiq; Romani poteſtatẽ redegit. Phil. 5. 425.

Clariſſimo, & innocentiſſimo viro imperium decrevit. Phil. 11. 485.

Nos quidem hoc ſentimus: Si exploratum tibi ſit, poſſe te illius regno po-

gno potiri, non eſſe cunctandum: ſin dubium, non eſſe conandum. Ep fam.l.1.p.15.
Te obſecro, ut in perpetuum Rempublicam à dominatu regio liberes. Ep.fam.l.11.p.315.
Niſi à gubernaculis ceſſarint, maximum ab univerſo naufragio periculum eſt. Ep. fam.l.16.p.510.
Amiſimus non omnem modò ſuccum ac ſanguinem, ſed etiam colorem, & faciem priſtinam civitatis. Ep. Att.l.4.p.130.
Theophraſtus menti divinum tribuit principatum. de nat. Deor.l. 1. pag. 17.
Conſules ſummum imperium ſtatim deponere. de nat. Deor.lib.2. pag.54.
Sed cum alio conjuncta, & connexa, habere aliquem in ſe principatum. de nat. Deor.l.2. p. 61.
Tu eris omnium moderator conſiliorum meorum. Ep.1.9.
Dux nobis, & autor opus eſt, & eorum ventorum, quos propoſui moderator quidam, & quaſi gubernator Ep.1.5.
Te hortor, ut omnia gubernes, & moderere prudentiâ tuâ. Epiſtol. 2. 6.
Nam ſi hoc modo moderari poſſemus. Ep.8.5.
Autor moderationis urbanæ, id eſt, *adminiſtrationis, gubernationis.* Ep.9.15.
Ita fit, ut & ſuperiorum conſiliorum conſcientiâ, & præſentis temporis moderatione me conſoler. Ep.9.16.
Et temporis & rei te moderatorem facilè patior eſſe. Ep.10.9.
A gubernaculis recedere. Ep.16.27.
Hæc Deus aliquis gubernabit. ad Att.p.155.
Cuſtos, gubernatorq; Reipub. pro Rabi.p. 128.
Eloquentia gubernatrix civitatum. de Orato.24.
Facilior erit mihi quaſi decurſus mei temporis, id eſt, *adminiſtratio.* Ep.3.3.
Quæ, quoniam nec ratione nec majorum noſtrorum clementiâ adminiſtratis. Ep.5.1.
In hac curâ, atq; adminiſtratione. Ep.9.24.
Communi conſilio bellum adminiſtrare. Ep.19.21.
Republicâ à Dolobellâ meo præclariſſimè geſtâ: ſcilicet, ſupplicio affectis, & repreſſis illis, qui motâ ſeditionē in urbe aram Cæſari erigere conati erant. Ep.12.1.
Si ab his petieris, ut interea nobis procurationem Aſiæ dent, ſpero te poſſe impetrare. Ep.12.14.

Suſceptum negotium ex voluntate gerere. Ep.13.5.

Operam des, vt quàm commodiſſimè negotium municipij adminiſtretur. Ep.13.12.

Cui ſcis, τρεῖς διοικήσεις Aſiaticas attributas eſſe. Ep.13.68.

Quis clavum tanti imperij tenere, & gubernacula reipublicæ tractare in maximo curſu poſſe arbitrabatur? Seſt.p.11.

Vnus omnem omnium poteſtatem armis, & latrocinijs poſſidebat. Seſt. p.18.

Neq; victi, neq; victores rempublicam tenere poſſumus. Seſt. pagina 23.

Eripere Senatu gubernacula. ibidem.

Pacatus, quietus, fretus imperio populi Romani, regno paterno, avito, regaliq; regno olim perfruebatur. Seſt.p.30.

Regno omni inundari per aliquem. Seſt.p 31.

In foro tum Magiſtratum gereret, & Remp. adminiſtraret. Seſt. pag.40.

Qui ſibi gubernacula depopoſcerunt. Seſt 50.

Regiones tribus triumphis adjunctas huic imperio notavit. Seſt. pag. 62.

Qui provincias cum imperio obtinerent. Seſt. p.63.

Qui cùm regum poteſtatem non tuliſſent. Seſt.68.

Eripuerat ſenatui provinciæ decernendæ poteſtatem. in Vatin. pagina 88.

Totus terrarum orbis tenetur noſtro imperio. pro Corn.131.

Quos nobis armis ſubegimus, in noſtram ditionem redegimus. pro Corn. 135.

Qui omni ſtudio mentes ſuas ad noſtrum imperium nomenq; flexerunt. pro Corn.p.142.

Qui hanc urbem gubernare debebas. Provinc. 159.

Ipſe totam Galliam in noſtram ditionem redegit. Prov.169.

In maximis turbinibus & fluctibus Reipublicæ navem gubernavi. In Piſo.186.

Doleo, cùm reſpublica immortalis eſſe debeat, eam in unius mortalis animâ conſiſtere. Marc.289.

Non mediocri cupiditate imperium arripuit. pro Lig. pagina 294.

Conceſſos faſcès laureos tenui, quoad tenendos putavi. Ligar. 294.

Qua

Præcepta ſalutis, & laudis aptè ad perſuadendum edere ſuis civibus. de leg.4.p.310.
Obtinere principatum. de nat. Deor.l.2.p.69.
Ab Alexandro Tyranno crudeli principatu premebatur. de divin. l.1.p.177.
Gubernacula rei alicujus tenere. De divin. libro 2. pagina 213.
Si verò iiſdem officiis & poteſtatibus parent. de legib. lib.1.pagina 302.
Sed principatum dedit ſuperiori. de Univerſ. p.377.
Teneant omnium animantium principatum, nobiſq; jure & lege volentes pareant. de Univerſ. p.381.
Deinde, ut huic animanti principem ſe ducemq; præberet. de Univerſ. p.384.
Dominatu regio liberari. Qu. Tuſc.l.4.p.413.
Dominatum occupare. Qu. Tuſc.l.5.p.472.
Nec verò imperia expetenda, ac potius non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. 1.off.p.28.
Imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur. 1. Offic. pagina 31.
O domus antiqua, heu quam diſpari dominaris Domino! 1. Offic. pag. 55.
Ne magnam nimis in nos habeat dominationem. ad Her.l.4.p.96.
Imperium alicui abrogare Brut.pag.534.
Dominus eſt in ſuos Sext.Roſc. p.63.
Summam rerum adminiſtrare. Sext.Roſc.p.68.
Cùm ſolus Rempublicam regeret, orbemq; terrarum gubernaret, imperii majeſtatem armis receperat, confirmavit. Sext. Roſc. pag.82.
Sub imperium aliquid, ditionemq; ſubjungere in Verr.p.178.
Majoribus in Aphricam ex hac provinciâ imperii gradus eſt factus. in Verr.224.
Nutu orbem regere. Font.p.575.
Non poteſt exercitum continere is, qui ſe ipſum non continet, neque ſeverus eſſe in judicando, qui alios in ſe ſeveros judices eſſe non vult. pro leg. Man.p.643.
Rectè illi ſtudia veſtra ſuis conſiliis regere conantur. pro leg.Man. p.653.
Novam dominationem comparare. Contra Rull.p.98.

Vt ſedent cum purpurâ & ſceptro, & illis inſignibus regijs præconi publico ſubijcerentur. Seſt. p.5.

Cùm eam ſeveritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem. D. Silano emancipaverat. de Fin. l. 1. p. 105.

Siccitatis.

Trucken.

SEd cùm id polliceantur areſcant ipſi ſiccitate. ad Heren. lib. 4.p.82.

Signi. Argumenti. *Vide* Exempli.

Zeichen/Anzeigen/Andeuttung.

INdicio cuius alium agnoſcit filium. Capt. Arg. v.9.
Nam hic quoq; exemplum reliquit eius. Pſeud.2.2.v.55.
Non ſigni hoc ſat eſt? Hecyr.2.1.v.38.
Signis conſignare aliquid. pro Qu.p.8.
Quemadmodum milites hybernent, quotidie ſermones ac literæ perferrentur. pro Leg. Man. p.643.
Ea velim ab omnibus veſtigiis indagata ad me offeras. Epiſt. Att. lib.2.p.55.

Silentij. *Vide* Tacendi.
Similitudinis. *Vide* Comparandi.

Simplicitatis.

Einfallt.

HOmines antiqui ex ſuâ naturâ fingunt cæteros. pro Sext. Roſc.p.45.
De rebus ieiunè quidem & exiliter diſputarunt. de Orat. lib. 1. pag.28.

Simulandi.

Simulandi. Diſſimulandi. Hypocryſis.

Heucheln/Sich annehmen/Sich ſtellen/ als ob.

NE ille fœneratò funditat. Aſin. 5.2.v.53.
Iſq; ſe ut aſſimularet peregrinum eſſe. Pœn. 3. 1. v. 47.
Libenter ſe illum qui non erat eſſe ſimulat. in Verrem. p. 516.
Uti diſſimulatione libenter. Acad. l. 2. p. 11.

Sitiendi. *Vide* Bibendi.

Durſt.

EGone ſalva ſim, qui ſiti ſicca ſum? Curc. 1. 2. v. 26.
Fodere puteum, ubi ſitis fauces tenet. Moſtell. 2. 1. verſu 33.
Neque habet, quo ſitim ſedet. ad Heren. l. 4. p. 82.
Sitim ob aliquam rem perferre. de Fin. lib. 2. p. 275.

Solitudinis. Vitæ ſolitariæ.

Einſam/Einſamkeit/Allein.

PErvigilat noctes totas, tunc autem interduis quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies. Aul. 2. 2. v. 35.
Datum erat ſpacium ſolitudinis, ut colloqui mecum unà poſſet. Hecyr. 1. 2. v. 35.
Natura triſti reconditâ fuit non ad ſolarium, non in campo, non in conviviis verſatus eſt. pro Qu. p. 21.
Hoc conventu pro ſolitudine abuti. pro Sext. Roſc. pagin. 57.
Vitam fugæ ſolitudiniq; mandare. in Cat. p. 174.
Diſcedere in aliquas ſolitudines. Epiſt. ad Fam. l. 2. p. 83.

Me hac ſolitudo minus ſtimulat. Epiſt. Attic. libr. 12. pag. 320.

Amorem ſolitudinis captare. Qu. Tuſc. l. 3. p. 405.

Solvendi. Satisfaciendi. *Vide* Æris alieni. Emendi.

Bezahlen / Erlegen / Genug thun / Zu frieden ſtellen / Befriedigen.

STa ſis illicò, atq; argentum properè propera vomere. Curc. 5. 3. v. 10.

Argento hac dies præſtituta eſt, quoad referret nobis nec dum retulit. Pſeud. 2. 2. v. 29.

Quas ſponſione pronuper tu exactus es. Trin. 2. 4. v. 26.

Pecuniam expenſam ferre. pro Qu. Roſc. p. 92.

Ego mei officij rationem eſſe omnibus confido perſolutam. in Verr. pag. 563.

Si tibi in præſentiâ ſatisfacere non potero, tamen multa mihi ad ſatisfaciendum reliquo tempore facultates dabuntur: illi niſi nunc ſatisfecero, poſtea mihi ſatisfaciendi poteſtas non erit. pro A. Clu. pag 6.

Quos mihi dediſti nummos, quos pro capite illius pendam, quos continuò tibi reponam in hoc triduo aut quatriduo. Perſ. 1. 1. verſ. 37.

Referendâ gratiâ ſatisfacere potui. Corn. 127.

Vt pecuniam reliquam ad diem ſolverent. Ep. Att. lib. 16. pag. 512.

Somni. Somniorum. *Vide* Dormiendi.

Schlaffen / Träumen.

NVnc propter intermiſſionem forenſis operæ meridiationes addidi, quibus uti antea non ſolebam. de Divin. l. 2. p. 268.

Spectaculorum Theatricorum. *Vide* Comœdiarum.

Standi. Conſiſtendi.

Stehen.

N*Am ille quidem Vulcani irati eſt filius, quaquâ tangit, omne amburit, ſi prope abſtes, calefacit.* Epid. 5. 2. v. 9. Elegans forma loquendi, uſurpata à Plauto aliquoties. Mil. 4. 2, v. 4. *Quisnam hinc propè abeſt, qui aliena potiùs curet, quàm ſua?* Et Aul. 2. 3. v. 8. Sic Cicero 1. Tuſc. *Antiquitate, quæ quò propius aberat ab ortu, hoc melius &c.* Idem de Senectut. *Quod mortem meliùs mihi cernere videar, quod ab eâ propiùs abſum.*

Spei. Fiduciæ. Expectationis.

Hoffen / Hoffnung / Vertrawen / Warten / Erwarten.

S*Pes prorogatur in alium diem.* Aul. 3. 5. v. 19.
Eſt illic mihi una ſpes canatica, ſi ea decollabit, redibo huc. Capt. 3. 1. v. 36.
Vbi meas collocem ſpes. Epid. 4. 1. v. 4.
Mihi nulla ſpes in corde certa eſt. Merc. 2. 3. v. 29.
Spem teneo. Merc. 3. 4. v. 5.
In te nunc omnis ſpes ætatis meæ. Pſeud. 1. 1. v. 109.
Si qua in hoc ſpes ſita eſt mihi. Pſeud. 5. 2. 4.
A milite omnis tum mihi ſpes animam efflaverit. Trucul. 4. 4. v. 23.
Cœlo mitti, dicebant antiqui, quod inopinatè, & præter ſpem accidit,

accidit. Perſ. 2. 3. v. 6. *Eam fore mihi occaſionem, ea quaſi nunc decidit de cœlo.* Sic Tibull. lib. 1. Eleg. 3. *Tunc veniam ſubitò: nec quiſquam nunciet ante: Sed videas cœlos miſſus adeſſe tibi:* Minutius Felix. *In hodiernum, inopinatè viſos, cœlo miſſo, ignobiles, & ignotos, terræ filios nominamus.*

Vt animus in ſpe uſq; ante hac attentus fuit! Andr. 2. 4. verſu 3.

Adempta ſpes eſt. Andr. 2. 6. v. 5.

Ibo, etſi herclè ſæpè iam me ſpes fruſtrata eſt. Andr. 2. 2. verſu 38.

Præter ſpem evenit. Andr. 2. 6. v. 5.

Lactare, & falsâ ſpe producere aliquem. Andr. 4. 1. v. 24.

Itane paraſti, ut ſpes nulla reliqua in te ſit tibi? Eunuch. 2. 2. v. 99.

In te ſpes eſt. Eunuch. 5. 9. v. 24.

Plus ſpei video, quàm volo. Heaut. 4. 1. v. 46.

Ego ſpem precio non emo. Adelph. 2. 2. v. 11.

Meam quæ præter ſpem evenére. Adelph. 5. 3. v. 29.

Quicquid præter ſpem eveniat, omne id deputare eſſe in lucro. Phorm. 2. 1. v 16.

Cuius nunc miſeræ ſpes opesq; ſunt in te uno omnes ſitæ. Phorm. 3. 1. verſ 6.

Iniecta ſpes eſt patri. Phorm. 4. 4. v. 11.

Oſtendemus nos in aliis ſpem noluiſſe habere. ad Herenn. libr. 1. pag. 7.

Si quis ſpei non multum collocarit in caſu. ad Herenn. libr. 4. pag. 96.

Omnis in pecuniâ ſpes eius eſt. ad Heren. lib. 4. p. 97.

Cuius ſpes ſenectutis omnis in huius adoleſcentiâ poſita eſt. ad Her. l. 4. p. 115.

Pro re certâ ſpem falſam domum retulerunt. pro Sext. Roſc pag. 75.

Spem ponere in aliquâ re. pro Sex. Roſc. p. 81.

Spes alicui, quas habet, vi extorquere. in Ver. p. 118.

In ſpe aliquid relinquere. in Verr. p. 120.

In alicuius eloquentiâ, & gratiâ ſpem aliquam collocaſſe. in Verr. pag. 139.

Spem in manibus habere. in Verr. p. 141.

Spem rei alicui præcidere. in Verr. p. 165.

Omnem

Omnem ſpem avaritiâ ſuâ ſuſtulit. in Verr. p. 358.
Turbare ſpes. in Verr. 407.
Spes una in Manlio imperij ponebatur. pro Leg. Man. pag. 651.
Spem habere in aliquo. pro Leg. Man. p. 651.
Omnis in eo gerendæ Reipublicæ ſpes conſtituitur. pro Leg. Man. p. 652.
Eodem tempore ſpem nominis eius deferebamus. Philip. 14. pag. 542.
Magna me ſpes tenet. pro Aul. Cluent. p. 5.
Spe duci in ſpem. pro Cn. Plan p. 519.
Omnes boni omnem ſpem melioris ſtatûs in eorum fidem converterunt. Seſt. 35.
Semper verſabatur in ſpe rerum novarum. Seſt. 35.
Omnia in pecuniâ qui poſuiſſet. Vat 89.
Qui fœderatis in defendendâ Repub noſtrâ ſpem premiorum eripi voluit Corn. 148.
Summam ſpem ſalutis omnibus bonis attulit. Mil. pagina 238.
Omnem ſpem ſalutis ad clementiam victoris, & ſapientiam contuli. Marc. 287.
Ad ſpem novarum prædarum incitabantur. Philip. libr. 1. pag. 325.
Frequentia veſtrûm ſpem mihi ſummam affert recuperandæ libertatis. Phil. 4. 400.
Ad ſpem libertatis exarſimus. Phil. 4. 406.
Poſtridiè ad ſpem eſtis inanem pacis devoluti. Philipp. lib. 7. 440.
Duo conſulares ſpem pacis nobis attuliſſent. Philipp. libr. 12. p. 494.
Auxerat meam ſpem. Phil. 12. 495.
Sic ad nos confirmatus revertare, ut quam expectationem tui concitaſti, hanc ſuſtinere ac tueri, poſſis. Epiſt. ad Fam. libr. 2. p. 37.
Quid mihi mandaſti, cùm te Puteolis proſequerer, in quo non expectationem tuam diligentiâ meâ vicerim? Epiſt. ad Fam. li 5. p. 82.
Is nunc in te maximam ſpem habet Ep. ad Fam. l. 8. p 22.
Tantam ſpem otij oſtendiſti, quantam ego ſemper omnibus te uno fretus pollicebar. Ep. ad Fam. l. 12. p. 357.

Cùm

Cùm hæc ſcribebam, in expectatione erant omnia. Ep. ad Fam. lib. 12. p. 378.

Omnem ſpem delectationis noſtræ in tuâ humanitate poſitam habemus. Ep. ad Fam. l. 1. p. 12.

Omnis in tuâ poſita eſt humanitate mihi ſpes huius levandæ modeſtiæ. Ep. ad Fam. lib. 1. p. 31.

Quam in ſpem me vocas. Ep. ad Fam. p 95.

Quantam mihi expectationem dediſti convivij. Ep. ad Fam. l. 2. p. 61.

Quantam mihi moves expectationem de ſermone Bibuli. Ep. ad Fam. l. 2. p. 62.

In eam ſpem adducimur. Ep. ad Fam l. 2. p. 75.

Spe, quâ iubes, nitemur. Ep. ad Fam. l. 3. p. 37.

Extenuari ſpem noſtram, & evaneſcere vidi. Ep. ad Fam. libr. 3. p. 90.

Tuæ literæ faciunt mihi ſpem minorem, id quod attulerunt ad ſpem, infirmant. Ep. ad Fam. l. 3. p. 96.

Omnia mittit ſpei plena. Ep. ad Fam. l. 3. p. 97.

Lentulus ſuo in nos officio ſpem nobis nonnullam affert. Epiſt. ad Fam. lib. 3. p. 100.

Illa ipſa exigua ſpes videtur eſſe ſublata. Epiſt. ad Fam. libr. 3. pag. 104.

Tua profectio ſpem meam debilitat. Epiſt. ad Fam. libr. 5. pag. 140.

Quò maiorem ſpem habeo. Ep. ad Fam. l. 6. p. 186.

In Pompeio te omnem ſpem otij ponere non miror. Epiſt. ad Fam. 6. pag. 172.

Spei nihil putat eſſe Dionyſius. Ep. ad Fa. l. 6. p. 173.

De Egnatij nomine nec nullâ, nec magnâ ſpe ſumus. Epiſt. ad Fam. lib. 6. p. 34 177.

Eſt mihi quædam ſpes magna, ſed in his locis firma. Ep. ad Fam. p. 238.

In unius hominis quotannis periculosè ægrotantis animâ poſitas omnes noſtras ſpes habemus. Epiſt. ad Famil. libr. 8. pag. 285.

Spes quædam me obtentabat. Epiſt. ad Famil. libr. 9. pag. 238.

Cùm in ſpem venero. Ep. ad Fam. l. 9. p. 295.

Iniecta ſpes mihi quædam eſt. Epiſtol. ad Fam. libr. 10. pag. 315.

Quæ

Quæ nobis magnam ſpem attulerunt. Epiſt.ad Fam. libr. 10. pag.329.

Niſi cuius grauioris perſonæ ſuſcipiendæ ſpes erit antè oblata. Epiſt. ad Fam.l.10.p.329.

Id mihi in optimâ ſpe pono. Ep.ad Fam.l.13.p.413.

Eſt mihi autem quod optandum ſit, ſi quid agi poſſit, quod nullâ habeo in ſpe equidem. Epiſtol. ad Famil. libr. 11. pagina 356.

Nuntijs impulerat in ſpem certiſſimam conſulatûs. Ep.Brut.pag. 546.

Alicui ſpem afferre. Quæſt.Tuſc.l.1. p.304.

Spem alicuius relinquere. Qu.Tuſc.l.1.p.310.

In ſummam expectationem adducere. ibid.

Magna me tenet ſpes, iudices, bene mihi evenire. Quæſt. Tuſc. lib.4 p.335.

Vt ſpe præſidij tui teneantur. de pet. Conſ.p.402.

Quod ſemper in ſe ipſo omnem ſpem reponet. Qu. Tuſc. libr. 5. p.464.

In quibus magnam tum ſpem maiores natu dignitatis ſuæ collocarant. de Orat.l.1.p.276.

Tamen aliquid ſpei ſibi comparet, ex iudiciorum perturbatione. de Invent.l.2.p.231.

In his ſpem ſummam habere. pro Qu.p. 2.

Spes eſt. pro Qu.p.35.

Spem alicui oſtendere. pro Sex.Roſc.p.74.

Suſtinet enim non parvam expectationem imitandæ induſtriæ noſtra. Off.l. 3.p.12.

Animum inducere in ſpem, cogitationemq́; meliorem. de Amicit. pag.205.

In te unum, atq; tuum nomen, ſe tota convertet civitas. Somn. Scip.p. 242.

Tu eris unus, in quo nitatur civitatis ſalus. Somn. Scip. pag. 247.

Nec in præmiis humanis ſpem poſueris rerum tuarum. Somn. Scip.p.248.

Spernendi. *Vide* Contemnendi.

Splendoris.

Schein/ Hell/ Heytter/ Klar.

C*Vrate, ut ſplendor meo Clypeo ſit clarior, Quàm ſolis radij olim, cùm ſudum eſt, ſolent.* Mil.1.1.v.1.& 2.

Tantus erat in armis ſplendor, ut ſolis fulgor obſcurior videretur. ad Heren.lib.4. p.109.

Spoliandi. *Vide Tit.* Furti.

Spondendi. *Vide* Pollicendi.

Verheiſſen/ Verſprechen/ Gutt werden.

S*Ponſionem facere.* pro Qu.p.9. pro Cæc p 618.

In anguſtiſſimam formulam ſponſionis aliquem concludere. pro Qu.Roſc.p.95.

Vincere ſponſionem. pro Cæc.p.612.

Silij cauſam te docui, is poſtea fuit apud me, cùm ei dicerem, tibi videri ſponſionem nos ſine periculo facere poſſe. Ep. ad Fam. lib. 7.p.203.

Statûs. Conditionis.

Standt/ Gelegenheit/ Weſen/ Beſchaffenheit.

Q*Vo loco hac res ſint vides.* Epid.1.1.v.75.

Benè res noſtra collocata eſt hoc mercimonio. Moſt. 3. 3. v. 12.

Converti

Conveni hodie quendam mei loci atq; ordinis. Eun.2.2.v.3.
Quem eſſe ego puto infra omnes infimos homines. Eunuch. 3. 2. verſ.36.
Quonam in loco ſunt res, & fortuna mea? Phorm.3.1.v.9.
Videtis quo in loco res hæc ſit. Phor.2.4.v.6.
Ita ſe res habet. pro Qu.p.1.
Petitionis noſtræ, quam tibi ſummæ curæ eſſe ſcio, huiuſmodi ratio eſt. Ep.ad At.l.1.p.5.
Vt nemo illius ordinis homo nomenclatori notus fuerit. Ep. Att. lib.4.p.101.

Studij. Gratificandi. *Vide* Officij.

Bereitwillig/ Dienſt/ Gefließen.

EGo omni officio, ac potiùs pietate erga te, ſatisfacio omnibus, mihi ipſe nunquam ſatisfacio. Epiſt. ad Fam. l. 2. pag.5.
Omnia mea ſtudia, omnem operam, curam, induſtriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis conſulatu fixi, & locavi, ſtatuiq; me in eo non officij ſolùm fructum, ſed etiam pietatis laudem debere quærere. Epiſt. ad Famil. libr. 2. pag. 41.
Mea in te omnia ſummæ neceſſitudinis officia conſtabunt. Epiſt. Fam. li 9 p.64.
Omnes in vnum ſpectant, unus omnia gubernat. pro Sex. Roſc. p.44.
Officium omne pervertunt. 1.Off.p.5.
De officijs præcepta tradere. ibid.
Quædam ſunt officia etiam adverſus eos ſervanda, à quibus iniuriam acceperis. 1.Off. p. 16.
Si in eos, quos ſperamus profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos eſſe debemus, qui iam profuerunt? 1. Offic. p. 21.
Dare & reddere beneficia. ibid.
Ea eſt iucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morum coniugavit. 1.Off.p.25.
Plurimum officij alicui tribuere. ibid.

Sunt officia magis, quæ aliis atq; aliis debeantur ibid.
Boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſumus. Off. p. 15.
Sic officij conſervandi præcepta traduntur ibid.
Hercule tuis incredibiliter ſtudijs erga me muneribusq; delector. Ep. ad Fam. l. 3 p. 78.
Quaſi divinarem, tali in officio fore mihi aliquando expetendum ſtudium tuum. Epiſt. Fam lib. 3. p. 88.
Præſtare alicui officium Epiſt. Fam. lib. 4. p.
Tu ut intelligas homini amiciſſimo te tribuiſſe officium, re tibi præſtabo. Epiſt. Fam. l. 4 p. 108.
Ego ſi abs te ſumma officia deſiderem, mirum nemini videri debeat. Ep. Fam. l. 5. p. 121.
Antonium, etſi eius in me officia omnes deſiderant, tamen in ſenatu graviſſimè ac diligentiſſimè defendi. Epiſt. Fam. lib. 5. p. 126
Polliceri alicui ſtudium Ep. ad Fam. l 6. p. 159.
Interea tibi abſenti, & huic, qui adeſt, imagine animi & corporis conſtantiſſimo, atq; optimo filio tuo, ſtudium, officium, operam, laborem meum iam pridem & pollicitus ſum, & detuli. Epiſt. ad Fam. libr. 6. pag. 164.
Vniverſum meum ſtudium, & benevolentiam ad te defero. ibidem.
Marcellum officio functum eſſe gaudeo. Epiſt. Famil. libr. 6. pag. 178.
Tuæ dignitati ita favemus, ut omne noſtrum conſilium, ſtudium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. Ep. ad Fam. lib. 10. p. 325.
Faciam illud, quod meum eſt, ut tibi omnia mea officia, ſtudia, curas, cogitationes pollicear. Epiſt. ad Fam. libr. 11. pagin. 325.
Charitate & amore tuum officium præſtituros, non debes dubitare. Ep. Fam. lib 12. p. 225.
Te ita exiſtimare volo, quibuscunq; officijs in Epiroticis reliquisq; rebus Atticum obſtrinxeris, ijsdem me tibi obligatum fore. Ep. ad Fam. l. 13 p. 404.
Munere quodam neceſſitatis, & gravi opere perfungimur. p. 129.
Quicquid officij, beneficij, honoris in Gemicilium contuleris, id exiſtimabo, in me ipſum, atq; in rem meam contuliſſe. Ep. ad Fam. l. 13 p. 427.

Quod reliquum eſt, à te peto, quando apud gratos homines beneficium ponis, ut eò libentiùs commodes, operamq́; des, quoad fides tua patietur, ut ſocrus adoleſcentis rea ne fiat. ibi.

Iam apud ipſum gratiſſimum hominem, atq; optimum virum, quàm benè poſiturus ſis ſtudium atq; officium, dubitare te non exiſtimo. Epiſt. ad Famil. libr. 13. p. 428.

Id ſi à vobis impetrabo, ſummo me beneficio affectum eſſe arbitrabor. Ep. Fam. l. 13. p. 441.

Cùm is omnia ſua ſtudia & officia in me contuliſſet. Epiſt. Att. pag. 7.

Officia tollebantur delectu omni & diſcrimine remoto. de Fin. l. 1. p. 243.

Nulla vitæ pars vacare officio poteſt. 1. Off. p. 4.

In eo colendo ſita vitæ eſt honeſtas. ibid.

In negligendo turpitudo. ibid. p. 5.

Pompeio ſe gratificari putant. Ep. 1. 1.

Ego tibi præſtare nihil poſſum. Ep. 1. 4.

Cur tibi hoc non gratificer? Ep. 1. 11.

Da te homini id eſt, *gratificare, & obſequere.* Epiſt. 2. 7.

Tibi morem geſſi Ep. 2. 6.

Pergratum mihi feceris. Ep. 3. 3.

Exiſtimas tibi ſe facere gratiſſimum. Ep. 4. 3.

Da hoc illi mortuæ, da cæteris amicis, &c. Ep. 4. 5.

Hoc mihi gratius facere nihil potes. Ep. 5. 5.

Egi vehemẽter cum his, ut hoc mihi darent, id eſt, *gratificarentur, ſeu præſtarent* Ep. 6. 8.

Ne amicis nihil tribuamus Ep. 9. 26.

Bellorum civilium hi ſemper exitus ſunt, ut non ea ſolùm fiant, quæ velit victor, ſed etiam ut ijs mos gerendus ſit, quibus adiutoribus parta ſit victoria. Ep. 12. 18.

Hoc mihi da, atq; largire. Ep. 13. 51.

Omnibus in rebus ei te commodes Ep. 13. 54.

Meum ſtudium erga te, & officium, tametſi multis iam rebus ſpero tibi eſſe cognitum, tamen in ijs maximè declarabo, quibus plurimum ſignificare potero. Epiſt. ad Fam. libr. 3. pag. 66.

Studiorum. Liberalium Artium. Muſarum. Philoſophiæ.

Studierèn/Freie künſten/Philoſophei.

Repentè ad ſtudium ſe applicaſſe muſicum. Heaut. Prol.v.23.
A ſtudijs aliquem abducere. Hecyr.Prol.v.19.
Removere aliquem ab ſtudio, atq; ab labore, atq; ab arte muſicâ. Hecyr.Prol.v.22.
Ad ſtudium aliquod ingredi. de Orat.l.1.p.307.
Studio penitus deditum eſſe. pro Arch.poet.p.345.
Omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam vinculum, & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur. pro Arch.poet.p.245.
Nulla maior res occurrebat, quàm ſi optimarum artium vias traderem meis civibus. de Divin.lib.2.p.232.
Philoſophiæ operam dare. de Invent.l.1.p.165.
Incredibili quodam noſtri homines dicendi ſtudio flagraverunt. de Orat.l.1.p.273.
In id ſtudium, in quo eſtis, incumbite. de Orat. libr. 1. pag. 278.
Adoleſcentulus his ſtudijs mirificè deditus erat. de Orat. libr. 1. pag.284.
In omni recto ſtudio, atq; humanitate verſantur. de Orat. lib.1. p. 341.
In his tradendis, atq; cognoſcendis ſtudium ſuum omne poſuerunt. de Orat.l.1.p.285.
Admonebo, ut ſe ad aliud ſtudium transferat. de Orat. libr. 2. p.369.
Tuam mentem ad Philoſophiam appuliſti. de Orat. lib. 2. pag. 385.
Me ad priſtina ſtudia revocari. Brut.p.523.
Maximè omnium nobilium Græcis literis ſtuduit. Brut.p.541.
Fuit Gracchus diligentiâ matris Corneliæ à puero doctus, & Græcis literis eruditus. Brut.p.549.
Doctus vir es, & optimis ſtudiis deditus. Brut p. 586.

Nemo

Nemo Philoſophiam complexus erat. Brut. p. 617.
Totum ei me tradidi admirabili quodam ad Philoſopham ſtudio concitatus. ibid.
Studia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, adverſis perfugium, ac ſolatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. pro Arch. poet. p. 352.
Studiis deditum eſſe. pro Arch. poet. p. 350.
Literis ſe abdere. ibid.
Adverſum eſſe à ſtudiis. pro Arch. Poet. p. 353.
Literas ſtudere. Orat. poſt red. p. 357.
Verſari in ſtudio literarum. de Aruſp. reſp. p. 470.
Non abhorrere à ſtudio. pro Cn. Pl. p. 518.
Studio literarum ſe ſubitò dedidit Seſt. 59.
Honeſtiſſimis artibus eruditur. Cœl. 95.
Omnia deniq; bonarum artium ſtudia ſiluerunt. Vat. pagin. 76.
Iſta ætas patris diligentiâ diſciplinaq; fuit munita. Cœl. pag. 95.
Adoleſcentes humaniſſimi, doctiſſimi, rectiſſimis ſtudiis, atq; optimis artibus præditi. Cœl. 100.
Qui doctrina & humanitatis ſtudio tenebantur. Cœl. pag. 100.
Ille vir illâ humanitate eſt præditus, illis ſtudiis, illis artibus, & doctrinâ. Cœl. 115.
Cuius prima ætas dedita fuit diſciplinis, iiſq; artibus, quibus inſtruimur ad hunc uſum forenſem. Cœl. 123.
Eſt ſtudiis doctrinisq; deditus. Corn. 128.
Iisdem ſemper ſtudiis uſi ſumus. Ligar. 208.
Non guſtaverunt iſtam tuam Philoſophiam. Piſ. 203.
Quis ipſo optimarum artium ſtudio eſt præſtantior? Marc. 182.
Quibus ille ſtudiis ab ineunte ætate ſe imbuerat. Deiot. pag. 317.
His artibus & diſciplinis eruditus eſt. in Sall. 553.
Ad noſtra ſtudia me referam literarum. Epiſt. Famil. libr. 1. p. 19.
Ab orationibus diſiungo me ferè, referoq; ad manſuetiores Muſas. Ep. ad Fam. l. 1. p. 33.
Omnem meam curam, atq; operam, ad Philoſophiam contuli. Ep. ad Fam. lib. 4. p. 94.

Homo in Philoſophiâ probatus & nobilis. Acad lib. 2. p. 8.

Cónſtitutam Philoſophiam evertere. Acad. l. 2. p. 19.

Eò uſq; Philoſophiam corroborat. Acad. l. 2. p. 19.

Studio certandi ad hanc Philoſophiam me applicavi. Acad. libr. 2. pag. 39.

Aſſentationis, aut quæſtûs causâ Philoſophari. Acad. libr. 2. p. 38.

Quin videremus hominem iiſdem ſtudiis nobis coniunctum. Acad. Qu. lib. 1. p. 77.

Philoſophiam veterem illam à Socrate ortam Latinis literis illuſtrare: præſertim cùm & ipſe in eo excellas, & id ſtudium, totaq; ea res longè cæteris, & ſtudiis, & artibus antecedat. Acad. Qu. l. 1. p. 78.

Nam cùm Philoſophiam viderem diligentiſſimè Græcis literis explicatam, exiſtimavi, ſi qui de noſtris eius ſtudio tenerentur, ſi eſſent Græcis doctrinis eruditi, Græca potiùs, quàm noſtra lecturos. Acad. Qu. lib. 1. p. 79.

Non intermittere ſtudia, ſed accuratiùs tractare, nec de manibus unquam deponere. Acad. Quæſt. libr. 1. pagina 78.

Philoſophiam multis locis incohaſti. Acad. Quæſt. libr. 1. pag. 81.

Omnis antiqua philoſophia ſenſit in unâ virtute eſſe poſitam beatam vitam. Acad. Qu. l. 1. p. 86.

Præſtantiſſimis ingeniis homines ſe ad Philoſophiam contulerunt. de Fin. l. 2. p. 149.

Nec verò id effici poſſe confido, quod ne poſtulandum quidem eſt, ut omnes adoleſcentes ſe ad hæc ſtudia convertant. de Fin. li. 2. p. 213.

Me totum in literas abdere volo. Epiſt. ad Fam. libr. 7. pag. 214.

Vbi ſalutatio defluxit, literis me involvo. Epiſt. ad Fam. lib. 9. pag. 317.

Ne putes illum feriatum à ſuis ſtudiis, in quæ tuâ cohortatione incitatur, futurum. Ep. ad Fam. l. 12. p. 317.

Titum Manlium, qui negociatur Theſpiis, vehementer diligo, nam & ſemper me coluit, & à noſtris ſtudiis non abhorret. Ep. ad Fam l. 13. p. 407.

Soli nos propemodum Philoſophiam illam veram & antiquam, quæ

quæ quibuſdam otij, ac deſidiæ eſſe videtur, in forum atq; in rempublicam, atq; in aciem penè deduximus. Ep. ad fam. libro 15. pag. 472.

Extremum illud eſt, ut quaſi diffidens rogationi meæ Philoſophiam ad te allegem. ibidem.

Præſidijs Philoſophiæ ſeptus ſum. Epiſt. ad fam. lib. 16. pagina 508.

In eodem genere ſic ſtudio efferimur. Epiſtol. Attic. libro 1. pagina 13.

Cum omnibus Muſis rationem habere. Epiſt. Att. lib. 2. pagina 51.

Studio videlicet Philoſophiæ flagrans. Epiſt. Attic. lib. 13. pagina 412.

Vt eos dies conſumam in Philoſophiâ explicandâ. Epiſt. Attic. lib. 13. pag. 428.

Totum ſe ad artes componendas tranſtulit. Brut. p. 531.

Magnum optimarum artium ſtudium caruit omninò rebus urbanis. Acad. Quæſt. l. 2 p. 3.

Liberalis & digna homine nobili percepta doctrina ab eo, quibus temporibus florere debuit. Ibidem.

Si me non modò ad legendos libros, ſed etiam ad totam Philoſophiã pertractandum dediſſem. De nat. Deor. l. 1. p. 6.

Tum priſtinis orbati muneribus hæc ſtudia renovare poſſumus. De divinat. lib. 2. pag. 213.

Vir nobis amiciſſimus his ſtudijs, in quibus nos à pueritiâ viximus, deditus. De Fat. p. 273.

Quem enim ardorem ſtudij cenſetis fuiſſe in Archimede? de fin. l. 5. pag. 275.

Quo ſtudio cùm ſatiari non poſſunt. De fini. l. 5. p. 276.

Referre ſe ad ea ſtudia, quæ retenta animo, remiſſa temporibus, longo intervallo intermiſſa revocavi. Quæſt. Tuſcul. lib. 1. pagina 249.

Mandare literis cogitationes ſuas. Quæſt. Tuſc. libro 1. pag. 296.

Studioſè Philoſophiæ fontes aperire. Quæſt. Tuſcul. libro 1. pag. 206.

Philoſophia jacuit uſq; ad hanc ætatem, nec ullum habuit lumen literarum Latinarum. Qu. Tuſc. l. 1. p. 372.

Tantum operæ Philoſophiæ cùm dediſſem. Quæſt. Tuſcul. lib. 2. pag. 372.

Plurimos annos conſumere in Philoſophiâ. ibid.

Quod accidet etiam noſtris, ſi ad hac ſtudia plures confluxerint. Qu. Tuſc.l.2.p.349.

Literis ſe mandare. Ibid.

Sic faciemus, tuisq; optimis ſtudijs obſequemur. Qu. Tuſc.2.pagin. 375.

Quare ſi facies ea, qua tibi natura, & ſtudia, quibus uſus es, ſemper largiuntur. De pet.conſ.p.390.

Ad Philoſophia ſtudium ſe conferre. Qu. Tuſc.l.5.p. 450.

In eo ſtudio atatem conſumpſi. 1.off. p.3.

Philoſophandi ſcientiam concedens multis. 1.off.p.3.

Multi dantur ad ſtudia reditus. 1.off.p.10.

Diſcendi ſtudio impediti, quos tueri debent, deſerunt: 1. offic. pagina 13.

Ad hoc nos ſtudium potiſſimùm contuliſſemus. Offic. lib. 2. pagina 65.

Alij ſe ad Philoſophiam, alij ad jus civile, alij ad eloquentiam applicant. lib. 1.off.pag.46.

Si me ad Philoſophiam retuliſſem. off.l.2.pag.65.

In ijs ſtudijs ab initio verſatus atatis. off.l.2.p.65.

Cùm ad Philoſophiam cohortamur. off.l.2.p.66.

Ad hanc ſcribendi operam omne ſtudium, curamq; convertimus. off.l.3.p.102.

Quia nos eâ Philoſophiâ plus utimur. Paradox.8. p.222.

Si quid in his ſtudijs opera poſuerim. Paradox. 5.p. 233.

Stultitiæ. Stupiditatis. *Vide ſupra Titulo* Amentiæ.

Thorheit / Wanſinnigkeit / Narꝛheit / Thumm.

NVM *tibi ſtultitia acceſſit? aut ſuperat ſuperbia?* Amph.2. 2.v.77.

Cùm ſe in mediâ ſtultitiâ, quâ nibil eſt pejus, hærere intelligant. Tuſc. Quæſt. lib. 3. pag. 406. Vbi *Ianus Gebhardus* politiſſimus juvenis *ex MS. Palat.* emendat *habere in ſtultitiâ.* Quo tamen pruritu corrigendi hic minimè opus videtur, tametſi verum omnino ſit τὸ *Habere* uſurpari *pro habi-*

habitare: ut docuimus in Lexico Plautino. At verò, an congruum ſit loco Tulliano, valdè ambigo: cùm vulgata lectio adproba ſit: & à ſtylo Ciceroniano nihil aliena.

Non illi luctum, ſed ſtultitiam detraxeris. Tuſc. Quæſt. pagina 410.

Stupri. *Vide* Adulterij. Probri.

Suavitatis.

Lieblich/ Freundlich.

CRatippo me ſcito, non ut diſcipulum, ſed ut filium eſſe conjunctiſſimum. Nam ut audio illum libenter, tum ejus propriam ſuavitatem vehementer amplector. Epiſt. ad fam. lib. 6. pag. 505.

Id enim, ut ſuavitate delectans, ſic ab errore mentis tanquam ſalutare aliquid aſciſcitur. de leg. l. 1. p. 305.

Suffragii. *Vide etiam* Honoris. Magiſtratûs. Muneris.

Stim/ Einſtimmen/ Beyhalten.

ERipere aliquem è ſuffragijs. in Verr. pag. 1. 161.

Suffragium ferre de re Clodij. Ep. Att. l. 1. pag. 36. & pro Cn. Planc. p 508.

Eblandita illa, non enucleata eſſe ſuffragia. Pro Cn. Planc. pag. 508.

Suffragatio, obſervantia, gratia tollitur. Pro Cn. Planc. pagina 511.

Poſtridie placuit, ut breviter ſententias diceremus. Ep. ad fam. lib. 1. pag. 7.
Pronunciare ſententiam. Ibidem.
Poſtulatum eſt, ut Pompeij ſententia divideretur. ibid.
Perſpiciebant in Hortenſij ſententiam multis partib. plures ituros. ibidem.
Ego te ſuffragium tuliſſe in illâ lege primùm non credidi, deinde ſi credidiſſem, nunquam id ſine aliquâ juſtâ causâ exiſtimarem te feciſſe. Ep. ad fam. lib. 11. p. 345.
Si hac ſuffragijs, aut ſcitis multitudinis probarentur. De legib. lib. 3. p. 364.
Sed cùm ſapiens & bonus vir, qualis ille fuit, ſuffragijs præteritur. Qu. Tuſc. l. 5. p. 508.

Sumptuum, Impenſæ. Luxûs. *Vide plura ſupra Tit. Abliguriendi.*

Vnkoſten machen / Koſten vorſtrecken / Verköſtigen / Verſchwenden / Verſchwelgen.

Suppeditare alicui ſumptus. Aſin. 4. 2. v. 10.
Nos minore ſumptu ſumus. Aul. 3. 5. v. 20.
Ha ſunt in magnis dotibus incommoditates, ſumtusq; intolerabiles. ibid. v. 60.
Fœnus, ſortem, ſumtumq; omnem nos dabimus, omnia nos conferemus noſtro ſumtu, non tuo. Moſt. 5. 2. v. 38.
Niſi fortè filio in ventrem correpſerit. Trin. 2. 4. 22. **Er habe es denn durch den Kragen gejagt.**
Quod facit, ſumti datur. Trin. 2. 1. v. 21.
Vacillat peculium. Stich. 5. 5. verſ. 10. **Daß gütlein nimpt ab / es gehet ein ſtück vom** patrimonio **hinweg.** Lucret. lib. 4. verſ. 10. de miſeriis, atque erroribus amantium: *Et benè parta patrum fiunt anademata mitra.* *Benè parta patrare, eſt benè parta lacerare,* ut ait Salluſtius. Nævius poëta apud Chariſium. *Vbi iſti duo adoleſcentes habent? qui hic ante-parta patria peregrè prodigunt.* Calpurnius Piſo in Annalibus ſuis queritur adoleſcentes *peni deditos eſſe.* Catullus Epigram. 30. *Lancinare,* & *expatrare* dixit.

dixit. Item *patrimonium devorare*. Vide *Andreæ Schotti*, Viri doctiſſimi Obſervat. Hum. lib. 11. cap. LVIII. Item plura in Tit. *Abligurïendi*.

Tu quoq; per-parcè nimirum. And.2.6.v.24.

Genium ſuum defraudare. Phorm.1.1.

Cur tu his rebus ſumptus ſuggeris, veſtitu nimio indulges? Adelph. 4.1.v.31.

Sumptus quotidiani, & effuſiones fiunt. pro Sext. Roſc. pagina 85.

Habes ſumptum unde facias. in Verr. p.376.

Ad incertum caſum, & eventum, certus quotannis labor, & certus ſumtus impenditur. in Verr. p. 410.

Sumtus facere in militem. pro lege Man. p.643.

Alicui ſumptus inferre. pro L. Flavo pag.282.

Impenſam nullam fecerunt. Phil.6.434.

Ad me adire quoſdam memini, qui dicerent, nimis magnos ſumptus legatis decerni. Ep. ad fam. l.3.p.81.

Quid à me fieri potuit, aut elegantius, aut juſtius, quàm ut ſumptus egentiſſimarum civitatum minuerem? Ep. ad fam. lib.3. pag.22.

Decernere ſumptus Legatis. ibid.

Ego tibi unum ſumptum afferam, quòd balneum calefacias oportebit. Ep. ad Fam. l 9. p.262.

Sed aliquantum nobis temporis, & magni laboris, & multa impenſa opus fuit. Ep. ad Fam. l.10. p.282.

Illud doles, quæ impenſa facienda eſt in ejus partem, te miſerum, & deſpoliatum venire. Ep. ad fam. l.14. p.446.

Illud, mi Tiro, te rogo, ſumptui ne parcas. Ep. ad fam. lib.16 pagina 443.

Adventus noſter ne nummo quidem ſumtui fuit. Epiſt. Attic. l. 5. p.150.

Facio maximos ſumptus. Ep. Att. l.5. p.15.

Vt ſit, unde nobis ſuppeditentur ſumptus neceſſarij. Ep. Attic. lib.11. pag.340.

Impenſas fecimus in Macrocola. Ep. Att. l.13. p.415.

Impendent infiniti ſumptus in hos. Ep. Brut. p.567.

Sumptum eſſe remorandum ſignificat. de leg. l.2. p.30.

Cur eam ſumptu ad ſacra adhibito Deorum aditu arceamus? De legib. lib.2. p.330.

Minuendi ſunt ſumptus. De Leg. l.2. p.344.

Extenuato

Extenuató ſumptu tollit lamentationem. ibid.
Sumptus ſuſcipere nolunt. 1.off.pag.13.
Ne extra modum ſumptu, & magnificentiâ prodeas. off. lib. 1. pagina 56.
Quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet. off. lib. 2. p. 81.
Sanè exiguus ſumptus Ædilitatis fuit. off. lib. 2. pag. 88.

Superbiæ. Arrogantiæ. Faſtûs. Inſolentiæ. *Vide etiam* Oſtentationis.

Stoltz/ Hoffart/ Pracht/ Prächtig/ Prangen/ Stoltziren.

SVperbus viribus. Amph. 1. 1. v. 58.
Ne te mihi facias ferocem, aut ſupplicare cenſeas. Curc. 4. 3. verſ. 7.
Vt faſtidit glorioſus! Curc. 5. 2. v. 34.
Ferocem facis, quia te herus tam amat: Du pochſt darauff. Moſt. 4. 2. v. 9.
Superbiam abijcio. Merc. 4. 2. v. 10.
Facere ſeſe magnum. Mil. 4. 2. 54.
Eja ſuperbè invehere. Merc. 5. 4. v. 38.
Vt magnificè infert ſeſe! Pſeud. 4. 1. v. 7.
Subnixis alis me inferam. Perſ. 2. 5. v. 6.
Sed quis hic anſatus ambulat? ibidem.
Sublati animi ſunt. Hecyr. 3. 5. v. 57.
Neminem præ ſe ducit hominem. Ad Herenn. lib. 4. p. 97.
Non ſe prætuliſſe aliis propter abundantiam fortunæ. De Orat. lib. 2. pag. 97.
Nimiùm te amare videris. in Top. p. 711.
Omnes deſpicere, hominem præ ſe neminem putare, ſe ſolum putare beatum, potentem. pro S. Roſc. p. 83.
Isq; adeò ſe diligit, & magnificè circumſpicit. pro Qu. Roſcio pag. 93.
Non duxit ille homines eſſe. in Verr. p. 329.

Modeſtè

Modeſtè inſolentiam ſuam continere. Contra Rull. p. 98.
Campano ſupercilio , ac Regio ſpiritu aliquem videre. Contra Rull.140.
In domicilio ſuperbiæ, atq; in ædibus luxuriæ collocati. Contra Rull.142.
Qui ſe inſperatis repentiniſq; pecunijs ſumptuoſius inſolentiuſq; jactarunt. in Cat.187.
Nimiùm mihi ſumam. in Cat 202.
Summam alicui ſuperbiæ, crudelitatiſq; famam inurere. pro L. Mur.221.
Res meæ geſtæ me nimis extulerunt, ac mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt. pro Syll.318.
Non tam inſolens ſum, qui Iovem eſſe me dicam. pro Domo 431.
Mihi non tantum ſumo, atq; arrogo. pro C. Planc.493.
Aliquid ſibi arrogare. pro Cn. Planc. 521.
Puteali , & fœneratorum gregibus inflatus , & perculſus. pro Seſt. 10.
Elatus ſermo flagrat cupiditate gloriæ. Seſt.66.
Repente te tanquam ſerpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intuliſti. Vat.75.
Seſe graviſſimè vehementiſſimeq; jactavit. Cœl.101.
Noſtri principes digito ſe cœlum attingere putent. Ep. ad Attic. lib. 2. pag. 48.
Superbum ſe præbuit in fortunâ. Epiſtol. ad Attic. 8. pagina 239.
Mirari nonnullorum inſolentiam. Quæſt. Tuſcul. 1. pagina 314.
Elato eſſe animo. Qu. Tuſc.1 315.
Superbiam alicujus non ferre. Qu. Tuſc.3.187.
Qui iſthinc veniunt, tuam ſuperbiam accuſant. Epiſt. ad fam. lib. 7. 198.
Increpare arrogantiam verſibus. Acad.l. 2.39.
Id autem putare quemquam hominem, nihil homine eſſe melius, ſummæ arrogantiæ cenſet eſſe. De Nat. Deorum. libro 3. 126.
Multorum arrogantia perferenda eſt. de petit.conſ.p.403.
Quod ſenatus populuſq; Romanus rebus afflictis tam excelſo animo fuiſſet. Off.l.3.p.144.

Quæ eſt iſta in commemorandâ pecuniâ tua tam inſolens oſtentatio? Parad.6.p.235.

Superſtitionis. *Vide* Religionis. Ominum.

Aberglauben.

SVperſtitio ex iſtius facto mentes omnium occupavit. in Verr. p.468.

Superſtitione liberari. de nat. Deor. l.1.21.

Quâ tâtâ imbueremur ſuperſtitione, ſi vos audire vellemus, ut aruſpices, augures, conjectoresq; nobis eſſent colendi. de nat. Deor. lib.1. pag. 24.

Nam ſuperſtitione quod gloriari ſoletis, facile eſt liberare, cùm ſuſtuleris omnem vim Deorum. De nat. Deor. l.1.p.47.

Omnium rerum naturâ cognitâ levamur ſuperſtitione. de fin. l.1. 122.

Sic ſuperſtitione ſtirpes omnes eÿciendæ ſunt. De divin. libro 2. 271.

Qui canem & felem ut Deos colunt, non eâdem ſuperſtitione, quâ cæteræ gentes, conflictantur de leg. l.1.p.305.

Implet enim ſuperſtitione animos, & exhaurit domos. de leg. lib.2 pag.236.

Supplicandi. Supplicis. Humiliationis. *Vide etiam* Orandi. Precum.

Bitten/Suppliciren/Zu fuß fallen.

NVnquam herclè hodiè, ni ſupplicium mihi das, me ſolvi ſinam. Epid.5.2.v.18.

Quandoquidem mihi ſupplicandum ſervulo video meo. Merc. 1.2. verſ. 59.

Nunc tibi amplectimur genua. Rud.1.5.16.

Ne ſibi me credat ſupplicem fore. Er darff nicht gedencken/ das ich jhm wolle zu fuß fallen. Perſ.2.3.v.18.

Supplicatum

Supplicatum cras eat. Perſ.3.3.42.

Aram amplexantes hanc tuam lachrumantes genibus nixa, nos in cuſtodelam tuam ut recipias, & tutére. Rud.3.3.v.33.

Facilius, ſi quis pius eſt, à Dijs ſupplicans. Rud.Prol.26.

Vt tibi ſimus ſupplices. Ciſt.1.1.v.34.

Hac tibi aderit ſupplicans ultrò. Eun.4.7.v.41.

Ad genua accidit. Hecyr.2.3.v.19.

Cùm tibi mater pedes amplexaretur, non es commotus. ad Heren. l.4.p.100.

Cùm tibi pueri ad pedes volutarentur. Ad Herenn. lib.4. pagina 100.

Vxor illius infeliciſſimi cum maximo fletu ad iſtius pedes abjecit ſeſe. ad Her.l.4.p.128.

Humili & ſupplici oratione orantur, ut miſereantur. de Inven.l.1. pag.196.

Sæpè & diu ad pedes jacuit ſtratus. Pro Quint.p.35.

Supplicare alicui per literas. in Verr.p.362.

Ad pedes alicujus jacere. in Verr.p.541.

Alicui fracto animo, atq; humili ſupplicare. pro Cn.Planc. pagina 514.

Seſe non ſolùm autorem meæ ſalutis, ſed etiam ſupplicem populo Romano exhibuit. Seſt.54.

Ad pedes meos proſternit. Phil.2.353.

Tantum ſe pro te interceſſiſſe dicebat. Phil. 356.

Supplex te ad pedes abjiciebas. Phil.2.371.

Vos pro meo capite ad pedes lenonis impuriſſimi projeciſtis. pro Lig. 294.

Quod nos domi petimus precibus, & lachrymis proſtrati ad pedes. Ligar.297.

Nos jacentes ad pedes ſupplicum prohibebis? Ligar. pagina 297.

Cùm C. Marcellus ſe ad pedes Cæſaris abjeciſſet. Ep.ad fam.lib.4. pag.96.

Hac niſi omnia expugno, ſi mihi ſupplicationes non decernuntur, longè aliâ conditione ego ſum, ac cæteri Imperatores. Ep. fam. l. 5.p.129.

Cùm fratres propinqui tui jacerent ad pedes. ad fam.l.6.176.

Supplicationem tibi libenter decrevi. Ep.ad fam.l.9.441.

Optimo viro ſupplicationem non decerneres. Ep. [illegible] pagina 470.

Ad pedes omnium ſigillatim accidente Clodio. Ep. ad Att. l. 1. pagin. 12.

Se ad generi pedes abjecit. Ep. Att. l. 4. p. 110.

Remittere ſpiritum, comprimere animos, ſedare arrogantiam. pro L. Flacco. p. 2. 86.

Cùm tali in re libenter me ad pedes abjeciſſem. Ep. Att l. 8. pagina 243.

Quanto ſuperiores ſumus, tanto nos geramus ſubmiſſius. 1. Offic: pag. 36.

Supplicij. *Vide* Caſtigationis.

Suſcipiendi.

Auffnemen/Annemen.

VT me in veſtrum gregem recipiatis. Eunuch. 5. 9. v. 53.

Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in ſe tranſtulit. Adel. 2. 3. v. 10.

Suſpicionis. Suſpicandi.

Argwohn/ Verdencken.

NE in ſuſpicione ponatur ſtupri. Amph. 1. 2. v. 27.

Suſpiciones omnes ab ſe ſegreget. Aſin. 4. 1. v. 27.

Repperi, hac te qui abſcedat ſuſpicio. Epid. 2. 2. v. 101.

Suſpicionum implevit me indigniſſimè. Men. 5. 4. 55.

Ex ipsâ re mihi incidit ſuſpicio. And. 2. 2. v. 12.

Qui iſthæc tibi incidit ſuſpicio. And. 3. 2. v. 21.

Nunc de me ſuſpitio incidit, neq; immeritò. Adel. 4. 4. v. 6.

Omnes cauſas prædicam omnibus, & me hac ſuſpitione exſolvam. Hecyr. 4. 2. v. 22.

Te hoc

Te hac crimine expedi. Hecyr. 5.1.v.29.
Quâre ſuſpectus ſuo patri fuit, exſolvi. Hecyr. 5. 3. v. 22.
Num quando venerit in ſimilem ſuſpicionem. Ad Herenn. lib. 2. pag. 21.
Nam quivis horum ſenſus poteſt conflare ſuſpicionem. Ad Herenn. lib. 2. 24.
Nam unum aliquid, aut alterum poteſt in iſtum caſu cecidiſſe ſuſpicioſè. ad Her l. 4. p. 118.
Ex quibus nonnunquam elicitur aliquid ſuſpicionis. de Inv. lib. 2. pag. 212.
Non patiar iſtam manere ſuſpicionem. pro Quint. p. 11.
Subeſt ſuſpicio. pro Quin. 23.
Delere ex animo ſuo ſuſpicionem, metumq; tollere. pro Sex. Roſc. pag. 34.
Hunc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies noctesq; ſtimulat, atque pungit, ut evellatis, poſtulat. pro S. Roſc. 38.
Ad hunc maleficij ſuſpicio pertinet. pro Sex. Roſc. p. 43.
Quanquam abeſt à culpâ, ſuſpicione tamen non caret. pro Sext. Roſc. p. 54.
Ad illum ſuſpicio pertinet. pro Sex. Roſc. p. 58.
In illum ſuſpicio convenit. ibidem.
Suſpicione omni liberari. Ibidem.
In his rebus ſi ſuſpicio reperta erit, culpam ineſſe concedam: Sext. Roſc. p. 62.
Conferre culpam in aliquem. pro Sex. Roſc. p. 29.
Hac in ſuſpicionibus poſita ſunt. pro Sex. Roſc. p. 29.
Nulla alia ſuſpicio reſidere poteſt. in Verr. 153.
Suſpicionem vitare. in Verr. p. 162.
Suſpicionem levare, atq; ſe removere. in Verr. 367.
Ab ſeſe omnem ſuſpicionem propulſare, ſe eripere ex infamiâ. in V. p. 369.
Injicere ſuſpiciones. in Verr. p. 406.
In ſuſpicionem aliquem vocare. in Verr. p. 490.
Si oculos dejecerimus, ac ullum locum aperuerimus ſuſpicioni, aut criminis, accipiendum vulnus. in Verr. p. 565.
Quorum virtuti inimicitiarum ſuſpicio, fidem, & autoritatem derogavit. pro Font. 574.
Tenuiſſimam ſuſpicionem in aliquem conferre. pro Aul. Cluent. 26.

Ei hanc ſuſpicionem alij literis mittendis, alij nuncijs, alij coram ipſi excitaverunt. Sest. 21.

Etiam falsò veniſſes in ſuſpicionem Seſtio. Vat. 24.

Longè ab iſtâ ſuſpicione abhorrere debet. Cœl. 95.

Quoad celas, iſti ſuſpicioni locum dare potuit. Ibidem.

Iſtius facti ſuſpicione eſt aſperſus. Cœl. 99.

Tibi ita penitus inſedit iſta ſuſpicio, ut nullo modo evelli potuerit. Mil. 249.

In ſuſpicionem incidit regni appetendi. Mil. 249.

Augeamus ſanè ſuſpicionem tuam. Marc. 218.

Hac ſuſpicione ſum perculſus. Dejot. 312.

Veritus ſum, ne repentinus meus reditus ſuſpicionis aliquid afferret. Phil. 11. 481.

Doleo hoc in ſuſpicionem populo Romano venire. Phil. 1. 220.

In eandem cadere ſuſpicionem vir non poteſt. Phil. 11. 481.

Quid egit, niſi ut falſam ſuſpicionem à ſe depelleret? Phil. 12. 496.

Suſpicionem multis attulit immutatio voluntatis. Phil. 12. 50. 52.

Qua res auget ſuſpicionem. Ep. ad fam. l. 1. p. 6.

Facile movet nonnullis ſuſpicionem. Ep. fam. l. 2. 53.

Dare alicui ſuſpicionem. Ep. ad fam. l. 3. p. 88.

Ejus fidem in ſuſpicionem adduxit Ep. ad fam. l. 8. 233.

Nullo tempore tibi in ſuſpicionem venire debui. Ep. ad fam. lib. 9. pag. 250.

Nonnullis etiam ipſi magiſtratus veniebant in ſuſpicionem detinuiſſe, & demoratos eſſe, dum claſſis Dolobellæ certior fieret de adventu noſtro. Ep. fam. l. 12. p. 369.

Tergiverſari nolui, ne nimium ſtudium ſuſpicionem ei aliquam importaret. Ep. ad fam. l. 16. p. 506.

Conſediſſe quaſdam otioſas ſuſpiciones. Epiſt. Attic. libro 1. pagina 30.

Cùm velim vitare omnium deliciarum ſuſpicionem. Ep. Attic. l. 2. pag. 59.

Vt in aliquam ſuſpicionem facinoris filius adduceretur. Ep. Attic. l. 2. pag. 18.

Quos in ſenatu ne tenuiſſimâ quidem ſuſpicione alligarat. Ep. Att. l. 2. pag. 29.

Suſpicionem

Suſpicionem eò mihi majorem taciturnitas attulerat. Ep. Attic.l. 2.p.219.
Suſpicionem nullam habet. Ep. Att.l.8.p.249.
Suſpicione aſſequi non poſſum. Ep. Att.l.8.251.
Vt minuerem ſuſpicionem perfectionis. Ep.Att.l.10.331.
In quem caderet illa ſuſpicio. Ep Att.l.13.p.464.
Tumultuoſiùs ad me illam ſuſpicionem pertulit. Epiſt. Attic.lib.15. pag.481.
Audimus eum veniſſe in ſuſpicionem Torquati de morte Panſæ. Ep.Brut.p.542.
In quibus non poteſt reſidere inertia, aut levitatis ſuſpicio. Ep.Qu. Fr.l.1.p.519.
Suſpicione aliquid attingere. de nat.Deor.l.3.p.141.
Vt illi liberalitatis, avaritiaque abſit ſuſpicio. 2. officiorum. pagina 90.
Vt nulla ſit in his fraudis injuriaq; ſuſpicio. 2.off.77.
Nam apud Homerum optimum autorem talis de Vlyſſe nulla ſuſpicio eſt. 3.off.p.137.

Suſpirij. Anhelitûs.

Seufftzen/ Athemen.

T*RAXIT ex intimo ventre ſuſpirium.* Truc. 2. 2. 40.

Suſurrandi. *Vide* Garrulitatis.

Einblaſen.

I*N aurem alicui inſuſurrare.* in Verr.207.
Ad aurem alicujus accedere. in Verr.366.

Syderum. Aſtrorum. *Vide* Cœli. Mundi.

Geſtirn/ Stern.

S*IGNIFERVM luſtrare orbem.* De nat. Deorum. 2. 71.
*Latitudinem ſigniferi orbis luſtrare,& longitudinem.*ibid.
In terris verſari. de nat. Deor. 2.p. 72.
Quorum eſt princeps Sol omnia clariſſimâ luce colluſtrans. de nat. Deor.l.2.p.86.
Ipſe Sol omnem mundum ſuâ luce compleat. De nat. Deor. 2. pagin. 97.
Numeris & motibus ſtellarum curſus perſequi. De divin.lib.1.verſu 171.

Symboli. Syngraphæ. Pacti. Conventûs. Contractûs. Chirographi. *Vide etiam* Tabularum & Emendi. Vendendi.

Verſchreiben/ Verſiegelen/ Handſchrifft/ Quittung/ Quittiren.

S*Imul conſignat ſymbolum* Pſeud. Arg. v. 2.
Pactis legibus aliquid dare. Aſin.3.3.v.146.
Conſcribere ſyngraphum. Aſin.4.1.v.1.
Pulchrè ſcripſti ſcitum ſyngraphum. Aſin.4.1.57.
Ex ſyngraphâ agere cum populo. pro Mur.236.
Syngraphas facere cum aliquo. de Arip Reſp.p.428.
Factæ ſunt ſyngraphæ in Albano. Cn. Pompeii. Rab. 167.

Tabula-

T

Tabularum. *Vide etiam* Syngraphæ.

Brieff/ Stattbuch.

B*ONA in tabulas publicas nullas redierunt*. pro S. Roſc. p. 81.
Tabulas corrumpere. ibidem.
Qui igitur convenit ſignum, aut tabulam pictam cùm aſpexeris. De nat. Deorum. l. 2. p. 87.

Tacendi. Reticendi. Silentij. Celandi. Taciturnitatis.

Schweigen / Stillſchweigen / Verſchweigen/ Verhören/ Bergen.

F*ACERE ſilentium alicui rei*. Amph. prol. v. 15.
Ego tibi ſceleſtam hanc conſtringam linguam. Amph. 1. 1. verſ. 192.
Os opprime. Aſin. 3. 3. v. 40.
Sermoni jam finem face tuo. Aſin. 3. 7. v. 15.
Suſpendas potiùs me, quàm tacita hac auferas. Aſin. 4. 2. 7.
Neque occultum id haberi, neq; per metum muſſari decet. Aſin. 2. 1. verſ. 12.
Obſecro tace; nam hic: nunc licet dicere: nos ſumus. Caſ. 2. 2. verſ. 24. 25. Elliptica hæc eſt oratio, ſic ſupplenda: *nos ſumus ſoli*. Atque hoc vice proverbii utebantur, cùm ea dicuntur, quorum conſcium eſſe volumus neminem. Terent. Phorm. *Soli ſumus nunc hîc, inquam: eho, dic, quid velis tibi dari*.

Sed taceam optimum eſt: plus ſcire, ſatius eſt, quàm loqui ſervum hominem. Epid.1.1.57.

St! tacete, habete animum bonum. Epid. 2. 2. v. 1. *St! St!* Sunt ſibili ſilentium imperantes. Nævius: *St! tace, tale verbum cave faxis.* Poeta vetus: *Sanctu' Serapis, Iſis, & Harpocrates digito qui ſignificat St!* Pomponius Atellanarius poeta: *Pater, at St! negato eſſe hic me: operibo caput.* Cicero quoque uſus eſt lib. 16. Fam. epiſt. 14. & lib. 2. de Oratore.

Quod boni eſt, id tacitus taceas, tute mecum, & gaudeas. Epid. 5.1. verſ. 44.

Quid in concilio conſuluiſtis? BA. Benè. Bacch. 1.1.6. Formula hæc eſt reticēdi ſine injuriâ quærentis: qualis & illa Merc. 2.3.v.33. *DE. unde incedis? quid feſtinas? gnate mi. CH. rectè, pater.* Terent. Hecyr. *Quid tu igitur lacrymas? P. rectè mater.* Vbi vide Donatum. Et Eunuch. *Rogo, numquid velit, Rectè, inquit. abeo.*

Tandem ſola ſum. Caſ. 2. 2. v. 25. Truc. 1. verſ. Vide Lexi. Plaut. *Sola ſum.*

Abſtine jam ſermonem de iſtis rebus. Moſt. 4.2.v.17.

Sed comprimenda eſt mihi vox, atq; oratio. Pſeud. 1.4.16.

Comprimere dentes poſſe videor aliquo modo. Pſeud. 3.1.21.

Sed tu hoc tecum clanculum habe. Pœn. 4.2.68.

Fac ſilentium. Perſ. 4.3.50.

Abi intrò, ne moleſtus lingua tempera. Rud. 4.2.18.

Sed conticeſcam. Rud. 5.2.69.

Omnibus os obturare. Stich. 1.2.58.

Nihil jam mutire audeo. Andr. 3.2.v.25.

De excluſione nullum verbum. Eun. 1.2.8.

Virgo conſciſſâ veſte lachrumans obticet. Eun. 1.v.4.

Hæ ſileſcunt turbæ. Adel. 5.2.v.10.

Adverſa ejus per te tecta tacitaq; apud omnes ſient. Hec. 3.2.8.

Reprimam me, ne ægrè quidquam ex me audias. Hec. 5.1.39.

Os opprime. Phor. 5.8.v.93.

Quid nunc obticuiſti? Phorm. 5.9.v. 2.

Ipſe conticuit, & cæteris ſilentium fuit. de orat. l.3.p.494.

Animi dolorem vultu tegere, & taciturnitate celare. in Verr. pag. 143.

Nihil nec ſubterfugere velle reticendo, nec obſcurare dicendo. Pro Aul. Clu. prol. 3.

Reticere

Reticere parentum iniurias, & æquo animo ferre. pro Aul. Clu. pag. 9.

Ego ea, quæ ferri poſſunt, ferenda, quæ taceri, tacenda eſſe arbitror. ibid.

Quæ hoc tempore ſileret omnia, atq; ea, ſi oblivione non poteſt, tamen taciturnitate ſuâ tecta eſſe pateretur. ibid.

Verbum nullum fecit. pro A. Cl. p. 84.

Difficile eſt tacere, cùm doceas. pro Syl. p. 349.

Verbum nemo facit. pro C. Plan. p. 5.

Senatus in Repub. obmutuit, iudicia conticuerunt. Piſ. pag. 189.

Diuturni ſilentij, quo eram his temporibus uſus, finem hodiernus dies attulit. Marc. 281.

Magnis clamoribus afflictus conticuit. Ep. Att. l. 1. p. 28.

Cætera ſi reprehenderis, non feres tacitum. Epiſt. Att. libr. 2. pag. 30.

Facilè celare, facilè diſſimulare. 1. Off. p. 43.

Id volueram ſilentio tranſire. Ep. Att. l. 2. p. 70.

Tædij. *Vide* Faſtidij.

Tangendi.

Anrühren/Angreiffen.

NE *obiexis manum.* Caſ. 2. 6. v. 52.

Quid tibi iſthunc tactio eſt? ibid. v. 54.

Si illam digito attigeris uno. Eun. 1. 6. v. 2.

Ne primoribus quidem labijs attigiſſent. de Orat. l. 1. p. 292.

Nec enim ullum frigidius hoc flumen attigi, cùm ad multa acceſſerim, ut vix pede tentare id poſſim. de Leg. l. 1. p. 321.

Tarditatis. *Vide etiam* Celeritatis. Feſtinandi.

Langſam/Seumig.

P*Odagroſi eſtis, ac viciſtis cochleam tarditudine.* Pœn. 3. 1. v.29.

Celeritatem alicuius perſequendi retardare. pro Leg. Man. 636.

Cavendum eſt, ne tarditatibus utamur in greſſu mollioribus. 1. Off p.52.

Teli. Sagittæ, *Vide etiam* Vulnerandi. Lædendi.

Pfeil/Boltz/Schieſſen/Bogen.

Q*Vicum Ptolomaeus familiaris eius in prælio telo venenato eſſet, eoq́ vulnere ſummo moreretur.* de Divin. 266.

Temperantiæ, Mediocritatis, Modi. Continentiæ.

Meſſigkeit/Nüchtern/Inhalten/Maaß halten.

S*Ine me fungi fortunas meas.* Moſt. 1. 1. v. 45. Nota ſyntaxin.

Spectatum ſatis putabam, & magnum exemplum continentiæ. Andr. 1. 1. v. 63.

Hilaritate triſtitiam temporum condiebamus. Attic. lib. 12. pag. 391.

Teneri non potui, quin tibi apertiùs declararem. Attic. 15. pag. 438.

Ab eâ haſtâ ægrè me tenui. Ep. Att. l. 16.

Difficilem temperantiam poſtulare. de Fin. l. 1. p. 96.

Temperantiæ præceptis obtemperare. Quæſt. Tuſcul. libr. 14. pag. 425.

In re eò meliore, quò maior ſit, mediocritatem conſiderent. de Fin. lib. 1. p 97.

Mediocritatem tenere. 1. Off 36.

Ludendi

Ludendi eſt quidem modus retinendus. 1. Off. 42.
Quarum quidem certè eſt adhibendus modus, ad mediocritatem revocandus, eademq́ mediocritas ad communem uſum, cultumq́ vitæ referenda eſt. 1. Off. p. 56.

Templi, Delubri. *Vide* Conſecrandi.

Kirch.

R*Omulus Iulio dixit, ſe Deum templumq́ ſibi dedicari in eo loco iuſſit.* de Leg. 1. p. 294.
Quibus auctoribus Xerxes inflammaſſe templa Græciæ dicitur. de Leg. 2 330.
Quâ nocte Alexander natus eſſet, eâdem Dianæ Epheſiæ templum deflagraviſſe. de Nat. Deor. 2. 26.

Tempeſtatis. Imbrium. Pluviarum. *Vide etiam* Navigandi.

Gewitter/ Vngewitter/ Regen/ Vngeſtümm.

N*Equicquam mare ſubterfugi ſævis tempeſtatibus.* Merc. 1 2. v. 83.
Verùm video me ad ſaxa ferri, ſævis fluctibus. Merc. 1. 2. v. 85.
Neſcis, quid mali præterieris, qui nunquam es ingreſſus mare: nam alias vt omittam miſerias, unam hanc vide. Hecyr. 3. 4. verſ. 5. 6. 7.
Dies triginta, aut plus eo, in navi fui, cùm interea ſemper mortem expectabam, ita usq́ adversâ tempeſtate uſi ſumus. ibid.
Deus ſæpè ventis vehementioribus, aut immoderatis tempeſtatibus, aut immolare, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, urbes delevit, fruges perdidit. pro S R. p. 82.
Subitò tempeſtates coortæ ſunt. in Verr. p. 174.
Magni fluctus eÿciebantur. in Verr. p. 175.

Tempe-

Temporibus hybernis ad magnitudinem frigorum, tempeſtatum vim, ac fluminum præclarum ſibi hoc remedium comparat. in Verr. 497.

Hac natura eſſe loci cœliq; dicitur, ut nullus unquam dies tam magnâ turbulẽtaq; tempeſtate fuerit, quin aliquo tempore ſolem eius dies homines viderent. ibid.

Tempeſtate reijci pro Cæc. p. 611.

In navigando tempeſtati obſequi artis eſt. Epiſt. ad Fam. libr. 1. p. 32.

Vides, quibus fluctibus iactemur. Ep. Att. lib. 1. p. 37.

Vim tempeſtatis effugere. de Nat. Deor. 3. 102.

Sed cum iam quercum tempeſtas, vetuſtasq; conſumſerit, tamen erit his in locis, quam Marianam quercum vocent. de Leg. II. pag. 293.

Omnis tempeſtatis calamitate vacare. Quæſt. Tuſc. lib. 5. pag. 33.

Subvenire tempeſtati quâvis ratione, ſapientis eſt. 1. Off. p. 33.

Temporis. Diu. Perpetuò. Æternitatis.

Zeit/ Langwirig/ Ewige zeitt/ Alle zeit/ Es iſt geſchehen/ Es begab ſich/ Nimmer/ Sein lebenlang / Zeit vertreiben/ Zeit zubringen/ Zeit verderben.

Iam diu eſt, quòd. Amph. 1. 1. v. 146.

Iam pridem factum videtur, cùm primum tibi. Aſinar. 5. 2.

Hanc domum multos annos eſt, cùm poſſideo. Aul. Prol. 4.

Abhinc annos factum eſt ſedecim, quùm auſpicatus eſt. Caſ. Prol. v. 39.

Meâ quidem hercle causâ vidua vivita, vel usq; dum regnum obtinebit Iuppiter. Men. 5. 1. v. 28.

Atq; herus minor hunc diem ſumſit minus prothymè. Pſeud. 5. 1. verſ. 23.

Plus annis decem, plus iam viginti mortuum eſſe oportuit. Bacch. 4. 7. v. 20. Sic Cicero: *plus anno*, Et *plus annum obtinere provinciam.*

A mane ad noctem totam usq; in foro dego diem. Moſt. 3. 1. v. 3.

Vt hunc

Vt hunc comburamus diem. Men.1.2.v.43.

Tempus maximum eſt. Mil.4.3.8.

Biennium iam factum eſt, poſtquam abij domo. Merc.Prol.v.12.

Vbi mercatum dixit eſſe die ſeptimi Perſ.2.3.v.8. ἀρχαϊκῶς ſicut illud. *Auctio fiet Menachmi mane ſeptimi.* Men.5.9.95. Vide Agellium, & Lex.Plaut

Iam diu factum eſt, poſtquam bibimus. Perſ.5.2.v.41.

Hic leno nondum ſex menſes Megaribus huc eſt, cùm commigravit. Perſ.1.3.57. Sic Aul.Prol.v 4. *Iam multos annos eſt, cùm video.* Inſolẽs ſyntaxis. Nimirum hoc habet Lingua Latina, vt Grammaticorum Canones interdum perrumpat, & liberiore campo excurrat Quod qui indignè ferunt exotici homines, malè ſanè de bonis Authoribus merentur. Talia multa ſunt quoque in ipſo Cicerone, quæ nimis liberè tranſiliunt repagula Grammaticorum.

Qualis ſolſtitialis herba pauliſper fui. Pſeud.1.1.v.36. Nota formulam *Pauliſper eſſe*: eſt, *Non diu durare.* Proverbialis autem eſt locutio de re fugitivâ, & non diuturnâ. Auſonius: *Oſtentatus, raptusq; ſimul, ſolſtitialis velut herba ſolet.* Vide Muret. lib.6.cap.9. Variar.Lect.

Tertius hic eſt annus, ut noſtri domo viri abierunt. Stich. 1. 1. verſ.26.

Qua inter continuum perdidi triennium. Stich. 2.1.v.61. Titinnius: *Inter decem annos nequiſti unam togam detexere.*

Ego hunc lacero diem. Stich.3.1.v.45. h.e. *garriendo perdo.* Sic Aſin.2.2.v.25. *Quin ego hanc iubeo tacere, quæ loquens lacerat diem.* Horat. *Frangere diem mero.* Alii etiam, *Iugulare diem. Excruciare diem.* Men.4.2.v.31.

Minus quindecim dies ſunt, cùm pro hiſce ædibus quadraginta minas accepiſti. Trin.2.4.1. Sic Plin.lib.4.Epiſt.27. *Tertius dies eſt, quod audivi recitantem.* Cicero *Biennium eſt, cùm cœpit.*

Iam dudum factum eſt, cum abiſti domo. Trin.4.3.v.3.

Tu me vivus hodie nunquam facies, quin ſim Soſia: Dein lebelang nicht. Amph.1.1.241.

Quod neque eſt, neq; fuit, neq; futurum eſt, mihi prædicas. Amph. 2.1.v.3.

Ferè in paucis diebus. And.1.2.v.75.

Diviſa ſunt temporibus tibi dere hæc. Du haſt der zeit nicht wohl war genommen. And.3.1.v.8.

Conſtrivi

Contrivi in quærundo omnem vitam, atq; ætatem. Adelph. 5. 4. 15.

Dies triginta aut plus eo, in navi fui; cùm interea ſemper mortem exſpectabam: ita uſq; adversâ tempeſtate uſi ſumus. Hecyr. 3. 4. v. 6. 7.

In apparando conſumit diem, Adelph. 5. 7. v. 2.

Dare alicui ſpatium longum. Hecyr. 4. 4. v. 61.

Fruſtra ubi totum deſedi diem. Hecyr. 5. 3. v. 2.

Ambulando totum hunc contrivi diem. Hecyr. 5. 3. 17.

Abhinc menſes decem. Hecyr. 5. 3. v. 24.

Ne mi in breve hoc conijcias tempus Hecyr. 5. 4. v. 2.

Ferè ab hinc annos quindecim. Phor. 5. 9. v 28.

Commodum iam ire tempus eſt. Phorm. 5. 9. v. 37.

Tempus percutere. ad Her. l. 4. p. 131.

Multi noſtrâ, plures patrum memoriâ, atq; etiam maiorum extiterunt. de Orat. l. 1. p. 271.

Vix annus interceſſerat ab hoc ſermone cohortationis meæ. de Orat. l. 2. p. 370.

Qui annis permultis antè fuit, quàm ipſe Pythagoras. de Orat. l. 2. p. 388.

In ijs artibus omne tempus, atq; ætates ſuas conſumſerunt. de Orat. l. 3. p. 469.

Tantum tribuiſſe doctrinæ temporis, quantum mihi pueriliс ætas, forenſes conceſſerint. de Orat. lib. 3. p. 477.

Tempus perdere. de Orat. l. 3. p. 495.

Cui ſi vita ſuppeditaviſſet, ſublato ambitu conſul factus eſſet. Brut. p 392.

Tempus vix ſatis habeo. pro Qu. p. 1.

Aliquantum temporis in re conſumere. pro Qu p. 7.

Dicendo tempus abſumere. pro Qu. p. 11.

Anni vertuntur. pro Qu. p. 13.

Tempus me potius, quàm oratio deficit. pro Sext. Roſc. pag. 67.

Tempus conterere. pro Qu. p. 104.

Tempus obſidere. in Verr. p. 138.

Tempus ducere. in Verr. p. 168.

Abhinc annos duos eſt mortuus. in Verr. p. 231.

Si tempus feret. pro Cæc. p. 616.

Diem vel tempus effugere. in Verr. 238.

Omne tempus ad comparationem belli contulit. pro Leg. Man. p. 630.

Punctum

Punctum temporis commorari aliquo in loco. pro Aul. Cluent. pag.19.

Dies nondum decem intercesserunt. pro Cluen.p.33.

Oportunè adeſt homo ſummâ fide, & omni virtute præditus. pro Aul Cl.p.75.

Vt ne longum ſit. pro Aul.Clu.p.89.

Parvam exigui temporis uſuram bonæ de me opinionis poſtulo, ut eam perpetuò retineatis. cont. Rull.II.p.145.

O tempora! o mores! in Cat.p.164.

Temporibus aſſentiendum. Ep Fam.l.1.p.32.

Illud pugna, & enittere, ne quid temporis nobis prorogetur. Ep. Fam.l.3.p.80.

Traducere tempus. Ep.ad Fam.l.4.p.102.

Cedere tempori. Ep.ad Fam.l.4.p.105.

Tuum eſt, conſulere temporibus. Epiſt.ad Fam. l. 4. p.107.

Matutina tempora lectiunculis conſumere. Epiſt. Fam. lib. 7. pag.83.

Servire temporibus. Ep.ad Fam.l.15.p.468.

Vt vix huic tantulæ epiſtolæ tempus habuerim. Epiſt. ad Att. l. 1. p.20.

Hoc tempus omne conſumam. Ep.ad Att.l.2.p.54.

Cùm vacui temporis nihil haberem. Ep.ad Att.l 2.p.26.

Verſabatur mihi illud tempus ante oculos. Epiſt. Attic. libr. 3. pag.87.

Eò etiam melius hic eum diem cum Dionyſio conteremus. Ep.Att. l.4.p.119.

Quo cum diem conterere ſolebam. Ep.Att l.9.p.265.

Vt tu maximis tuis curis aliquid impertias temporis cogitationi. Ep.Att.l.9.p.290.

Vt tota tempora diurna in his poſſim conſumere. Epiſt. Att. lib. 11. pag.337.

Totos dies conſumo in literis. Ep.Att.l.12.p.375.

Quod temporis in prædiolis noſtris, & bellè ædificatis conſumi potuit. Ep.ad Att.l.16.p.444.

Dum hominum genus erit, non deerit, dum civitas erit, iudicia fient. pro S.R p.68.

Diuturnitatis modum terminare. Tuſc.l.2.p.365.

Hanc immortalem redderem, ſi poſſem. de Orat.l.2.p.363.

Quid in Epeiro temporis ponas Ep.Att.l.1.p.17.

Itinera ita facit, ut multos dies in oppidum ponat. Ep.Att.11.358.

In

Ei hanc ſuſpicionem alij literis mittendis, alij nuncijs, alij coram ipſi excitaverunt. Sect. 21.

Etiam falsò veniſſes in ſuſpicionem Seſtio. Vat. 24.

Longè ab iſtâ ſuſpicione abhorrere debet. Cœl. 95.

Quoad celas, iſti ſuſpicioni locum dare potuit. Ibidem.

Iſtius facti ſuſpicione eſt aſperſus. Cœl. 99.

Tibi ita penitus inſedit iſta ſuſpicio, ut nullo modo evelli potuerit. Mil. 249.

In ſuſpicionem incidit regni appetendi. Mil. 249.

Augeamus ſanè ſuſpicionem tuam. Marc. 218.

Hac ſuſpicione ſum perculſus. Dejot. 312.

Veritus ſum, ne repentinus meus reditus ſuſpicionis aliquid afferret. Phil. 11. 481.

Doleo hoc in ſuſpicionem populo Romano venire. Phil. 1. 220.

In eandem cadere ſuſpicionem vir non poteſt. Phil. 11. 481.

Quid egit, niſi ut falſam ſuſpicionem à ſe depelleret? Phil. 12. 496.

Suſpicionem multis attulit immutatio voluntatis. Phil. 12. 50. 52.

Quæ res auget ſuſpicionem. Ep. ad fam. l. 1. p. 6.

Facile movet nonnullis ſuſpicionem. Ep. fam. l. 2. 53.

Dare alicui ſuſpicionem. Ep. ad fam. l. 3. p. 88.

Ejus fidem in ſuſpicionem adduxit Ep. ad fam. l. 8. 233.

Nullo tempore tibi in ſuſpicionem venire debui. Ep. ad fam. lib. 9. pag. 250.

Nonnullis etiam ipſi magiſtratus veniebant in ſuſpicionem detinuiſſe, & demoratos eſſe, dum claſſis Dolobellæ certior fieret de adventu noſtro. Ep. fam. l. 12. p. 369.

Tergiverſari nolui, ne nimium ſtudium ſuſpicionem ei aliquam importaret. Ep. ad fam. l. 16. p. 506.

Conſediſſe quaſdam otioſas ſuſpiciones. Epiſt. Attic. libro 1. pagina 30.

Cùm velim vitare omnium deliciarum ſuſpicionem. Ep. Attic. l. 2. pag. 59.

Vt in aliquam ſuſpicionem facinoris filius adduceretur. Ep. Attic. l. 2. pag. 28.

Quos in ſenatu ne tenuiſſimâ quidem ſuſpicione alligarat. Ep. Att. l. 1. pag. 29.

Suſpicionem

Suſpicionem eò mihi majorem taciturnitas attulerat. Ep. Attic. l. 2. p. 29.

Suſpicionem nullam habet. Ep. Att. l. 8. p. 249.

Suſpicione aſſequi non poſſum. Ep. Att. l. 8. 251.

Vt minuerem ſuſpicionem perfectionis. Ep. Att. l. 10. 331.

In quem caderet illa ſuſpicio. Ep. Att. l. 13. p. 464.

Tumultuoſiùs ad me illam ſuſpicionem pertulit. Epiſt. Attic. lib. 15. pag. 481.

Audimus eum veniſſe in ſuſpicionem Torquati de morte Panſæ. Ep. Brut. p. 542.

In quibus non poteſt reſidere inertiæ, aut levitatis ſuſpicio. Ep. Qu. Fr. l. 1. p. 519.

Suſpicione aliquid attingere. de nat. Deor. l. 3. p. 141.

Vt illi liberalitatis, avaritiæque abſit ſuſpicio. 2. officiorum. pagina 90.

Vt nulla ſit in his fraudis injuriæq; ſuſpicio. 2. off. 77.

Nam apud Homerum optimum autorem talis de Vlyſſe nulla ſuſpicio eſt. 3. off. p. 137.

Suſpirij. Anhelitûs.

Seufftzen / Athemen.

T*RAXIT ex intimo ventre ſuſpirium.* Truc. 2. 2. 40.

Suſurrandi. *Vide* Garrulitatis.

Einblaſen.

I*N aurem alicui inſuſurrare.* in Verr. 207.

Ad aurem alicujus accedere. in Verr. 366.

Syderum. Aſtrorum. *Vide* Cœli. Mundi.

Geſtirn/Stern.

SIGNIFERVM *luſtrare orbem*. De nat. Deorum. 2. 71.
Latitudinem ſigniferi orbis luſtrare, & longitudinem. ibid.
In terris verſari. de nat. Deor. 2. p. 72.
Quorum eſt princeps Sol omnia clariſſimâ luce colluſtrans. de nat. Deor. l. 2. p. 86.
Ipſe Sol omnem mundum ſuâ luce compleat. De nat. Deor. 2. pagin. 97.
Numeris & motibus ſtellarum curſus perſequi. De divin. lib. 1. verſu 171.

Symboli. Syngraphæ. Pacti. Conventûs. Contractûs. Chirographi. *Vide etiam* Tabularum & Emendi. Vendendi.

Verſchreiben/ Verſiegelen / Handſchrifft/ Quittung/ Quittiren.

S*Imul conſignat ſymbolum* Pſeud. Arg. v. 2.
Pactis legibus aliquid dare. Aſin. 3. 3. v. 146.
Conſcribere ſyngraphum. Aſin. 4. 1. v. 1.
Pulchrè ſcripſti ſcitum ſyngraphum. Aſin. 4. 1. 57.
Ex ſyngraphâ agere cum populo. pro Mur. 236.
Syngraphas facere cum aliquo. de Arip Reſp. p. 428.
Factæ ſunt ſyngraphæ in Albano. Cn. Pompeii. Rab. 267.

Tabula-

T

Tabularum. *Vide etiam* Syngraphæ.

Brieff/ Stattbuch.

B*ONA in tabulas publicas nullas redierunt*. pro S. Roſc. p. 81.
Tabulas corrumpere. ibidem.
Qui igitur convenit ſignum, aut tabulam pictam cùm aſpexeris. De nat. Deorum. l. 2. p. 87.

Tacendi. Reticendi. Silentij. Celandi. Taciturnitatis.

Schweigen / Stillſchweigen / Verſchweigen/ Verhören/ Bergen.

F*ACERE ſilentium alicui rei*. Amph. prol. v. 15.
Ego tibi ſceleſtam hanc conſtringam linguam. Amph. 1. 1. verſ. 192.
Os opprime. Aſin. 3. 3. v. 40.
Sermoni jam finem face tuo. Aſin. 3. 7. v. 15.
Suſpendas potiùs me, quàm tacita hac auferas. Aſin. 4. 2. 7.
Neque occultum id haberi, neq; per metum muſſari decet. Aſin. 2. 1. verſ. 12.
Obſecro tace; nam hic: nunc licet dicere: nos ſumus. Caſ. 2. 2. verſ. 24. 25. Elliptica hæc eſt oratio, ſic ſupplenda: *nos ſumus ſoli*. Atque hoc vice proverbii utebantur, cùm ea dicuntur, quorum conſcium eſſe volumus neminem. Terent. Phorm. *Soli ſumus nunc hîc, inquam: eho, dic, quid velis tibi dari.*

Sed taceam optimum eſt: plus ſcire, ſatius eſt, quàm loqui ſervum hominem. Epid.1.1.57.

St! tacete, habete animum bonum. Epid. 2. 2. v. 1. *St! St!* Sunt ſibili ſilentium imperantes. Nævius: *St! tace, tale verbum cave faxis.* Poeta vetus: *Sanctu' Serapis, Iſis, & Harpocrates digito qui ſignificat St!* Pomponius Atellanarius poeta: *Pater, at St! negato eſſe hic me: operibo caput.* Cicero quoque uſus eſt lib. 16. Fam. epiſt. 14. & lib. 2. de Oratore.

Quod boni eſt, id tacitus taceas, tute mecum, & gaudeas. Epid. 5. 1. verſ. 44.

Quid in concilio conſuluiſtis? BA. Benè. Bacch. 1. 1. 6. Formula hæc eſt reticēdi ſine injuriâ quærentis: qualis & illa Merc. 2. 3. v. 33. *DE. unde incedis? quid feſtinas? gnate mi. CH. rectè, pater.* Terent. Hecyr. *Quid tu igitur lacrymas? P. rectè mater.* Vbi vide Donatum. Et Eunuch. *Rogo, numquid velit, Rectè, inquit. abeo.*

Tandem ſola ſum. Caſ. 2. 2. v. 25. Truc. 1. verſ. Vide Lexi. Plaut. *Sola ſum.*

Abſtine jam ſermonem de iſtis rebus. Moſt. 4. 2. v. 17.

Sed comprimenda eſt mihi vox, atq; oratio. Pſeud. 1. 4. 16.

Comprimere dentes poſſe videor aliquo modo. Pſeud. 3. 1. 21.

Sed tu hoc tecum clanculum habe. Pœn. 4. 2. 68.

Fac ſilentium. Perſ. 4. 3. 50.

Abi intrò, ne moleſtus lingua tempera. Rud. 4. 2. 18.

Sed conticeſcam. Rud. 5. 2. 69.

Omnibus os obturare. Stich. 1. 2. 58.

Nihil jam mutire audeo. Andr. 3. 2. v. 25.

De excluſione nullum verbum. Eun. 1. 2. 8.

Virgo conſciſſâ veſte lachrumans obticet. Eun. 1. v. 4.

Ha ſileſcunt turba. Adel. 5. 2. v. 10.

Adverſa ejus per te tecta tacitaq; apud omnes ſient. Hec. 3. 1. 8.

Reprimam me, ne ægrè quidquam ex me audias. Hec. 5. 1. 39.

Os opprime. Phor. 5. 8. v. 93.

Quid nunc obticuiſti? Phorm. 5. 9. v. 2.

Ipſe conticuit, & cæteris ſilentium fuit. de orat. l. 3. p. 494.

Animi dolorem vultu tegere, & taciturnitate celare. in Verr. pag. 143.

Nihil nec ſubterfugere velle reticendo, nec obſcurare dicendo. Pro Aul. Clu. prol. 3.

Reticere parentum iniurias, & æquo animo ferre. pro Aul. Clu. pag. 9.

Ego ea, quæ ferri poſſunt, ferenda, quæ taceri, tacenda eſſe arbitror. ibid.

Quæ hoc tempore ſileret omnia, atq; ea, ſi oblivione non poteſt, tamen taciturnitate ſuâ tecta eſſe pateretur. ibid.

Verbum nullum fecit. pro A. Cl. p. 84.

Difficile eſt tacere, cùm doceas. pro Syl. p. 349.

Verbum nemo facit. pro C. Plan. p. 5.

Senatus in Repub. obmutuit, iudicia conticuerunt. Piſ. pag. 189.

Diuturni ſilentij, quo eram his temporibus uſus, finem hodiernus dies attulit. Marc. 281.

Magnis clamoribus afflictus conticuit. Ep. Att. l. 1. p. 28.

Cætera ſi reprehenderis, non feres tacitum. Epiſt. Att. libr. 2. pag. 30.

Facilè celare, facilè diſſimulare. 1. Off. p. 43.

Id volueram ſilentio tranſire. Ep. Att. l. 2. p. 70.

Tædij. *Vide* Faſtidij.

Tangendi.

Anrühren/Angreiffen.

NE obiexis manum. Caſ. 2. 6. v. 52.

Quid tibi iſthunc tactio eſt? ibid. v. 54.

Si illam digito attigeris uno. Eun. 1. 6. v. 2.

Ne primoribus quidem labijs attigiſſent. de Orat. l. 1. p. 292.

Nec enim ullum frigidius hoc flumen attigi, cùm ad multa acceſſerim, ut vix pede tentare id poſſim. de Leg. l. 1. p. 321.

Tarditatis. *Vide etiam* Celeritatis. Feſtinandi.

Langſam/Seumig.

Podagroſi eſtis, ac viciſtis cochleam tarditudine. Pœn. 3. 1. v. 29.

Celeritatem alicuius perſequendi retardare. pro Leg. Man. 636.

Cavendum eſt, ne tarditatibus utamur in greſſu mollioribus. 1. Off p. 52.

Teli. Sagittæ, *Vide etiam* Vulnerandi. Lædendi.

Pfeil/Boltz/Schieſſen/Bogen.

Quicum Ptolomæus familiaris eius in prælio telo venenato eſſet, eoq; vulnere ſummo moreretur. de Divin. 266.

Temperantiæ, Mediocritatis, Modi. Continentiæ.

Meſſigkeit/Nüchtern/Inhalten/Maaß halten.

Sine me fungi fortunas meas. Moſt. 1. 1. v. 45. Nota ſyntaxin.

Spectatum ſatis putabam, & magnum exemplum continentiæ. Andr. 1. 1. v. 63.

Hilaritate triſtitiam temporum condiebamus. Attic. lib. 12. pag. 391.

Teneri non potui, quin tibi apertiùs declararem. Attic. 15. pag. 438.

Ab eâ haſtâ ægrè me tenui. Ep. Att. l. 16.

Difficilem temperantiam poſtulare. de Fin. l. 1. p. 96.

Temperantiæ præceptis obtemperare. Quæſt. Tuſcul. libr. 14. pag. 425.

In re eò meliore, quò maior ſit, mediocritatem conſiderent. de Fin. lib. 1. p 97.

Mediocritatem tenere. 1. Off 36.

Ludendi

Ludendi eſt quidem modus retinendus. 1.Off.42.
Quarum quidem certè eſt adhibendus modus, ad mediocritatem revocandus, eademq́ mediocritas ad communem uſum, cultumq́ vitæ referenda eſt. 1.Off.p.56.

Templi, Delubri. *Vide* Conſecrandi.

Kirch.

R*Omulus Iulio dixit, ſe Deum templumq́ ſibi dedicari in eo loco iuſſit.* de Leg.1.p.294.
Quibus auctoribus Xerxes inflammaſſe templa Græciæ dicitur. de Leg.2 330.
Quâ nocte Alexander natus eſſet, eâdem Dianæ Epheſiæ templum deflagraviſſe. de Nat.Deor.2.26.

Tempeſtatis.Imbrium.Pluviarum. *Vide etiam* Navigandi.

Gewitter/Vngewitter/Regen/Vngeſtümm.

N*Equicquam mare ſubterfugi ſævis tempeſtatibus.* Merc. 1 2.v.83.
Verùm video me ad ſaxa ferri, ſævis fluctibus. Merc. 1. 2. v. 85.
Neſcis, quid mali præterieris, qui nunquam es ingreſſus mare: nam alias vt omittam miſerias, unam hanc vide. Hecyr. 3. 4. verſ. 5.6.7.
Dies triginta, aut plus eo, in navi fui, cùm interea ſemper mortem expectabam, ita usq́ adversâ tempeſtate uſi ſumus. ibid.
Deus ſæpè ventis vehementioribus, aut immoderatis tempeſtatibus, aut immolare, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, urbes delevit, fruges perdidit. pro S R.p.82.
Subitò tempeſtates coortæ ſunt. in Verr.p 174.
Magni fluctus eÿciebantur. in Verr.p.175.

Tempe-

Temporibus hybernis ad magnitudinem frigorum, tempeſtatum vim, ac fluminum præclarum ſibi hoc remedium comparat. in Verr.497.

Hac natura eſſe loci cœliq; dicitur, ut nullus unquam dies tam magnâ turbulẽtaq; tempeſtate fuerit, quin aliquo tempore ſolem eius dies homines viderent. ibid.

Tempeſtate reijci. pro Cæc.p.611.

In navigando tempeſtati obſequi artis eſt. Epiſt. ad Fam. libr. 1. p.32.

Vides, quibus fluctibus iactemur. Ep. Att. lib.1.p.37.

Vim tempeſtatis effugere. de Nat. Deor.3.102.

Sed cum iam quercum tempeſtas, vetuſtasq; conſumſerit, tamen erit his in locis, quam Marianam *quercum vocent.* de Leg. 11. pag.293.

Omnis tempeſtatis calamitate vacare. Quæſt. Tuſc. lib. 5. pag.33.

Subvenire tempeſtati quâvis ratione, ſapientis eſt. 1. Off.p.33.

Temporis. Diu. Perpetuò. Æternitatis.

Zeit/Langwirig/Ewige zeitt/Alle zeit/Es iſt geſchehen/Es begab ſich/Nimmer/Sein lebenlang/Zeit vertreiben/Zeit zubringen/Zeit verderben.

Iam diu eſt, quod. Amph.1.1.v.146.

Iam pridem factum videtur, cùm primum tibi. Aſinar. 5. 2.

Hanc domum multos annos eſt, cùm poſſideo. Aul.Prol.4.

Abhinc annos factum eſt ſedecim, quùm auſpicatus eſt. Caſ. Prol.v.39.

Meâ quidem hercle cauſâ vidua vivito, vel usq; dum regnum obtinebit Iuppiter. Men.5.1.v.28.

Atq; herus minor hunc diem ſumſit minus prothymè. Pſeud. 5.1. verſ.23.

Plus annis decem, plus iam viginti mortuum eſſe oportuit. Bacch. 4.7.v.20. Sic Cicero: *plus anno*, Et *plus annum obtinere provinciam.*

A mane ad noctem totam usq; in foro dego diem. Moſt.3.1.v.3.

Vt hunc

Vt hunc comburamus diem. Men.1.2.v.43.

Tempus maximum eſt. Mil.4.3.8.

Biennium iam factum eſt, poſtquam abij domo. Merc.Prol.v.12.

Vbi mercatum dixit eſſe die ſeptimi Perſ.2.3.v.8. ἀρχαϊκῶς ſicut illud. *Auctio fiet Menachmi mane ſeptimi.* Men.5.9.95. Vide Agellium, & Lex.Plaut

Iam diu factum eſt, poſtquam bibimus. Perſ.5.2.v.41.

Hic leno nondum ſex menſes Megaribus huc eſt, cùm commigravit. Perſ.1.3.57. Sic Aul.Prol.v 4. *Iam multos annos eſt, cùm video.* Inſolēs ſyntaxis. Nimirum hoc habet Lingua Latina, vt Grammaticorum Canones interdum perrumpat, & liberiore campo excurrat Quod qui indignè ferunt exotici homines, malè ſanè de bonis Authoribus merentur. Talia multa ſunt quoque in ipſo Cicerone, quæ nimis liberè tranſiliunt repagula Grammaticorum.

Qualis ſolſtitialis herba pauliſper fui. Pſeud.1.1.v.36. Nota formulam *Pauliſper eſſe*: eſt, *Non diu durare.* Proverbialis autem eſt locutio de re fugitivâ, & non diuturnâ. Auſonius: *Oſtentatus, raptusq; ſimul, ſolſtitialis velut herba ſolet.* Vide Muret. lib.6.cap.9. Variar.Lect.

Tertius hic eſt annus, ut noſtri domo viri abierunt. Stich. 1. 1. verſ.26.

Quæ inter continuum perdidi triennium. Stich. 2.1.v.61. Titinnius: *Inter decem annos nequiſti unam togam detexere.*

Ego hunc lacero diem. Stich.3.1.v.45. h.e. *garriendo perdo.* Sic Aſin.2.2.v.25. *Quin ego hanc iubeo tacere, quæ loquens lacerat diem.* Horat. *Frangere diem mero.* Alii etiam, *Iugulare diem. Excruciare diem.* Men.4.2.v.31.

Minus quindecim dies ſunt, cùm pro hiſce ædibus quadraginta minas accepiſti. Trin.2.4.1. Sic Plin.lib.4.Epiſt.27. *Tertius dies eſt, quod audivi recitantem.* Cicero *Biennium eſt, cùm cœpit.*

Iam dudum factum eſt, cum abiſti domo. Trin.4.3.v.3.

Tu me vivus hodie nunquam facies, quin ſim Soſia: **dein lebelang nicht.** Amph.1.1.241.

Quod neque eſt, neq; fuit, neq; futurum eſt, mihi prædicas. Amph. 2.1.v.3.

Ferè in paucis diebus. And.1.1.v.75.

Diviſa ſunt temporibus tibi dere hæc. **du haſt der zeit nicht wohl war genommen.** And.3.1.v.8.

Conſtrivi

Punctum temporis commorari aliquo in loco. pro Aul. Cluent. pag.19.

Dies nondum decem interceſſerunt. pro Cluen.p.33.

Oportunè adeſt homo ſummâ fide, & omni virtute præditus. pro Aul Cl.p.75.

Vt ne longum ſit. pro Aul.Clu.p.89.

Parvam exigui temporis uſuram bonæ de me opinionis poſtulo, ut eam perpetuò retineatis. cont. Rull.11.p.145.

O tempora! o mores! in Cat.p.164.

Temporibus aſſentiendum. Ep Fam.l.1.p. 32.

Illud pugna, & enittere, ne quid temporis nobis prorogetur. Ep. Fam.l.3.p.80.

Traducere tempus. Ep.ad Fam.l.4.p.102.

Cedere tempori. Ep.ad Fam.l 4.p.105.

Tuum eſt, conſulere temporibus. Epiſt. ad Fam. l. 4. p.107.

Matutina tempora lectiunculis conſumere. Epiſt. Fam. lib. 7. pag.83.

Servire temporibus. Ep.ad Fam.l.15.p.468.

Vt vix huic tantulæ epiſtolæ tempus habuerim. Epiſt. ad Att. l. 1. p.20.

Hoc tempus omne conſumam. Ep.ad Att.l.2.p.54.

Cùm vacui temporis nihil haberem. Ep.ad Att.l 2.p.26.

Verſabatur mihi illud tempus ante oculos. Epiſt. Attic. libr. 3. pag.87.

Eò etiam melius hic eum diem cum Dionyſio conteremus. Ep.Att. l.4.p.119.

Quo cum diem conterere ſolebam. Ep. Att l.9.p.265.

Vt tu maximis tuis curis aliquid impertias temporis cogitationi. Ep.Att.l.9.p.290.

Vt tota tempora diurna in his poſſim conſumere. Epiſt. Att. lib. 11. pag.337.

Totos dies conſumo in literis. Ep.Att.l.12.p.375.

Quod temporis in prædiolis noſtris, & bellè ædificatis conſumi potuit. Ep.ad Att.l.16.p.444.

Dum hominum genus erit, non deerit, dum civitas erit, iudicia fient. pro S.R p.68.

Diuturnitatis modum terminare. Tuſc.l.2.p.365.

Hanc immortalem redderem, ſi poſſem. de Orat.l. 2.p.365.

Quid in Epeiro temporis ponas Ep.Att.l.1.p.17.

Itinera ita facit, ut multos dies in oppidum ponat. Ep.Att.11.358.

In quibus remoti ab oculis populi, ad omne etiam tempus otiumque contrivimus. de Amic. p. 221.

Multum temporis in iſtâ unâ diſputatione conſumſimus. Acad. l. 2. p. 9.

Nulla Senectus diuturnitate temporum exiſtet. Acad. libr. 2. p. 61.

Nonnunquam eiuſmodi incidunt tempora. de Fin. lib. 1. pag. 109.

An ille tempus aut in Poetis evolvendis conſumeret? de Fin. l. 1. p. 125.

Aut aſtris contereret. ibid.

In aliud tempus aliquid differre. de Fin. l. 1. 5. p. 270.

Tempus in quærendo, ac diſcendo in natura ognitione conſumunt. de Fin. lib. 5. pag. 274.

Quamobrem aggredere quæſumus, & ſume ad hanc rem tempus, quæ eſt à noſtris hominibus aut relicta, aut adhuc ignorata. de Leg. lib. 1 pag. 295.

Si mihi nullum tribueretur tempus vacuum & liberum. de Leg. lib. 1. p. 296.

Quod tibi tandem tempus vacuum fuit conceſſum. ibid.

Quod datum eſt temporis nobis, in eo conſumſimus. Quæſt. Tuſc. lib. 2. pag. 350.

Primum tempus ſalutationibus, reliquum percunctatione conſumſimus. de Vniverſ. p. 369.

Nullum tempus aliud ſe unquam habituros, reſtituendæ gratiæ. de pet. Conſ. p. 398.

Longo intervallo interiecto videmus. 1. Off. p. 14.

Incidunt ſæpè tempora. ibidem.

Vix minimi momenti inſtar habeant. Off. l. 3. p. 104.

Id vel exiguum tempus durat. de Senect. p. 177.

Tenebrarum. *Vide* Obſcuritatis.

Timoris. *Vide* Metûs.

Termini. Finis. Modi. *Vide* Abſolvendi.

Ziele/Maaß/Ende.

Tute

T*Vte ipſe his rebus finem præſcripſiſti, pater.* Andr. 1. 1. verſ. 120.

Certos mihi fines terminosq; conſtituam, extra quos egredi non poſſim, ſi maximè velim. pro Qu. p. 11.

Extra cancellos egredior, quos mihi circumdedi. pro Quint. pag. 12.

Si ipſum finem velim ſequi. Acad. l. 2.

Horum fines, ſicut ipſi dixerunt, terminavit. 1. Offic. pag. 16.

Sine dubio finem & modum tranſeunt. 1. Off. p. 41.

Terræmotûs.

Erdbeben.

C*Vm Apulia maximis terræ motibus conquaſſata eſſet.* de Divin. l. 2. p. 295.

Teſtamenti. *Vide etiam* Hæreditatis. Syngraphæ. Tabularum.

Teſtament / Verteſtieren / Vermachen / Legieren / Verſchreiben / Erbſchafft bekommen.

A*Licui Teſtamenti legare grandem pecuniam ab aliquo.* pro Aul. Cl. p. 16.

Teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum in adulterinis obſignare. pro Aul. Cl. p. 19.

Quis meorum amicorum Teſtamentum diſceſſu meo fecit? ibid. p. 434.

Teſtamentum fecit noſtris legibus. pro Arch. Poet. p. 349.

Adire hæreditates. ibid.

Mortuorum teſtamenta conſcribere. de Aruſp. Reſp. p. 432.

Falſa teſtamenta ſupponere. de leg. l. 1. p. 310.

Teſtificandi. Teſtium. Teſtimonij. Vadimonij. Vadium.

Zeigen/Zeignuß geben/Bezeugen/Bürgen ſtellen.

Deos abſentes teſtes memoras. Merc.3.4.v.42.
Do Iovem teſtem tibi. Pleud. .5.v.99.
Teſtem te teſtor mihi. Rud.5.2.v.21.
Perſona autem non qualiscunq; teſtimonij pondus habet. in Top. p.718.
Huic rei teſtis eſt hic. pro Qu.p.12.
In ſponſionem teſtes dare. pro Qu.p.27.
Parare teſtes. ibid.
Teſtimonium ſumere ab aliquo. pro Qu. Roſc.p.94.
Teſtes contra aliquem ſuſcitare, perducere. pro Quint. Roſc. p.103.
Subornare teſtem. pro Qu.Roſc.p.109.
Teſtimonia in rem denunciare. in Verr.p.176.
Teſtem aliquem citare. in Verr.p 284.
Teſtes ſubornare fictos, imponere falſa tabula. pro Cæcinn.pag. 614.
In aliquem teſtimonium dicere. pro Leg.Syll. p. 311.
Teſtimonium dicere de aliquâ re. Cn. Planc.p.617.
Poſſum excitare multos reductos teſtes liberalitatis tua. Rab. p. 281.
Ilicet vadimonium ultrò mihi hoc facito. Epid. 5. 2. verſu 19.
Vadimonium promittere. pro Qu.p.7.
Venire ad vadimonium. ibid.
Vadimonia differre ibid.
Vadari aliquem. ibid.
Res eſſe in vadimonium capit. ibid.
Venit ad vadimonium. ibid.
Poſtulat ut procurator iudicatum ſolvi ſatisdaret. pro Quint. pag.9.

Vadimonium

Vadimonium ſiſtere. ibid.
Vadimonium miſſum facere. pro Q p.15.
Vadimonium obire. ibid.
Vadimonium omninò nullum cum illo fuit. ibid.
Vadimonium tibi promiſit. pro Qu. p.20.
Vadimonium deſerere. pro Qu. p.31.
Cupiebam, ut non afferrem cum eo vadimonium. Acad. libr. 2. pag. 5.
Teſtes ſunt rationes civitatum. Ep. ad Fam. l. 3. p. 81.
Neq; dixi quicquam pro teſtimonio. Epiſt. Attic. libr. 1. pag. 24.
Privabo illum potius debito teſtimonio, quàm ut cum meâ laude communicem. Acad. l. 2 p. 8.
Non ſinè cauſa falſum teſtimonium dicere. Acad. libr. 2. pag. 24.
Teſtimonium dicere. ibidem.
Teſtimonio & iudicio alicuius aliquid comprobare. de Divinat. lib. 2. p. 158.
Orationem illam vanam teſtimonium laudum ſuarum eſſe putant. de Amic. p 219.

Texendi.

Weben.

NEque exordiri primùm unde occipias habes, neque ad detexendam telam certos terminos. Pſeud. 1. 4. verſ. 5. *Detexere*, eſt *pertexere*: ut *Exordiri*, *incipere*. Lipſ. Epiſt. Quæſt. lib. 1. c. 24. *Detexo*: καθαιρῶ ἱςὸν. Gloſſ. Titinnius Fullonibus: *Quæ inter annos decem nequiſti togam unam detexere.* Alij ſignificantiùs loquuntur, *Deponere.* P. Diaconus. lib. 2. cap. 3. *talem ſe eidem telam orditurum, qualem ipſa dum viveret, deponere ac detexere non poſſet*, τὸν ἱςὸν ὑφαγνῶναι.

Theſauri. Gazæ.

Schatz.

NE me theſauros reperiſſe cenſeas. Aul. 2. 2. v. 63.
Theſaurus eſt mihi domi. ibid. v. 88.
Inhiare theſaurum. ibid.
Theſaurochrypſonicochryſides. Fictè: de avaro, qui theſaurum ungue occultat. Capt. 2. 2. v. 35. & 3. 4. v. 100.
Augent ex pauxillo, theſaurum inde parant. Moſt. 4. 1. v. 8.
DI te ſervaſſint ſemper, cuſtos herilis, decus popli, theſaurus copiarum &c. Aſin 3. 3. v. 65.
Teneo theſaurum ſtupri. Amph. ſc. Quis tam. v. 13.
Omnem in tergo theſaurum gerit. Aſin. 1. 1. v. 11.
Sed eccum Lenonem incudem theſaurum meum. Curc. 5. 2. v. 76.
Integrum, & plenum adepta eſt theſaurum. Truc. 4. 2. 13.
Siquidem herclè etiam ſupremi promtas theſaurum Iovis. Pſeud. 2. 2. v. 33.
Nam mihi is theſaurus iugis in noſtrâ eſt domo. Pſeudol. 1. 1. v. 82.
Neu qui rem ipſam poſſet intelligere, & theſaurum tuum me eſſe penes. Trin. 5. 1. v. 21.
Iſtic eſt theſaurus ſtultis in linguâ ſitus, ut quaſtui habeant, malè loqui melioribus, Pœn. 3. 3. v. 12.
Tu quidem theſaurum huc mihi apportaviſti mali. Merc. 1. 20. v. 51.
Qui de theſauris integris demum danunt. Truc. 2. 1. v. 34.
Nam ubi de pleno promitur, neq; ille ſcit quid det, quid damni faciat, illi rei ſtudet. Aſin. 1. 3. v. 29.
Coniector reſpondit theſaurum eſſe defeſſum ſub lecto. de Divin. lib. 2. p. 265.

Tonſorum. Tonſtrinæ.

Scheren/ Scherer/ Balbirer/ Scherſtub.

Senex

SEnex eſt in tonſtrinâ: cultros attinet, ne id quidem involucrum inijcere voluit, utrum ſtrictim ne attonſurum dicam eſſe, an per pectinem: usq; admutilabit probè. Capt.2.2.v.13.16. ἀλληγορικῶς de fallaciis.

Collum tonſori committere. Qu. Tuſc.l.5.p.472.

Torturæ. Quæſtionis. *Vide* Crucis, Supplicij.

Folteren/Peinigen.

CEntenâ nunquam dicturi furta cruce. Aul. ſc. Feram v.43.
Servus eſt pollicitus dare ſuos mihi omnes quæſtioni. Moſt.5.1.v.58.

Primùm volo quæſtioni accipere ſervos. ibid. v.43.

Ne huc confugere poſſit, quæſtioni ſuos dabit. ibid. v.46.

Tibi præſidebo, ne interbitet quæſtio. ibid. v.47.

Quolibet cruciatu per me exquire. Hecyr.5.2.v.7.

De ſervis quæſtionem habere. Sex. Roſc. p163.

Quo cruciatu ſit affectus, venire in mentem neceſſe eſt, omnibus, cùm eſſet vinctus nudus in aëre, in imbri, frigore. in Verr. 467.

Facta in eculeo quæſtio eſt. Mil.244.

Tormentis dedendi fuerunt. Mil.245.

Subitò correpti in quæſtionem ſunt. Mil.246.

More maiorum de ſervo in dominum, ne tormentis quidem quæri licet. Deiot.307.

Nec ſi ille ſapiens à tortoris eculeum à Tyranno ire cogatur. de Fin.4.p.225.

Tractandi. Accipiendi.

Tracktieren/Empfangen.

SPartæ verò pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur, ut multis è viſceribus ſanguis exeat: nonnunquam etiam ad necem: quorum non modò nemo exclamavit unquam, ſed ne ingemuit quidem. Tuſc.182.2

Nunquam fuit crudelis Verres: Sopatrum leniter clementerq; accepit,

cepit, eum in ſtatuâ C. Marcelli divaricari ac deligari iubet. in Verr.220.b

Qui cives Romani quemadmodum eſſent accepti, audiſtis ex ipſis: bona ſibi erepta eſſe dixere. ibid.20.a

Hunc accepi in Senatu, *ut ſoleo.* At. 7.a

Si invitaverit, idquod ſolet: ſic hominem accepimus, ut moleſtè ferat ſe de viâ diſceſſiſſe. pro Cl.20.52 b

Quo te modo, inquit Architas villico iratior, accepiſſem, niſi ſi iratus? Tuſc.126.b

Accipitur Pompeius ſatis malè à Curione, & totus eius ſecundus conſulatus exagitatur. Ep.121.b

Epicurum Stoici malè accipiunt. Ep.107. b

Copiolæ mea ſunt extenuatiſſimæ, aut inopiâ omnium rerum peſſimè accepta. Ep.174.a

Excluſus ab Antiochiâ Dolabella, & in oppugnando malè acceptus, nullâ aliâ confiſus urbe, Laodiceam ſe contulit. Epi. 190.b

Stomachari, contumelioſè vexare, maledicere, totis voluminibus concidere, malè accipere, figere maledictis aliquem. de Natur. 20.a

Eſto qui aliquanto plus cogitaſſet, malè accipit verbis Raboniũ. in Verr.104.b

Quintum puerum accepi vehementer. At.159.b

Non multi cibi hoſpitem accipies ſed multi ioci. Ep.143.a

Magnificentiſſimè accipi ab aliquo hoſpitio. de Di.115.a

Hoſpitio agreſti aliquem accipere. At.32.b

Sicilia cives Romanos omnes ſuis ipſa ſedibus libentiſſimè ſemper accepit. in Verr.268.a

Regio apparatu accipere aliquem. de Som.126.b

Tribus tricliniis accepti, οἱ περὶ αὐτὸν valdè copioſè: libertis minus lautis ſervisq́ nihil defuit: nam lautiores eleganter accepti. Att.222.a

Sic accipere aliquem. in A.218.a

Honorificè aliquem accipere. in Verr.214 a

Nos Aſia accepit admirabiliter. At.75.b

Hilarè à te acceptus ſum. de Or.135.b

Hilaris & benè acceptus. At.132.a

Tradendi.

Tradendi.

Vbergeben/Lieferen.

E *Manibus dedit mihi in manus.* Trinumm. 4. 2. verſu 17.
Omnes opes & ſuas, & pop. Rom. Pompeius ad Cæſarem detulit. Phil. 2. 147.
Dictatori iuſſu populi Antonius regnum detulit. Philipp. lib. 2. p. 311.

Trahendi.

Ziehen/Herbei ziehen.

P*Riusquam obtorto collo ad prætorem trahor.* Pœn. 3. 5. verſ. 45 *Rapere obtorto collo* eſt, *veſte ad collum prehensâ gulam, & fauces premere, & angere, iisq́; adſtrictis urgere, & trahere.* Vide etiam Plaut Rud. 3. 6. v. 15. & Turn. l 26. 2. Item Adag. *Mento trahere: Gulâ trahere: Pedibus trahere.* apud Cic. lib. 4. ad Att.
Si Amphitruonem collo hinc obſtricto traham. Amph. 3. 2. v. 72.
Ego ruri hamaxari mavelim patulum bovem. Truc. 2. 2. v. 22.

Tributi. *Vide* Vectigalis.
Triſtitiæ. *Vide* Ægritudinis.
Triumphi. *Vide* Vincendi, Victoriæ.

Tumultûs. Seditionis. Diſcordiarum, Turbarum.

Tumult / Aufruhr / Getümmell / Vnruh / Rauſchen / Vfflauff.

EAm ſeditionem ille in tranquillum conferet. Amph. 1. 2. v. 16.

Turbas ciet. Amph. Arg. 2. v. 6.

Turbas conciet. Amph. 1. 2. v. 14.

Quis ante ædes tantas tamdiu turbas concitat? Amphitr. 5. 6. verſ. 28.

Nec nocte hac quippiam perturbaverit. Capt. 1. 2. v. 78.

Turbas, lites concias illi. Aſin. 4. 2. v. 14.

Angulos hic omnes mearum ædium & conclavium mihi perviam facitis. Aul. 3. 2. v. 29.

Turbas movet. Bacch. Arg. v. 6.

Turbam facito. Perſ. 1. 19.

Quæ eſt hæc factio? Rud. 3. 5. v. 15.

Quid crepuit quaſi ferrum modo? Aul. 2. 2. v. 65.

Mirum hodie eſt, ni ſpectatores in ſubſellijs ridiculoſ ſtrepunt, tuſſiunt, ronchos cient, conſulcant frontem, ex ore concrepario frequenter fremunt, atq; muſſitant. Bacch. Prol. v. 5.

Mihi per ſilentium nunquam agere licitum eſt. Hecyr. Prol. verſ. 30.

Nemo in iudicio pedem ſupploſit. de Orat. l. 4. p. 332.

Populus convolat Hecyr. Prol. v. 32.

Tumultuantur, clamant, pugnant de loco: meum non potui tutari locum. Hecyr. Prol.

Tùm illæ turbæ fient. Andr. 2. 3. v. 6.

Ne quam hodie illam inſanam turbam faciat. Eunuch. 4. 1. verſ. 2.

Neſcio quid abſente nobis turbatum eſt domi. Eunuch. 4. 3. verſ. 7.

Quem dediſti nobis Eunuchum, quas turbas dedit? Eunuch. 4. 3. v. 11.

Turbam hanc propter te eſſe factam. Eunuch. 4. 6. verſu 6.

Si quidquam hodie hic turbæ ceperis. Eun. 4. 7. v. 30.

Sceleſtus, quantas turbas concivi inſciens? Heautontim. 5. 2. verſ. 17.

Quid

Quid iſtuc turbæ eſt? Phorm.5.9.v.1.
Diſtribuere vitæ ſocietatem. Pro Sex. Roſc.p.75.
Tanquam ſi offuſa Reipub. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniaq; miſcebant. pro Sext. Roſc.p.68.

V

Vacuitatis.

Lehr.

INanijs ſunt ædes oppletæ, atq; arcanis. Aul.1.2.v.
Muſca nulla fœmina eſt in ædibus. Truc.2.2.v.19. Proverbialis eſt locutio.
Vacuum redde nobis. Ep.ad Att. l.12.p.394.

Valoris. Ponderis.

Gewicht/Gelten.

PErſona non qualiſcunq; teſtimonij pondus habet. Top. 217.a
Id maximi momenti eſt & ponderis. I. Vat.30.b
Quod in utramq; partem in mentem multa veniebant, magnum pondus acceſſit ad tollendam dubitationem, judicium & conſilium tuum. Ep.182.b
Sed idem ſcribit meas literas magnum pondus apud te habituras. Ep.12.b
Sed tuæ literæ maximi ſunt apud me ponderis. Ep.30.a
Si minus plures cauſæ & majores ponderis plus habebunt. Officiorum 10.a
Ea non ita magni ponderis apud me eſſe debent. pro Planc. 259. b
Ejus filius eodem eſt apud me pondere, quo fuit ille. Attic. 154. b

Addis etiam iјs qui pondus habent, factum noſtrum probari. Att. 172. a

σχήματα in verbis pingendis habent pondus. de C. 176. a

Varietatis.

Enderung.

P*Oſt autem varietatem cùm delectari putamus.* de nativ. Deorum. l. 1. p. 17.

Tantæ ſunt in varietate ac diſſenſione conſtituti, ut eorum modeſtum ſit annumerare ſententias. de nat. Deor. l. 1. p 3.

Varietatem maximam habent, aliјq; in aliјs locis ſunt. de divin. l. 2. p. 249.

Vaſorum. Lavandi. Abluendi.

Geſchirr.

V*ASCVLA intus purè propera, atque elue.* Aul. 2. 3. verſ. 3.

Vaſtandi. Evertendi. Extinguendi.

Verſtören/Vmbſtoſſen/Außleſchen/Verderben/Verhergen.

E*Xcidionem facere condidici oppidis.* Curc. 4. 3. v. 2.

Sequimini, ædes expugnabo. Eunuch. 4. 7. v. 3.

Iſtâ præclarâ gubernatrice, ut ais, civitatem, eloquentiâ Rempub. diſſipaverunt. de Orat. l. 1. p. 279.

Cùm ſuis conſiliјs Rempub. profligaſſet. de Orat. l. 3. p. 452.

Quos ego campos anteà collesq; nitidiſſimos, viridiſſimosq; vidiſſem, hoc

ſem, hoc ita vaſtatos nunc, ac deſertos videbam, ut ager ipſe cultorem deſiderare, ac lugere Dominum videretur. in Verr. p 324.

Corinthum Græciæ lumen extinctum eſſe voluerunt. pro lege Man. p. 631.

Evertere Rempublicam. Contra Rullum. p. 98.

Cùm bello vaſtabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt. in L. Catil. p. 176.

Rempublicam lacerare. Orat. poſt reditum. p. 382.

Saxis & ignibus, & ferro vaſtitatem meis ædibus intulit. de Aruſp. Reſp. p. 468.

Vrbes depopulatur, agros vaſtat, exhaurit domos. Piſ. 195.

Fama vexata hanc tantam effecerunt vaſtitatem. Piſ. 215.

A te Iovis antiquiſſimum fanum barbarorum ſanctiſſimumq; direptum eſt. Ibidem.

Miſeras civitates funditùs evertiſti, omnibus bonis exhauſiſti. ibidem.

Achaia exhauſta, Theſſalia vexata, Athenæ laceratæ, Apollonia exinanita, Ambracia direpta. Piſ. 220.

Subitò civitatem extinxit. Ad Herenn. l. 4. p. 110.

Rempub. funditùs labefactare. Ad Herenn. l. 4. p. 115.

Eorum urbem diruamus. de Invent. l. 1. p. 179.

Per ludum & jocum eum fortunis omnibus evertit, bona, fortunas, omnia ornamenta amiſit. in Verrem. p. 221.

Qui ad delendum ſenatum, affligendum equeſtrem ordinem, & extinguenda omnia jura, atq; inſtituta majorum, ornatos eſſe arbitrabantur, Seſt. 10.

Oratio ipſa Conſulis poteſt Rempublicam labefactare pernitioſa. Seſt. 11.

Cùm copioſiſſimam urbem funditùs evertiſſet. off. l. 2 p. 96.

Sed etiam reliquam Græciam evertit. off. l. 2 p. 97.

Salutem alicujus extinguere. Mil. 214.

Qui patriam voluit extinctam, patriæ conſulit. de finibus. lib. 4. p. 241.

Multa perdidit ornamenta dignitatis, & præſidia ſtabilitatis ſuæ. Marc. 280.

Multæ afflictæ & everſæ ſunt domus. Dejot. 319.

Inflammare urbem, cives trucidare, vaſtare Italiam, delere Rempublicam. Phil. 2. 344.

Provincias univerſas perdidiſtis. Phil. 2. 373.

Cujus vomere portam Capuæ penè perſtrinxiſti, ut florentis Coloniæ territorium minueretur. Phil. 2. 377.

Agri

Agri vaſtantur, diripiuntur villæ. Phil.3.391.
Non ſolùm regem, ſed regnum de Repub. ſuſtuliſſem. Phil.2. pagina 351.
Numantiam everterunt. Phil.4.415.
Quæcunq; ivit, omnia vaſtavit, diripuit, abſtulit. Phil.10.470.
Noctu populabatur agros. 1.off.p.15.
Carthaginem & Numantiam funditùs ſuſtulerunt. 1.off.pag.31.
Lacerarunt omni ſcelere patriam, & in eâ funditùs delendâ, & ſunt, & fuerunt. 1. off.p.24.
Imperator in excidendâ Numantiâ Reip. præfuit. 1. off.p.31.
Armatis latronibus templa tenuiſti. Paradox.4.p.231.

Vectigalis. Tributi. *Vide* Ærarii.

Zoll/ Tribut.

V*Ectigalia alicui penſitare.* Pro Lege Man.p.633.
Vectigalia nervos eſſe Reipub. pro lege Manil.p.634.
Omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere. Contra Rull. p.34.
Erogarisne pecunias ex ærario tuis legibus: Vat.85.
Achæi ingentem pecuniam pendunt Piſoni, vectigal, & portorium Dyrrhachinorum totum in hujus quæſtum eſt converſum. Provinc. p.158.
Exigere tributa. Ep.ad fam.l.3.p. 69.
Primùm cùm ad me aditum eſſet, ab ijs, qui dicerent à ſe intolerabilia tributa exigi. ibidem.
Exigere vectigalia. Ep.ad fam.l.12.p.370.
Tueri vectigalia. ibid.
Liberare civitatem tributis. Ep.ad fam.l.15.p.466.

Venandi.

Jagt/ Jagen.

Canes

C*Anes compellunt in plagas.* Pœn.3.3.34.
Mirandum in modum canes venaticos diceres:ita adorantur omnia,& perveſtigant,ut ubi quicquid eſſet,invenirent. in Ver. p.4.25.

Vendendi. *Vide* Emendi. Syngraphæ.

Veneni. Veneficii.

Gifft/ Hexerey/ Zauberey.

H*Ominem veneno apertiſſimo ſuſtulit.* pro domo.p.447.
Quia Metellum veneno ſuſtulerat,illos conſervari meliùs fuit quàm pœnas Varium ſceleris pendere. De Nat. Deorum. 1.3. pag.149.

Veniæ. *Vide* Ignoſcendi.
Veniendi. *Vide* Accedendi.
Venuſtatis. *Vide* Pulchritudinis.

Verberandi. Plagarum. Flagrorum. Cædendi. Vexandi. Vinculorum. Carceris. Piſtrini. Carnificinæ. Stimulorum. Minarum. Supplicii. Crucis. Vexandi.

Schlagen/ Streich/ Stöß/ Schmeiſſen/ Maultaſch geben/ Vexiren.

C*Orium concidere.* Amph.prol.v.85.
E promptuariâ cellâ depromier ad flagrum. Amph.1.1.v.4.
Quaſi incudem homines me miſerum octo validi cadant. Amp.1.1. verſ.7.

Ego te

Ego te pro iſtis dictis maledictisq;, furcifer, accipiã. Amp.1.1.v.150.
Certè advenientem hic me hoſpitio pugneo accepturus eſt. Amph. 4.1.v.139.
Non feret, quin vapulet. Amph.1.1.v.158
Quisquis homo huc profectus venerit, pugnos edet. Amph.1.1.verſ. 153.
Nequiter ferire malam. Amph.1.1.158.
Exoſſatum oportet eſſe, quem probè percuſſeris Amph. 1.1.v.162.
Mirum niſi hic me quaſi muranam exoſſare cogitet. Amph. 1.1. 163.
Geſtiunt pugni mihi. Amph.1.1.v.v.167.
Exercere pugnos in aliquem Amph.1. 1.v.168.
Onerandus es pugnis probè. Amph.1.1.171.
Faciam ego te hodie ſuperbum. Amph.1.v.201.
Tu me pugnis uſu feciſti tuum. Amph.1.1.v.219.
Pugnis plus vales. Amph.1.1.v.234.& 240.
Pugnis contundere. Amph.1. 1. 251.
Nam ſi me irritaſſis hodie, lumbifragiũ hinc feres. Amph.1.1.298.
Te ego faciam hodie, ut meritus es. Amph.2.1.v.5.
Ejus ego in tergum faxo expetant mendacia. Amph 2.1.v.42.
Sum obtuſus pugnis peſſumè. Amph.2.1. v.59.
Is qui me contudit. Amph.2.1.71.
Pugnis contudit. Ibid. v. 77.
Iam quidem herculè ego tibi iſtam ſceleſtam, ſcelus, linguam abſcindam. Amph.2.4.7.
Vlmorum Acherũs, quem pol ego hodie ob iſthæc dicta faciam ferventem flagris. Amph.4.2.v.14.
Te macto infortunio. Ibid.
Ob iſthoc omen capies ominator, quod te condecet. Amph. 2. 2. verſ.90.
Tu ne me mactes carnufex. Amph.Scen.Tun' me.v.1.
Faxo ut bubulis corijs onuſtus ſis, Saturni hoſtia. ibidem.v.2.
Ita ego certè cruce & cruciatu te mactabo. ibid.v.3.
Larva umbratilis, tu me minis territas. ibid.v.4.
Tuum diminuam caput, ut cum dentibus linguam exſcrees. ibidem. v.6.& 7.
Si te hodie apprehendero, ad id redigam miſeriarum, ut ſemper ſis miſer. ibid v.11.
Vide ne infortunium quæras, qui me ſic ludifices. ibidem.v.23.

Si per-

Si pergas, eum hic ſiſtam, neq; ſine magno tuo malo. ibid. v. 33.

Si moleſtus ſis, nunquam evades, quin te ſacrificem. ibid. v. 38.

Oetat faciant, ut tu quoq; conciſus pugnis, & eliſus dentibus, id inpranſus creduas. Amph. Scen. DI voſtram. v. 10.

Me malis multavit modis. ibidem.

Si illum datur maſtigiam apprenhedere, oſtendam, quid ſit herum fallere dolis, & minis inceſſere. Amph. Scen. DI voſtrá. verſ. 9.

Hæc machina meas onerat ſcapulas. Amph. Scen. DI voſtram. verſ. 38.

Ne te ſacrificem, nunquam evades. Amph. Scen. DI voſtram. verſu 48.

Non ab uxore abis, quin vapules. Amph. Scen. DI voſtram. verſu 68.

De tergo ducentas plagas prægnantes dabo. Aſin. 22. verſu 10.

Largitur peculium omne, theſaurum in tergo gerit. Ibidem. verſ. 11.

Socium ad malam rem quærit. ibid. v. 22.

Gymnaſium flagri, cuſtos carceris. ibid. v. 31. & 32.

O catenarum colone. virgarum laſcivia. ibid. v. 32.

Omnes de nobis carnificum concelebrabuntur dies. ibid. v. 45.

Mirabar quid ſcapulæ geſtibant. ibid. v. 49.

Omnes conjurati cruciamenta conſtruunt. ibid. v. 52.

Habeo familiare tergum ibid. v. 58.

Si tergo res ſolvenda eſt. ibid. v. 55.

Mihi tibiq; interminatus eſt, nos futuros ulmeos. Aſin. 2. 2. v. 95.

Pugno malam percutere. ibid. v. 104.

Tergo cruribus conſuluit haud decore. Aſin. 2. 4. 3.

Malam rem effugies nunquam. Aſin. 2. 4. 9.

Vtinam nunc mihi ſtimulus in manu ſit! ibid. v. 12.

Latera conterere, quæ occalluére plagis. ibid. v. 13.

Cum fuſti eſt ambulandum, tanquam clauduſ ſutor ſim. ibidem. verſ. 21.

Malum vobis quæritis, crura diffringentur. Aſin. 2. 4. 68.

Dabitur ſupplicium mihi de tergo veſtro. Aſin. 2. 4. 75.

Pro veſtris maledictis pendentur mihi pœnæ: ibid. v. 77.

In noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt. Aſin. 3. 2. v. 7.

Qui me vir fortior ad ſufferendas plagas? Aſin. 3. 2. 11.

Ad lan-

Ad languorem tuâ duritiâ ubi dederis octo validos lictores ulmeis affectos lentis virgis. Aſin.3.2.28.

Tun' verberes, qui pro cibo habes te verberari? Es iſt dein täglich Brot/ daß du ſtöß vberkommeſt. Aſin.3.3.38.

Quin tu illum ancillas jubes rapere ſublimem domum? Aſin.5.2.v.18. Quem locum imitatus eſt Terentius Andr. *Sublimem hunc intrò rape, quantum potes.*

Ne illum mecaſtor miſerum habebo. Aſin.5.2.v.19.

Iam faxo ipſum hominem manifeſtò opprimas. ibid. v. 27. & Men. 4.1.v.4.

Stimulorum ſeges. Aul.1.1.v.6.

Si hodie fuſtem cepero, aut ſtimulum in manum, teſtudineum ego iſtum tibi grandibo gradum: utinam me Dij adaxint ad ſuſpendium! And.1.1.v.10. & 11.

Oculos ego iſtos effodiam, ne me obſervare poſſis. Aul.1.1.v.14.

Continuò ego te dedam diſcipulum cruci. Aul.1.1.v.20.

Si ego te non elinguandum dedero uſq; ab radicibus, impero authorque ſum, ut tu me cuivis caſtrandum loces. Aul.2.2.72.

Malè aliquem fuſtibus contundere. Aul.3.1.4.

Habuit me gymnaſium: Scil. verberum. Aul. 3.1.5.

Fuſtibus ſum mollior miſer magis, quàm ullus cinædus. Aul.3.2.8.

Cui ego jam linguam præcidam, atq; oculos effodiam domi. Aul.2.2. verſ.17.

Fuſtibus implevisti iſtorum caput. Aul.3.2.6.

Dotatæ mactant & malo, & damno viros. Aul.3.3.6.

Abſtinere à cenſione bubulâ, nec ſuâ operâ rediget unquam in ſplendorem compedes. Aul.4.1.15. & 16.

Ego te miſeris accipiam modis. Aul.4.4.3.

Ferã velis nolis; cùm te quadrupedem ſtrinxero, & hernioſos teſtes ad trabem tibi divellam appenſo. Sed cur in fauces moror hujus ſceleſti ruere? & animam protenus cur non compello facere iter præpoſterum? Aul.Scen. Feram velis. v.1.& ſeq.

Si me torqueri juſſerit ad necem, vide quid conſequare. Aul. *Scen.* Feram velis. v.17.

Niſi qui colaphos perpeti potis, frangi aulas in caput. Capt.1.1.verſu 20.

Væ illis virgis miſeris, quæ hodie in tergo morientur meo. Capt.3.4. v.117. Vide ſupra ex Amph 4 2. v.9. *Vlmorum Acheruns*. & Caſ.2.8.v.12. *Servus ulmitriba*.

Eminor interminorq;. Cap.4.2.11.

Dentilegos

Dentilegos omnes mortales faciam. Capt.4.2.18.
Eis ora verberabo ſirpiculis piſcarijs. Capt.4.2.36.
Cui locarit cædendos agnos. Capt.4.2.39.
Etiam mihi ſtimulo fodere te lubet. Curc.1.2. v.40.
Quod quidem mihi polluctus virgis ſervus ſermonem ſerat. Curc. 1.3.57.
Rem perſolvant pugnis, ſi quis poſcat clarius. Curc.3.1.9.
Auferere tu hinc à me, ſi pergis mihi malè loqui, cui ego niſi malũ nihil debeo. Curc 4.4.5.
Si tu me irritaveris, placidum te hodie reddam. Curc. 5.3. verſu 49.
Ego te implebo flagris: ita te aggerundâ curvum aquâ faciam probè, ut poſtilena poſſit ex te fieri. Caſ. 1.1.35.36. & 37.
Ego pol iſtam jam aliquoverſum tragulam decidero. Caſ. 2. 4.18.
Virgis calefactabere. Caſ.2.6.v.48.
Præcide os tu illi hodie Caſ.2.6.52.
Compreſsâ ne an porrectâ palmâ ferio? Caſ.2.6.53.
Tempori poſtquam oppugnatum eſt os. Caſ 2.6.v.60.
Pugnis cædi. Caſ.2. 6.55.
Quid tibi tactio hunc fuit? Caſ.2.6.v.54.
Batuere os. Caſ.2.8.v.82.
Diſpercutere alicui cerebrum. Caſ.3.5.v.19.
Vt ego interij baſilicè! Epid. 1.1.v.54.
Detegetur corium de tergo meo. Epid.1 1.85.
Quem quidem ego hominem irrigatum plagis, piſtori dabo. Epid. 1.2.18.
Scapulis meis ſymbolæ ſunt paratæ. Man wird Kůrweyh auff meim Rück̄en halten. Epid.1.2.v.2.
Ne ulmos paraſitos faciat, quæ attondeant uſque. Epid. 2. 3. 6.
Ex tuis verbis meum futurum corium pulchrum prædicas. Epid.5. 1.verſ.19.
Si ero reprehenſus, macto ego illum infortunio: ſi illi ſunt virgæ ruri, at mihi tergum domi eſt. Bacch. 2. 3. verſ. 130. 131.

Valens affligtet me vacuum virium. Bacch. 1.2.v.46.

Credo herculè adveniens nomen mutabit mihi, facietque extemplò crucisalum me ex Chryſalo. Bacch. 2.3. verſ. 126.& 127.

Si unum peccaviſſes ſyllabam, fieret corium tam maculoſum, quàm eſt nutricis pallium. Bacch 3.3.v.50.

Mira ſunt, ni Piſtoclerus Lydum pugnis contudit, Bacch. 3. 3. 46.

Ne tibi herculè haud longè eſt os ab infortunio: ita dentifragibula hæc meis manibus geſtiunt. Bacch.4.2.v.13.

Vbi me aſpiciet, ad carnificem rapiet continuò ſenex. Bacch. 4. 2. verſ.19.

Tua jam virgis latera lacerentur probè. Bacch. 4. 4. verſu 37.

Impinge pugnum, ſi obmutiverit. Bacch.4.7. v.2.

Chryſalus me hodie laceravit Bacch.5.1.v.8.

Ego pol te ruri, ſi vivam, ulciſcar probè. Moſt.1.1.v.4.

Involare alicui in oculos. Moſt. 1.3.46.

Ni ego illam peſſimis exemplis enicaſſo. Moſt.1.3.v.51.

In Anginam nunc ego me velim verti, & veneficæ illi fauces prehendam, atq; enicem ſceleſtam ſtimulatricem. Moſt. 1. 3. verſu 61.

Dabo hodie aliquid peculij tibi. Moſt.1.3. 95.

Imminuere alicui caput. Moſt. 1.13.108.

Qui trium numorum cauſá ſubeunt ſub falas, ubi aliqui quindenis haſtis corpus transfigi ſolent. Moſt. 2. 1. verſu 10.

Iube hominem argento os verberari. Moſt.3.1.86.

Si reprehenſi ſunt, faciunt à malo peculium. Moſt.4.1.6.

Lubet cavere, priuſquam meum tergum exſynceratum fiat, aut id ſubijciam culcitram vibicibus, mihi corium oportet eſſe ſincerum, uſque ut vitem verberari: Malum cùm impluit cæteris, non impluat mihi. Nam nunc domi noſtræ tot peſſumi vivunt peculij ſui prodigi plagigeruli. Mane caſtigabit eos bubulis exuvijs. Moſt.3 1.v.11.12.13.14.16.20.& 26.

Carnificinam facere hunc poſſum perpeti. Capt. 1. 2. verſu 23.

Illi bucædæ erunt multò potius, quàm ego ſim reſtio. Moſt. 4. 2. verſ.1.

Iubebo

Iubebo ignem & ſarmenta, carnifex, circumdari. Moſt. 5. 1. verſu 65.

Verberibus cædere lutum pendens. Ego iſtum pro ſuis factis peſſimis peſſum premam, ut ſit quietus, verberibus ſubegero. Moſt. 5. 2. v. 45 49 & 52.

Heu mihi cùm nihil eſt, illi qui homini diminuam caput. Menæch. 2. 2. 30.

Væ capiti tuo! Men. 5. 7. 95.

Pugnis me vetas in hujus ore quicquam parcere. Menæch. 5. 2. 91.

Ego hujus membra, atq; oſſa, atque artua comminuam illo ſcipione, quem habet. Men. 5. 2. 104.

Dabitur malum: me quidem ſi attigeris, aut ſi propius ad me acceſſeris. Men. 5. 2. v. 116.

Etiam me junctis quadrigis minitatus proſternere. Menæch. 5. 5. 36.

Hiſce ego jam ſementem in ore faciam, pugnosq; obſeram. Men. 5. 7. 32.

Pecte pugnis. Men. 5. 7. 28.

Mihi herculè defregeritis talos, ego veſtra faciam latera lutea. Mil. 2. 2. v. 12.

Illa vult propter amorem ſuum omnes crucibus contubernales dari. Mil. 2. 2. v. 28.

Niſi quidem hic agitari mavis varius virgis. Mil. 2. 4. verſu 19.

Non poſcunt mihi minaciis tuis oculi effodiri. Mil. 2. 4. 21.

Dorſus totus prurit. Mil. 2. 4. v. 44.

At jam crepabunt manus malæ tibi, niſi me omittis. Mil. 2. 5. 35.

Excruciare aliquem loris. Mil. 3. 2. v. 31.

Quæſo tamen, tu meam partem infortunij, ſi dividetur, me abſente, accipito. Neme meine ſtöß derweil ein vor mich / du ſolſt ſie von mir wieder kriegen. Mil. 3. 2. v. 52.

Saginâ ego eijciar cellariâ. Mil. 3. 2. v. 31.

Quin loris cædite etiam. Merc. 5. 4. 41.

Ita ego veſtra latera loris faciam, ut validè varia ſient. Pſeud. 1. 2. verſ. 12.

Sine modo. Moſt. 1. 1. verſ. 10. 11. & 1. 4. verſ. 32. Pſeud. 12. verſu 86.

Cras Phœnicium Phœnicio corio inviſes pergulam. Pſeud. 1. 3. 14. 7.

Virgis cadito. Pſeud. 1. 5. v. 98.

Iam ego pol hunc ſtratioticum nuncium advenientem percutiam probè. Pſeud. 2. 2. v. 9.

Cruciabiliter me carnifex accipit. Pſeud. 4. 1. v. 40.

Vbi cum ſtimulis flagris inſidiantur. Pſeud. 4. 8. v. 3.

Ne & hic varientur virgis, & loris domi. Pœn. Prolog. verſu 26.

Heri in tergo meo tres facile corios contrivisti bubulos. Pœn. 1. 1. v. 10. & 11.

Sed videſis, ne tu oratorem hunc pugnis pectas poſtea. Pœn. 1. 2. verſu 145.

Auſculta, non Hercule: imò jam elidam caput. Pœn. 2. 1. verſ. 46.

Iam nunc illi egredienti ſanguinem exugam procul. Pœn. 3. 2. 37.

Is me autem porrò verberat, incurſat pugnis calcibus. Pœn. 4. 13.

Continuò is me ex Synceraſtum fecerit. Pœn. 4. 2. 64.

Remora ſi ſit, qui malam rem mihi det, meritò fecerit. Pœn. 4. 2. 106.

Vt quadruplator quoipiam intexet manum, tantidem ille illi rurſus inijciat manum. Perſ. 1. 2. 18. 19.

Quid faciet mihi? Perſ. 2. 3. 16.

Verberibus cadi juſſerit, compedes imponi. Perſ. 2. 3. 17.

Neq; ego homines aſinos unquam vidi: ita plagis coſta callent. Pſeud. 12. v. 4.

Cadére hodie reſtibus. Perſ. 2. 4. 11.

Non herculè, ſi os perciderim tibi, metuam. Perſ. 2. 4. 12.

Tu me defigas: te cruci ipſum propediem affigent alij. Perſ. 2. 4. verſ. 23.

DI Deaq; omnes me perdant, niſi te hodie, ſi prehendero, defigam in terram colaphis. Perſ. 2. 4. v. 21. & 22.

Vmbra mea intus vapulat. Perſ. 2. 4.

Tranſcidi loris omnis adveniens domi. Perſ. 4. 8. v. 1.

Ne ſis

Ne ſis me uno die attigeris, ne te ad terram affigam. ſcelus. Perſ. 5. 2. 15.

At tibi ego hoc còntinuò cyatho oculum excutiam tuum. Ibidem. verſ. 16.

Cave ſis me attingas, ne tibi hoc ſcipione malum magnum dem. Perſ. 5. 2. v. 35.

Audio tumultum, opinor: leno pugnis pectitur. Rudent. 3. 2. 47.

Iube oculos elidere. Rud. 3. 2. v. 45.

Niſi quid re præſidium apparas. Rud. 2. 3. v. 21.

Pugnum in os impinge. Rud. 3. 4. v. 5.

Si non ei caput exoculaſſitis. Rud. 3. 4. v. 26.

Pendentem incurſabo pugnis. Rud. 3. 4. v. 27.

Quid cauſa eſt, quin virgis te uſq; ad ſatietatem ſauciem. Rud. 3. 4. verſ. 52.

Quos ſi attigeris, oculos tibi eripiam. Rud. 3. 4. 53.

Si attigeris oſtiũ, jam herculè tibi meſſis in ore fiet mergis pugneis. Rud. 3. 4 57.

Verbum etiam adde unum, jam in cerebro colaphos abſtrudam tuo. Rud. 4. 3 68.

Affligam te ad terram itidem ut piſcẽm ſoleo Polypum. Rud. 4. 3. verſ. 71.

Homini ego iſti talos ſuffringi volo. Rud. 4. 4. v. 15.

Ni iſtum cepi, non cauſa eſt, quin me condones cruci. Rudent. 4. 4. verſ. 26.

Ego tibi comminuam caput. Rud. 4. 4. v. 74.

Vos monumentis commonefaciam bubulis. Stich. 1. 2. v. 6.

Excludito mihi herclè oculum, ſi dedero. Pſeud. 1. 5. verſu 59.

Si verbo lumbos defractos velim. Stich. 1. 7. v. 37.

Oculum ego effodiam tibi, ſi verbum addideris. Trin. 2. 4. 1. 62. & 63.

Caveſis tibi ne bubuli in te cottabi crebri crepent. Trin. 2. 4. 1.

Quid quaſſas caput? Trin. 5. 2. 46.

Me illis hæc verberat verbis. Truc. 1. 2. v. 17.

Ego te hic offatim conficiam. Ich wil dich in einer Morgenſuppen eſſen. Truc. 2. 7. v. 51.

Offatim jam concipilabo. Truc 2. 7. 60.

Melius minis certare, quàm minaciis. Truc. 5. 1. verſu 65.

Verberibus caſum te in piſtrinum dedam, uſq; ad necem. And. 1. 2. verſ. 28.

Præcipitem me in piſtrinum dabit And. 1. 3. v. 9.

Hanc jam oportet in cruciatum abripi. And. 4. 4. v. 47.

Sublimem hunc intrò rape, quantum potes. Andr. 5. 2. verſu 21.

Ego jam te commotum reddam. Quadrupedem conſtringito. Andr. 5. 2. v. 25.

Ego pol hodie, ſi vivo, tibi oſtendam, herum quid ſit pericli fallere. And. 5. 2. 27.

Perculeris jam tu me. Eun. 7. 3. 92.

Os ut ſibi diſtorſit carnifex! Eun. 4. 4. v. 3.

Faciam, hujus loci, meiq; ſemper memineris. Eunuch. 4. 7. verſu 31.

Diminuam ego hodie caput tuum. Eun. 4. 7. 32.

Vix me contineo, quin involem capillum. Eun. 5. 2. v. 10.

Tibi commitigari ſandalio videam caput. Eunuch. 5. verſu 4.

Non poſſum pati, quin tibi caput demulceam. Heaut. 4. 5. verſ. 14.

Si vivo, adeò exornatum dabo, adeo depexum, ut dum vivat, meminerit ſemper mei. Heaut. 5. 1. v. 77.

Ipſum Dominum, atq; omnem familiam multavit uſq; ad mortem. Adel. 1. 7. v. 11.

Quid reſpectas? nihil pericli eſt, nemo te, dum ego adero, hic tanget. Adel. 2. 1. v. 3.

Quin pugnus continuò in malâ hæreat. Adelphis 2. 1. verſu 17.

Vſq; ad necem opperière loris. Adelph. 2. 1. v. 28.

Homini miſero plus quingentos colaphos infregit mihi. Adelph. 2. 1. verſ. 46.

Vt ego unguibus facilè illi in oculos involem venefico. Eunuch. 4. 3. verſ. 6.

Oculi illicò effodientur. Eun. 4. 6. v. 2.

Omnes dentes mihi labefecit, præterea colaphis tuber totum eſt. Adel. 2. 2. v. 37.

Vah.

Vah, quibus modis lacerarem illum, ſublimem medium arriperem & capite primo in terram ſtatuerem, ut cerebro diſpergat viam, adoleſcenti ipſi eriperem oculos, poſt hac præcipitem darem. Adel. 3.2.v.18.

Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam uſq; occidit. Adel. 4 2.v.19.

Quia miſeram mulierem, & me ſervolum, qui referire non audebã, vicit perfortiter. Adel.4.2 v.27.

Diminuetur quidem tibi jam cerebrum. Adelphis 4. 2. verſu 34.

Non manum abſtines, maſtigia, an tibi mavis cerebrum diſpergam hic? Adel.5.2.v.7.

Voviſſe, ut ambulando me rumperet, dicam. Hecyr. 3. 4. verſu 21.

Scapulas perdidi. Phorm.1.2.26.

Ego plectar pendens. Phorm 14.v.43.

Pugnos in ventrem ingere, vel oculum exſculpe, eſt, ubi vos ulciſcar locus. Phorm.5.8.v.95.& 96.

Non parenti manus intuliſti? Ad Her.l 4.p.89.

Patrem nefariè verberaſti, parenti manus ſceleratè intuliſti. Ad Her.l.4.p.105.

Pulſaſſent aliquem. ad Herenn.l.4. p.83.

Patiemini nunc eam ab homunculis deterrimis proteri, atq; conculcari. Ad Her.l.4.p.129.

Vt cùm Cato percuſſus eſſet ab eo, qui arcam ferebat. de Orat. lib. 2.p.426.

In eos impetum faciet, ſuffringet eis crura. pro Sex. Roſc. pagina 54.

Pugnis & calcibus concidi. in Verrem p.328.

Multari clavis ac fuſtibus. in Verr p.470.

Repente hominem proripi, atq; in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri jubes? in Verr.p.555.

Manus inter ſe conſerere. Orat.ante exil. p. 365.

Multi juſſu Cæſaris vexati, verberati, necati ſunt. pro Dejot. p. 319.

Luculentam ipſe plagam accepit. Phil.7.442.

Eum juſſu Antonij in convivio Servij Publij loris ceciderunt. Phil.8.454.

Vt manum conſerat. Ep. Att,l.7.p.226.

Graviorem plagam accipiebat, ut leviorem repelleret. De nat. Deorum.l.1.p.29.

Veritatis.

Warheit.

Ngreſſus eſt viam. **Er iſt auff dem rechten Weg.** Amph. 1.1. 273.

Aut mentior, resq; uti facta, dico. Amph.2.1.v 23.

Philocratem qui ſuperes veriverbio. Capt.3.4.36.

Hoc videtur haud veriſimile vobis, ut ego id faciam eſſe ita. Moſt. 1.2.10.

Decora memoras. Pſeud.4.7.55.

Rem loquitur meram. Perſ.1.3.13.

Poſſum ego ex te exſculpere verum? Eunuch. 4. 4. verſu 45.

Novi, quæ dicis, omnia eſſe, ut dicis. Hecyr. 2. 2. verſu 22.

Multis incommodis veritas debilitatur, tandem æquitate virorum recreatur. pro Quint. p.2.

Veritas valebit, aut ex hoc loco repulsâ vi, & gratiâ, locum ubi conſiſtat, reperire non poteris. pro Quint.p.2.

Veritatem retinere, gravitatem obtinere. pro Quint. pagina 27.

Age nunc refer animum ſis ad veritatem. pro Sext. Roſcio pagina 52.

Veritatem perſtringere. in Verr. 137.

Si quid ex illo loco dicetur, ex oraculo aliquo dici arbitrabitur. pro Font.p.575.

Humanis hoſtiis Deorum aras, ac templa funeſtant, ut ne religionem colerent. pro Font.p 577.

Veritatem extorquere. pro A.Clu.p.80.

Sæpè multorum improbitate depreſſa veritas, emergit, & innocentia defenſio intercluſa reſpirat. pro A.Clu. p.83.

Veritate aliquid aperire. pro Syl.p.312.

Veritatem patefactam contaminare aliquo mendacio. pro L. Syl. p.325.

In

In quâ quæſtione dolor veram vocem elicere poteſt, etiam invito. pro Deiot.p.307.
Quod aut verum ſit, aut ad id quàm proximè accedat. Acad.lib. 2.p.7.
Mihi videtur eſſe cauſa veriſſima. Acad.l.2.p.8.
Meo indicio eſt maxima in ſenſibus veritas. Acad. lib. 2.p.13.
Nihil eſt veritatis luce dulcius Acad.l.2.p.19.
In profundo veritatem penitus abſtruſit. Acad.l.2.p.29.
Indicio veritatis coacti, volunt diſtinguere perſpicua à præceptis. Acad.l.2 p.21.
Quod longiſſimè abſit à vero. Acad.l.2.p.22.
Ne tum his eſſe debet inſigne veri. ibid.
Quod tandem verum videbantur ſibi attingere. ibid.
Facilè abſentibus nobis veritas ſe ipſa defendit. ibid.
Deſciſcunt à veritate. Acad.lib.2.p.26.
Quæ proximè ad verum accedunt. Acad.l.2.p.27.
Conturbare veri cognitionem. Acad.l.2.p.26.
Si ne ſenſus quidem vera nunciant. Acad.l.2.p.41.
In profundo veritatem eſſe demerſam. Acad.Qu.l.1.p.94.
Nihil veritati linqui. ibid.
Veritatis teſtimonium petere. de Nat.Deor.l.1.p.34.
Nec ullus eſt modus inveſtigandi veri, niſi inveneris. de Finib. l.1.p.97.
Veritas à te poſtulatur. de Leg.l.1.p.294.
Qui in iſto opuſculo non ut à Poetâ, ſed ut à teſte veritatem exigant. ibid.
Quippe cùm in illa ad veritatem, Quinte, referant. de Legib. lib. p.294.

Veſtiendi. Veſtitûs. Habitûs. Ornatûs.
Vide Cultûs.

Kleidung.

Illico veſtitum immuto meum. Amph.3.1.v.6.
Magnificè patriceq; amicivi. Capt.3.6.v.4.
Conijciam in collum pallium. Capt.4.1.v.28.
Variâ veſte ornatus fuit. Eun.4.4.v.16.

Tunicam à pectore abſcidit. in Verr. p. 48.
Laneum alicui pallium inijcere. de Nat. Deor. l. 3. p. 150.

Veſtigij. Imitationis.

Nachfolgen/Fußtapffen.

E*X eo, quod quibus veſtigijs primùm inſtitui, in ijs ferè ſoleo perorare.* de Orat. l. 5. p. 401.
Veſtigium imprimere. pro Cæc. p. 416.
Extant ſceleris, expreſſa veſtigia, quo tempore maleficium ſit admiſſum. pro Sex. p. 57.
Veſtigia perſequi. Acad l. 2. p. 4.
Adverſis veſtigijs ſtant noſtra veſtigia. Acad. l. 2. p. 36.
In aliquam hiſtoriam veſtigium ponere. de Fin. l. 4. 250.
Poteſt autem illa vis terræ, quâ mentem Pythia divino afflatu concitabat vetuſtatem evanuiſſe. de Divinat. lib. 1. p. 172.

Vetuſtatis. Antiquitatis.

Alter.

V*ETVSTATE aliquid delere.* de Natur. Deor. lib. 1. pag. 14.

Viatici. Præſidij. *Vide* Peregrinandi. Itineris.

Zehrpfenning.

V*Iaticati hercule admodùm æſtivè ſumus.* Wir ſint liederlich gerüſt vf die reiß. Men. 2. 1. v. 3.
Cætera ſunt eiuſmodi: ex hoc iudica, quòd legato tuo viaticum eripuerunt. Ep. ad Fam. l. 12. p. 353.

Viciniæ

Viciniæ.

Nachtbar.

ILLe ſenex de proximo. Aul. Prol. v.131.
Noviſti hunc ſenem ex proximo. Aul.2.1.v.49.
Tiberim omnes fundi tangunt. pro Sex.Roſc.p.43.

Vincendi. Victoriæ. Superandi. Palmæ. Triumphi. Victoriæ.

Sieg/Triumph/Oberhandt behalten/Gewinnen/Uberwinden.

VT voluimus, noſtra ſuperat manus. Amph.1.1.v.79.
Victis hoſtibus, quos nemo ſuperari, ratus eſt, ex auſpicio meo atq; ductu, primo cœtu vicimus. Amph.2.2.v.25.
Palmam ambire alicui. Amph.Prol.v.69.
Bello extincto maximo, atq; internecatis hoſtibus, qui multa Thebano populo acerba abiecit funera. Amph.1.1.v.34. & 35.
Is nunc in aliam partem palmam poſſidet. Moſt.1.1. v.31.
Suarum in pugnâ virium victoriâ me emit. Pſeud. 4.7.v.74.
Nunc omnes voco Cynedos contra: ſatis eſſe nobis, non magis potis eſt, quàm fungus imbri. Stich.5 5.v.31. & 32.
Dimidiam partem nationum usq; omnium ſolus intra dies ſubegit. Curc.3 1.v.77.
Nam exſuperat eius ſtultitia omnia. Heaut.5.1.2.5.
Ego peto mihi palmarium. Eun.5.4.v.8.
Triumpho, ſi licet me latere tecto abſcedere. Heaut.4.2.v. 5.
Huic equidem conſilio palmam do. Heaut.4.3.31.
In medio omnibus palma eſt poſita. Phorm. Prol.v.v.17.& 31.
Illud admiror, te nobis in eo genere tribuiſſe tantum, & non huius rei quoq; palmam. de Orat.l.2 p.411.
Docto oratori palma danda eſt. de Orat.l.2.p.494.
Huic primas dediſſe Demoſthenes dicitur. de Orat.l.3.p.615.

Cùm palmam iam primus acceperit. Brut.565.
Eos ferro ſtatim vincit. ad Her.l.4.p.94.
Cùm Thebani Lacedæmonios bella ſuperauiſſent. de Finib.lib. 4. p.225.
Ligurum caſtella expugnarent. Brut. 595.
Partem terrarum ſubegit. pro Sex.Roſc.p.72.
Magnas copias hoſtium fudit, urbes partim vi, partim obſidione cepit. in L.Mur.p.227.
Non maximâ manu innumerabiles copias fundere. pro Arch. p. 353.
Qui deprehenſis atq; vi oppreſſis domeſticis hoſtibus ex maximis periculis extraxerunt. Sest.7.
Omnes urbem nondum exciſam, & everſam, ſed iam captam atq; oppreſſam vidimus. Sest.18.
Vi armiſq; ſuperaſſem. Sest. 20.
Antiochus ille magnus magnâ belli contentione terrâ mariq; ſuperatus eſt. Sest.20.
Victoria eſt conſtituta, ab armiſq; receſſimus. pro Sext. Roſc. pag. 42.
Palmas ſuas cognoſcere. Sext Roſc. p.65.
Apud eos monumenta victoriæ plurima collocat. in Verr. pag. 224.
Ab imperatoribus ſubacti, modò bello domiti, triumphis ac monumentis notati. pro Font. p. 560.
Qui tot habet triumphos, tot victorias bellicas. Corn. pag. 128.
Hac urbs iamdiu nullis victoriis & triumphis eſt parata. Provin. p.157.
Ipſam victoriam viciſſe videres, cùm ea, quæ illa adepta erat, victis remiſiſti. Marc.285.
Omnes omnium gentium partes tribus triumphis devicit. Piſ. p. 190.
His oppilatis tuum imperium compreſſit. Phil.2.346.
Influentes in Italiam Gallorum maximas copias repreſſit. Provinc. 169.
Caſtris locum capere, urbes expugnare, aciem hoſtium profligare. Rab. 279.
Domuiſti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, & viciſti ea, quæ naturam & conditionem ut vinci poſſent, non habebant. Marc.284.

Omnes

Omnes vincendi ſtudio tenebamur L. gar.302.

Parthorum nobiliſſimos duces maximaſq; copias fudit. Philip. 11. 402.

Sunt vi potius ſuperiores, quàm iuſtitiâ pares. 1. Off. p.27.

Cùm is eſſet, qui omnes ſuperiores ſcientiâ facilè viciſſet. Off. lib. 2. p. 91.

Brevi tempore, aut vivum, aut mortuum Iugurtham ſe in poteſtatem Pop. Rom. redacturum. Off l.3 p 130.

Quibus illius acerbum cor contundam, & comprimam. de Nat. Deor. l.7. p.143.

Plagam potius accipiam, quàm fato omnia fieri comprobem. de Fato p.281.

Plagas perferre. Qu. Tuſc l.2 p.363.

Plagas accipere malunt, quàm turpiter vitare. ibid.

Excipere aliquem graviſſimis plagis: illas ſilentio ferre. Qu. Tuſc. l.2. p.366.

Quid ego nunc dicam petere eum tecum conſulatum, quia hominem chariſſimum pop. Rom. M. Marium inſpectante pop. Rom. virgis per totam civitatem ceciderit. de Pet. Conſ. p 389.

Verberibus aliquem caſtigare. Qu. Tuſc l.3. p.404.

Si plagâ percuſſi, afflictos ſe & ſtratos eſſe fateantur. Qu. Tuſc. l. 3. p. 407.

Ac ſi magiſtratui manus inſerant. Paradox. 3. p.219.

Pharſalica pugna ne triumphum quidem egit. Phil. 14. 540.

Illud plane moleſtè tuli, quòd certiſſimum triumphum invidorum conſilio eſſe ereptum videbam. Ep. ad Fam. l.1. p.29.

Lugere victoriam. Ep. ad Fam. l.4. p.100.

Imponere victoribus coronam. Ep. ad Fam. l.3. p.184.

Togati potius potentiam, quàm victoriam ſperarent. Ep. ad Fam. 6. p.151.

Interpoſitus animus alios induxit, ut victoriam ſperarent. Ep. ad Fam. l.15. p.482.

Vt victoria excideret è manibus. Ep. Brut. p.546.

Victoriam populi Vacieno potiùs homini ruſtico, quàm M. Catoni, qui tum erat princeps, nunciaviſſe. de Nat. l.3. p.121.

Senatus cùm triumphum decerneret Africano. de Finib. lib. 4. p.221.

Neq; Craſſum ut nomen potius, quàm Iſthmo victoriam petat. de Fat. p. 276.

Partâ victoriâ conſervandi ſunt ij, qui non crudeles in bello nec

immanes

immanes fuerunt. 1. Offic. pag. 16.

Sine quâ nunquam imperatores ex tranſalpinis bellis triumpharunt. Off. l. 2. p. 75.

Videndi. Oculorum. Cernendi. Inſpiciendi. Circumſpiciendi. Contemplandi.

Sehen/Anſehen/Schawen/Anſchauwen/Mit Augen ſehen/Vmbſich ſehen/Augen außſtecken/Auſſehen/Ein Augengeplerr/Vor augen ſtellen.

I*Nimicos ſemper oſa ſum obtuerier.* Amph. 3. 2. v. 19.

Ad eorum, ne quem illa oculos adÿciat ſuos. Aſinar. 4. 1. v. 24.

In oculos invadi eſt optimum. Aſin. 5. 2. v. 59.

Circumſpectatrix cum oculis emiſſitÿs. Aul. 1. 1. v. 2. *Circumſpectare cum oculis emiſſitÿs* de iis dicitur, qui omnia curiosè obſervant. Alles außgaffen. *Circumſpectu emiſſitÿ ocelli, immò luminis puncta vertiginant.* Apul. lib. 2. Aſin. *Cuncta curioſis oculis arbitrabar.* Petronius: *Quartilla per rimam applicuerat oculum curioſum.*

Quæ in occipitio quoq; habet oculos peſſima. Aulular. 1. 1. verſu 25.

Oculos effodere. Aul. 2. 2. v. 12.

Viden' quàm inimico vultu intuetur! Capt. 3. 4. v. 5.

Lucis das tuenda copiam. Capt. 5. 4. v. 11.

Viden' limulis obſecro ut intuentur! Bacch. 5. 2. v. 12. & Mil. 4. 6. v. 2. *Limis oculis videre* eſt *obliquis, & tranſverſis videre:* quod eſt Amatorum laſcivorum. Eun. 3. 5. *Limulis adſpicere.* Vide Phil. Plaut. *Amatorum.*

Vt ubi uſus veniat contra conſerta manus oculorum perſtringat aciem in acie hoſtibus. Mil. 1. 2. v. 4.

Nunc facetis doctis dolis glaucomam ob oculos obÿciemus, eumq; ita faciemus, ut quod viderit, non viderit: jetz wollen wir jhm ein geplerr für die augen machen. Mil. 2. 1. verſ. 69. 70. & 71.

Nunc

Nunc demùm experior priùs ob oculos mihi caliginem obſtitiſſe. Mil. 2.4.v.51.

Sterilis hinc proſpectus uſq; ad ultimam plateam eſt probè. Mil. 3. 1. v. 14.

Aſpicito limis oculis, ne ille ſenex videre ſentiat. Mil.4.6.v.2.

Naſo pol iam hæc quidem videt plus, quàm oculis. Mil. 4. 6. verſu 44.

Belluam iſtam pellicem non patiuntur oculi mei. Merc. ſc. Syra non.v.4.

Oculorum perſtringit aciem. Merc ſc. Syra non.v.8.

Hunc oculis ſuis nunquam quiſquam vidit. Eun. 4.4.v.10.

Hiſce oculis egomet vidi. Aul.3.2. v.30.

Certè oculis uteris Epid.1 1.v.4.

Emittit oculos, circumfert ſe, obſtipat verticem. Merc.4.6.v.2.

Cave iam nunc oculos à meis oculis quoquam dimoveas tuos. Adelph.2.1.v.16.

Ad te oculos, animumq; retuli. pro Qu.p.16.

Templum in oculis quotidiano aſpectu populi eſt poſitum. in Verr p.711.

Oculos de aliquo nunquam deijcere. in Verr.p.427.

Omnium oculos in me coniectos arbitror. in Verr.p.501.

Vno aſpectu eos intueri poteſtis. Seſt.p.311.

Quorum in vultu habitant oculi mei. Phil.12.p.456.

Aſpectu aliquid ſentire. 1.Off.p.8.

In hanc oculi omnium conijciuntur. 2.Off p.81.

In nobis animadvertere ſoleo, & in me ipſo ſæpiſſimè experior. de Orat.l.1.p.300.

Hæc ſub oculos non cadunt. Orat. ad Brut.p.615.

Oculos in aliquem conijcere. pro A.Cl.p.25.

Curioſis oculis perſpici non poteſt. Seſt.p.12.

Non mihi mors, non exilium, ob oculos verſatur. Seſt.p.24.

Omnia ante oculos veſtros proponite. Corn.p. 155.

Nec abijciebam oculos à Rep. illo die. Phil.p 323.

Oculi picturâ tenentur, & aures cantibus. Acad. libr. 2. pag. 14.

Acrius videre, quàm ulli piſces. Acad.l.2.p 42.

Nec ſeſe dedit in conſpectum cordecupitus. de Divin. libr. 1. pag. 178.

Age, inferte oculos in curiam: introſpicite penitùs in omnes partes. pro Font.p.383.

Quicquid

Quicquid erat, quod in cernendi ſenſum caderet, id ſibi aſſumſit. de Vniv.p.371.

Homines hoc mundo, & pecudes[,] & omnia quæ ſub aſpectum cadunt, comprehenduntur. de Vniv.p.362.

Si neq; ſidera, neq; Sol, neq; cœlum ſub aſpectum oculorum cadere potuiſſent. de Vniv.p.366.

Sed ea cùm contemplari cuperem de Orat.l.1.p.311.

Omnes oculos in Antonium coniecerunt. de Orat. libr. 2. pag. 352.

Totâ mente Craſſum, atq; omni animo intueretur. de Orat. lib. 2. p. 370.

Oculis ſe privaſſe dicitur de Fin.l.5 p.289.

Maximè perſpicit, quid in re quaq; veriſſimum ſit, & acutiſſimè poteſt & videre, & complicare rationem. 1. Off.p.9.

Vigilandi. Vigiliæ. *Vide etiam* Dormiendi.

Wachen.

C*Ontinuas has tres noctes vigilavi.* Amph.1.1.v.158.

Rex Creo vigiles nocturnos ſemper locat. Amph. 1. 1. verſ. 194.

Pervigilat noctes totas. Aul.1.1.v.35.

Agitare vigilias. Truc.4.2.v.47.

Nullam partem noctis quieſcere pro Sex.Roſc.p. 71.

Noctu vigilias agere. in Verr.p.45.

Cupio iam meam, Brute, vigiliam tibi tradere. Ep.ad Fam. lib. 11.p.341.

Suſcipere vigilias. de Fin.l.5.p.274.

Qui in hoſtium poteſtate vigilijs necatus eſt. de Fin. lib. 5. pag. 287.

Villæ, Prædij. Peculij. Pecudum. *Vide* Agrorum, Agriculturæ. Rei ruſticæ.

Bauwers werck/ Ackerfeld.

Erat

Erat ei pecunia, res ampla, & ruſtica ſanè benè culta & fructuoſa. pro Qu. p. 4.

Virtutis, *Vide etiam* Laudis. Honoris. Gloriæ.

Tugent/Tugenthafft ſein.

Tu virtutem præfer divitiis. ad Her. l. 4. p. 90.

Alexander Macedo ſummo cum labore animum ad virtutem à pueritiâ confirmavit. ad Her. l. 4. p. 98.

Per orbem terra cum laude, & gloriâ vulgata ſunt. ad Herenn. l. 4. p. 98.

Oceanum Macedonum gloria transvolavit. ad Herenn. lib. 4. p. 98.

Homo indoctus quamvis ſit, ingenioſus ad virtutem non poteſt pervenire. ad Her. l. 4. p. 123.

Virtute & ſapientiâ maiores noſtri fuerunt. de Invent. libr. 1. pag. 176.

Hic cùm floreret omni genere virtutis. Brut. p. 628.

Habes virtutes, habes eloquentiam. in Verr. p. 376.

Multis virtutibus, ac beneficijs princeps fuit. in Verrem pag. 541.

Se virtute, non genere pop. Romano commendari putat, cùm ipſe ſui generis initium, ac nominis ab ſe gigni, & propagari vellet, maximis laboribus, usq; ad ſummam ſenectutem in gloriâ vixit, honores ampliſſimos adeptus eſt. in Verr. pag. 565.

Tantáne unius hominis incredibilis, ac divina virtus tam brevi tempore lucem adferre Reip. potuit? pro Lege Man. p. 641.

Non ſolùm bellandi virtus in ſummo imperatore quærenda, ſed multæ ſunt artes eximiæ huius adminiſtræ comitesq; virtutis. pro Leg. Man. p. 642.

In eâ quaſi exempli causâ veſtigia antiqui officij remanent. pro S. Roſc. p. 46.

Memoriam quaſi intermortuam generis ſui virtute renovare. pro L. Mur. p. 225.

Nullum vobis ſors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoſciq́; poſſet. in L.Mur.p.226.

Virtutes literis prodita ſunt. pro Arch.poet.p.151.

Praditus virtute patriâ. Seſt p 25.

Horum virtutem amplecterer. Phil.10.p.473.

Nihil eſt virtute amabilius, quàm qui adeptus erit, ubicunq; erit gentium, à nobis diligetur. de Natur. Deorum lib. 2. pag. 48.

Spoliavit enim virtutem ſuo decore, imbecillam reddidit, quòd negavit in eâ ſolâ poſitum eſſe beatè vivere. Acad. libr. 1. pag.20.

In viris fortibus virtus virtute ſuperatur. Philip. lib. 14 pag. 538.

Zeno igitur nullo modo is erat, qui, ut Theophraſtus, nervos virtutis inciderit. Acad.Qu.l.1.p.90.

Cùm illi ea genera virtutum, ſeiungi poſſe arbitrarentur, hic nec id ullo modo fieri poſſe diſſerebat, nec virtutis uſum modò, ut ſuperiores, ſed ipſum habitum per ſe eſſe praclarum, nec tamen virtutem cuiquam adeſſe, quin eâ uteretur. Acad. Qu. lib. 1. pag.91.

Virtute quâdam eſſe praditum. de Natur. Deorum lib.3.pag. 131.

Virtutis uſum cum vita perfectâ proſperitate coniungere. de Fin.l. 2.p.135.

Virtutem rerum ſelectione expoliare. de Fin. l. 2.p.145.

Virtutem ipſam, quam amplexabantur, ſuſtulerunt. de Fin. l. 2. p. 145.

Honeſtum ipſum quaſi virtutis lumen extinxeris. de Fin. lib. 3. p. 183.

Qui proceſſerit aliquantulùm ad virtutis aditum. de Fin. lib. 3. p. 199.

Omnium virtutum & originem, & progreſſionem perſecuti ſunt. de Fin.l.4.p.230.

Ex appetitione rerum virtutis pulchritudinem aſpicere. de Fin.l.4. p.228.

Ea virtutibus ijs, quibus à naturâ eſſemus ornati, obteri poſſe. de Fin.l.4.p.238.

Multum in virtute procedere. de Fin l.4.p.241.

Nihil ergò adiuvat procedere, & progredi in virtute, quo minus miſerrimus

miſerrimus ſit, antequam ad eam pervenerit. de Fin.l.4.pag. 241.
Corporis & animi virtutibus eſſe expletum. de Finib. libr. 5. p.265.
Virtutis quaſi carmen efficitur. de Fin.l.5.p.269.
Virtutis compotem eſſe. de Fin.l.5.p.285.
In virtutibus tanquam in Solis radios decurrere. de Fin. libr. 5. p.291.
Virtutis amplitudinem quaſi in alterâ libra lance ponere. de Fin. l.5.p.291.
Virtutem in perpetuum abijcere. de Fin.l.5 p.292.
At in eâ quidem ſpernendâ, & repudiandâ virtus ut maximè cernitur. de Fin.l.1.p.313.
Virtutem cognoſcere & percipere. de Fin.l.1.p.317.
Qui virtutis perfectæ perfuncto functus eſt munere. Tuſc. Qu. l. 1.p.341.
Ad vitam umbratilem, & delicatam cùm acceſſerunt Poetæ, omnis virtutis nervos elidunt. Tuſcul. Quæſt. libr. 2. pag. 357.
A virtute obruitur. Tuſc. Qu.l.2. p.378.
Virtutis vim continere. Tuſc.Qu.l.4 p.426.
Virtutem traducere. Qu. Tuſc.l.5.p.439.
Omnibus virtutibus inſtructum, & ornatum eſſe. Qu Tuſc.lib. 5.p.461.
Dignitatem virtutis exaggerare, & ad cœlum efferre. Qu. Tuſc. l.5.p. 488.
Quod largitione interpoſitâ virtutis ac dignitatis oblivisci ſolet. de Pet. Conſ.p. 4.
Dummodò plus in virtute teneamus, quàm ille teneat firmitatis, & roboris ibid.
In hoc aliqua ſignificatio virtutis appareat. 1. Off. p. 20.
Quisq; maximò his lenioribus virtutibus erit ornatus. ibid.
Illa virtutis bonum virum videntur potiùs attingere. ibid.
Vt quoq; maximè virtute, & ſapientiâ ſit munitus. de Amic. p. 95.
Qui tot præſidio virtutum munitus. Paradox.2. p.226.

Vis. Violentiæ, Potentiæ. Roboris.

Gewalt anlegen/ Krafft/ Macht/ Stärcke.

VI venit illam à me ereptum. Eun.4. 6. v.14.
Ne vim facias ullam in illam Eun.4.7.v.37.
Ne quam in illam vim fieri ſinat. Eun. 5.5.v.21.
Vim adferre alicui. pro S.Roſc.p. 47.
Vim alicui imponere. in Verr.p.285.
Vim alicui afferre. pro Leg Man.p.643.
Ne quis vim vi repulſam reprehenderet. Seſt.p.20.
Vim omnium remediorum à magiſtratibus ſuperioribus proximis Reſpublica deſideravit. Seſt.p. 8
Vi vim præſertim oblatam ſæpiùs ut frangeret, & refutaret, hortabantur. Seſt.p.45.
Vim volumus extingui. Seſt.46.
Num conſuli vim attulerit. Vat.p.78.
Huius vis in ſuſcipiendis, & ingerendis inimicitijs efferbuiſſe videtur. Cœl.p.125.
Poſtquam nihil exprimere ab egentibus, nihil ullâ vi à miſeris extorquere potuit. Prov.p.158.
Vim huic afferebat. Mil.p.226.
Nulla vis unquam in liberâ civitate ſuſcepta eſt inter cives. Mil. p.227.
Africano domi quieſcenti nocturna vis illata eſt. In te potiſſimùm fractam & debilitatam vim contulit. Epiſt. ad Fam. lib. 1. p. 21.
Satis magnam habet vim. Acad.lib 2.p.26.
Qui quidem ipſi ſe nobis non offerunt: vim autem ſuam longè lateq; diffundunt: de Nat. Deor.l.1.p.189.
Vt eum vis quædam abſtraxiſſe à ſenſu mentis videretur. ibidem.
Nihil à me aſperum in quenquam fit. Epiſt. ad Att. libr. 1. pag. 40.
Per vim turpitudines alijs intuliſſe videntur. Phil. 14. p.535.
Valentiorem nactus adverſarium. Capt.Prol.v.36.

Plus

Plus poteſt, qui plus valet. Truc 4.9.v.38.
Nihil moror diſcipulos eſſe mihi plenos iam ſanguinis. h. e. *robuſtos* Bacch.1.1.v.45.
Quantum valet. Phor.5 8.v.94.
Vim verbi in aliud atq; cæteri accipiunt. de Orat. lib. 1 pag. 419.
A Paulo illum adoptaret, ſi corpore valuiſſet. Brut. p. 541.
Quid tua vox, cùm ſeſe corroboravit, effectura eſſe videatur. Sest. pag. 7.
Experietur conſentientis ſenatus nervos atq; vires. Philipp. 5. p. 419.
Quicquid habet virium, id in eorum libertatem defendendam contulit. Phil. 10 p. 470.
Tantum contendere in Rep. quantum probare tuis civibus poſſes: vim neq; patriæ, neq; parenti afferre oportere. Ep. ad Fam. l. 1. p. 29.
Cùm autem paulùm firmitatis acceſſerit. de Fin. libr. 5. pag. 268.
Fannij ætati coniunctus Antipater paulò inflavit vehementiùs, habuitq; vires agreſtes ille quidem, atq; horridas. de legib. l. 1. p 295.
Quanquam ex his alius alio plus habet virium, tamen quiddam exile, quam iſti omnes. ibid.
Nec vim ullam nanciſcatur, quamprimum impulſa moveatur. Tusc. Qu. p 3 6.
Nam ex eâ ipsâ copiâ coniectura fieri poterit, quantum ſit in ipſo campo virium ac facultatis habiturus. de petit. Conſ. pag. 397.
Si quidem in illo tantum fuit roboris. Off. l. 1. p. 495.
Quantum volet habebit ad faciendam fidem virium. 2. Offic. pag. 77.
Neſcis quantas vires virtus habet. Parad. 2. p. 217.

Viſendi, Inviſendi.

Beſehen.

INterviſam domum. Aul.2.2.v.25.
Non eſt, quod viſam domum ibid.v.26.
Interea tamen huc ad me interviſam domum. Mercat. 3.2.v. 11.
Vide etiam Lex. Plaut.

Vitandi. *Vide* Fugiendi.

Meiden/Entfliehen.

HAnc maculam nos decet effugere. Adelph.5.8.v.13.
Declinare ea, quæ nocitura videntur 1. Off.p 26.

Vitæ. Vivendi. Suſtentandi. *Vide etiam ſupra Tit.* Ætatis & Solitudinis.

Leben/Wandell/Unterhaltung/Alter/Nahrung/ Einſam leben.

SAtis habes, qui benè vitam colas. Aul.2.2.v. 20.
Neq; malis neq; improbis factis eſt prognatus. Aulular. 2. 2. v.36.
Simul enicato ſuſpiritûs, vix ſuffero herculè anhelitum. Merc. 1. 2. verſ.4.
Certè edepol te civem ſine malitiâ omni ſemper ſum arbitratus. ibi. v. 38.
Meus ſcrupoſam victus commeat viam. Capt.1.2.v.76.
Et ſi p.rvivo ad ſummam ætatem. Capt.3.5.v.85.
Quicum unà à puero ætatem exegeram. Capt. 3.5.v.61.
Æternum dapinabo tibi victum. Capt. 4.2.v.117.
Mihi rem ſummam credidit cibariam. Capt.4.3.v.1.
Degere ætatem. Caſ.2.4.v.12.
Dies, atq; noctes cum rabioſâ fœminâ ætatem exigis. Caſ. 2. 5. verſ.12.
Ego illum unum mihi exoptavi, quicum ætatem degerem. Ciſt.1. v. 79.

Vitam

Vitam ut vixiſſent olim in adoleſcentiâ. Epid. 3.3.v.5.

Vivere pancraticè, & Athleticè. Bacch.2.3.v.44.

Muſicè hercule agitis ætatem, ita ut vos decet, vino & victu probo, piſcatu electili vitam colitis. Moſt. 3.2.v.41. Vide Lex. Plaut. *Proverbia.*

Nunc benè vivo, & beatè, atq; ut volo, atq; animo ut lubet. Mil.3. 1.v.111.

Huic homini dignum eſt diu vitam dari. Mil.3.1.v.128.

Vivere vitam Mil.3.1.v.131.

Divos diſpertiſſe vitam hominum æquum fuit. Mil. 3. 1. verſ 134.

Vitam longam dare. Mil.3.1.v.135.

Pulcherrimè egi ætatem Mil.4.8.v.2.

Tecum vivere, atq; tecum ætatem agere vult. Mil. 4. 6. verſ. 60.

In munditijs, mollicijs, delicijsq; ætatem agitis. Pſeud.1.2.v.40.

Qui prorogare poſſit vitam hominibus. Pſeud.3.2.v 38.

Agere ætatem. Pœn.4.v.16.

Egomet vix ætatem colo. Rud.1.5.v.15.

Facite hic lege potiùs liceat, quàm vi vitam vivere, Rud.3. 2. verſ.7.

Ætatem exigere cum aliquo. Trin.Prol.v.15 & 4. 1.v.111.

Meo modo, & MORIBVS vivo ANTIQVIS. Trin. 2. 2. v. 16.

Vitam colere. Trin 3.2.v.74.

Eo veſtro vivito. Trin.5.1.v.61.

Eius vitæ timeo. And.1. 2.v.5.

Sic vita erat And.1.3.v 33.

Sapienter vitam inſtituit. Andr.1.1.v.38.

Vitam parcè & duriter agebat, lanâ ac telâ victum quæritans. Andr.1.1.v 45.

Habere vitæ ſuæ modum. And.1.1.v.66.

Vitæ auxilium alicui ferre. Andr 1.1.v.111.

Cùm alieno more vivendum eſt mihi, ſine hunc me vivere interea modum. Andr.1.1.v.121.

Hæc dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat. Andr 1.1. verſ. 18.

Mea quidem herculè vita in dubio eſt. Andr.2.2.v.10.

Penè illuſi vitam filiæ. Andr.5.1.v.1.

Cibum nonnunquam capiet cum eâ. Eun.3.2.v.36.

Poſtquam te emi à parvulo: da du noch klein wareſt. Andr. 1.1.

Poſtquam exceſſit ex ephebis. ibid.

Mulier egregiâ formâ atq; ætate integrâ. ibid.

Dum licitum eſt illi, dumq; ætas tulit. And. 2.6.

Nam ferè grandiuſcula iam profecta eſt illinc. Andr. 4.6.

Homini adoleſcentulo. Andr. 5. 1.

Et iſthæc unà parva virgo: die noch klein vnd jung war. Andr. 5. 4.

Anni ſedecim: *flos ipſe*. Eunuch. 2.3.

Ea ſi vivit, annos nata eſt ſedecim, non maior: *Thais, ego quàm ſum, maiuſcula eſt*: ein älter. Eunuch. 3.3.

Iſte ephebus: der Jüngling: *frater Phædriæ*. Eunuch. 5.1.

Ego iſtuc ætatis amori operam dabam. Heaut. 1.1.

Eduxi à parvulo. Adelph. 1.1. *Ab adoleſcentiâ*. ibid.

Quæ fert adoleſcentia. das die Jugend mit ſich bringt. ibidem.

Si eſſes homo, ſineres nunc facere, filium tuum, *dum per ætatem licet, potiùs quàm alieniore ætate pòſt faceret tamen*. Adelph. 1.2.

Sperabam deſeruiſſe adoleſcentiam. ibid.

Ad omnia alia ætate ſapimus rectiùs: *ſolum unum hoc vitium adfert ſenectus*: &c. Adelph. 5.3.

Ætate exactâ. Adelph. 5.4.

Homo iam grandior. Phorm. 1.1.

Tua jam præterierat ducendi ætas. ibid.

Meo labori haud parcens præter æquum & ætatem meam. Hecyr. 2. 1.

Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum ſcil. voluptatibus, *hæc mihi nunc cura eſt maxima, ut ne cui meæ*. ibid.

Longinquitas ætatis obſtet, mortémve exſpectet meam. Hecyr. 4. 2.

Nam usq; dum ille vitam incolit inopem. Heautontim. 1. 1. verſ. 79.

Vobiſcum unà ſimul ætatem decretum eſt vivere. Heaut. 2. 4. v. 12.

Ego hanc clementem vitam urbanam ſecutus ſum. Adelph. 1.1. v. 17.

Ille contra ruri agere vitam, ſemper parcè & duriter ſe habere. Adelph. 1.1. v. 20.

Ille

Ille ſuam vitam ſemper egit in otio, & duriter ſe habere. Ibidem.

Ille ſuam vitam ſemper egit in otio & convivijs. Adelphis 5. 4. verſu 9.

Ita unà inter vos ætatem agere liceat. Hecyr. 2.1.v.10.

Vitam exigere. Hecyr.2.1. v 19.

Hunc videre ſæpè optabamus diem. Hecyr.4.4.v.20.

In eandem vitam te revolutum video eſſe. Hecyr. 4. 4. verſu 69.

Vt uno cum ætatem degeret. Phorm.2.2.v.10.

Quo ſtudio vitam ſuam te abſente exegerit. Heaut. 1. 3. verſu 39.

Si Lenones tanquam leones vitaſſet, vitæ ſe tradidiſſet. ad Heren. l 4.pag. 98.

Aliorum caput oppugnare. ad Her.l.4.p.115.

Quare velit in vitâ manere. ibidem.

Spiritum ducere. de Invent.l.1.p.185.

Vt ſine his ſtudijs nullam vitam eſſe ducamus. De Orat. lib.1.pagina 150.

Ducere animam de cœlo non queunt. Orat. ad Brutum. pagina 653.

Eundem ſpiritum ſine ullâ commutatione obtinebis. Orat.ad Bru. pag. 654.

De cœlo animam ducere. S. Roſc.p.61.

Dies conſumere. Sex.Roſc.p.67.

Inter vivos numeratur. pro Sex.Roſc.p.75.

Lucem quâ fruimur, ſpiritum quem ducimus, ab eo nobis dari videmus. pro Sex Roſc. p. 82.

Tam diuturnam lucis uſuram piratis dediſti. In Verr. pagina 5 8.

Hi ſimul ac juvenes eſſe cœperunt, magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudijs debent contendere, &c. Prima igitur eſt adoleſcenti commendatio ad gloriam, &c. Off. 42.a

Mihi P. Africanus comitatu nobilium juvenum, fortunatus videbatur. de Sen 82.b

Infirmitas puerorum eſt ferocitas juvenum. de Sen.83.b

Vellem ſuſcepiſſes juvenem regendum. Att.159. a

Iuvenes ſtare ad januam duos quoſdam, qui eum magnopere evocarent. de Or.141.a

Iuvenis & adoleſcens idem. Off. 41. & de Sen. 82. b. Sic Columella etiam de Ove: *Fœmina poſt limatum maritari debet, juvenisq; habetur quinquennis.*

Iam diu Ceſennia viduitate ac ſolitudine aleretur. pro Cæcin. pagina 591.

Cùm veſtros portus, atque eos portus, quibus vitam ac ſpiritum ducitis in prædonum fuiſſe poteſtate ſciatis. pro leg. Man. pag. 640.

Quò minus certa eſt hominum, ac minus diuturna vita, hoc magis Reſpubl. dum per Deos immortales licet, frui debet ſummi hominis vitâ, atque virtute. pro Leg. Manil. pagina 651.

Cui opera vita erat. Phor. 23. v. 16.

Illum vitâ frui voluit. pro Aul. Cluent. p. 77

Honeſtiſſimè vitam agere. pro Aul. Cluent. p. 87.

In vita remanere. pro Aul. Cluent. p. 90.

Cum aliquo concordiſſimè vivere. pro Cai. Rabir. pagina 164.

Exiguum vitæ nobis curriculum natura circumſcripſit immenſum gloriæ. pro Cai. Rabir. p. 164.

Vitâ frui. In Luc. Catil. p. 209.

Vixit ad aliorum arbitrium, non ad ſuum. In L. Mur. pagina 227.

Vnis moribus, & nunquam mutatis legibus vivere. pro L. Flacc. pag. 289.

Fœdiſſimam vitam, ac miſerrimam turpiſſimâ morte propoſitâ degere. pro L. Syll. p 337.

De vitâ dimicare. pro Arch. poët. p. 357.

Tranquillum, atq; otioſum ſpiritum ducere. pro Arch. Poet. pag. 357.

Non obeſt mihi turpis, & nocens, ſed honeſtiſſimè laudatiſſimeq; acta vita Orat. ante exil. p. 363.

Spiritum ducere. In Orat. ante exil. p. 367.

Dum animâ ſuperabo meâ. In Orat. poſt Red. p. 380.

Atque ille vitam ſuam ad arctiſſimam ſpem reſervavit. Seſt. 26.

Vitam meam deſeruiſſem. Ibidem.

Vitam hanc quietam, & otioſam ſecuti ſumus. Rab 271.

Cujus omnium ætatum in populi Romani bellis conſumtam eſſe meminiſſet. Dejot. p. 308.

Tanta

Tanta eſt magnitudo tuorum erga me meritorum, ut quoniam tu, niſi perfectâ re de me conqueſti, vitam mihi acerbam putem. Ep. ad fam. l. 1 p. 5.

Agere ætatem. Ep. ad fam. l. 4. p. 98.

Me patria ſolicitat, inprimiſq; mi Plance, expectatio conſulatûs tui: quæ ita longa, ut optandum ſit, ut ad id tempus Reipubl. ſpiritum ducere poſſemus. Epiſtol. ad fam. libro 11. pagina 215.

Alterius vitæ quoddam initium ordimur. Epiſtol. Attic. lib. 4. pagina 109.

Vita doloribus maximè referta fugienda. De fin. libro 1. pagina 115.

Cùm ignoratione rerum bonarum, & malarum maximè hominum vita vexetur. de fin. l 1. p. 114.

Si videmus omnem vitam perturbari errore, & inſcitiâ. de fin. l. 1. p. 115.

Nullo modo ſine amicitiâ firmam, ac perpetuam jucunditatem vitæ tenere poſſumus. de fin. l. 1. p. 124.

Omnem complecti vitæ conſequentis ſtatum. de fin. lib. 2. pagina 147.

Vita conferta voluptatum omnium varietate. de fin. libro 4 pagina 115.

Luxurioſam vitam reprehendere. de fin. l. 2 p. 157.

Manere in vitâ. de fin. l. 3. p. 205.

In ſolitudine vitam agere. de fin. l. 3. p. 207.

Quo cruciatu animi vitam acturum fuiſſe putabis? de divinat. lib. 2. p. 120.

Deos teſtor, me hac voce à morte eſſe revocatum. Ep. Qu. Fr. l. 1. p. 595.

Duarum vitarum nobis erant inſtituta capienda. de fin. lib. 4. pagina 230.

Beatam vitam cum virtute degere. de fin. l. 4. p. 238.

Vitam fugere. de fin. l. 5. p. 261.

Vita expetitur, quæ nos in quâ nati ſumus continet. de leg. l. 1. pagina 305.

Vitæ commodis aliquem privare. ibidem.

Vitam finibus terminare. Qu. Tuſc. l. 1. p. 307.

Deterrere aliquem ab injurioſâ, & facineroſâ vitâ. de leg. l. 1. pag. 309.

Ad ſo-

Ad ſocietatem vitæ convocare aliquem. Quæſt. Tuſcul. l. b. 1. pagina 39.
In corporibus humanis vitam alicujus imitari. Quæſt. Tuſcul. l. 1. p. 324.
Vitam alicujus lugere. Qu. Tuſc. l. 1. p. 329.
Viſum efficere plorando miſeriorem. Ibid.
Vitæ ſanitatem guſtare. Quæſt. Tuſcul. libro 1. p. 334.
In medijs vitæ laboribus obdormiſcere. Quæſt. Tuſcul. l. 1. pagina 345.
Quos & vivos alatis, & conſumtos ſinu recipiatis. de univerſ. pagina 383.
Deinde ut vitam ejus pulcherrimè regeret & gubernaret. de univerſ. p. 384.
Vitam tranquillè placideq; traducere. Quæſt. Tuſc. lib. 3. pagina 386.
Hominibus, quorum maximè interfuiſſet, tam exiguam vitam dediſſet. Qu. Tuſc. l. 3 p. 406.
Totos ſe in optimo vitæ ſtatu exquirendo collocare. Qu. Tuſc. lib. 5. p. 450.
Vitæ tranquillitatem alicui largiri. Quæſt. Tuſcul. libro 5. pagina 465.
Omni cultu, & victu humano carebant. Quæſt. Tuſc. lib. 5. pagina 475.
Cùm in diſparibus animantibus vitam tranſire non poſſit Quæſt Tuſc. l. 5. p. 465.
Præceptis in omnes partes uſus vitæ confirmare poteſt. Off. libro 1. pag. 6.
Ad inſtitutionem vitæ communis ſpectare videntur. off. lib. 1. pagina 6.
Qui ab ineunte ætate incenſus eſſem ſtudio utriusque veſtrum. de Orat. 93. a
Mea vitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ. pro Pomp. 4. a
Ineuntis ætatis inſcitia ſenum conſtituenda & regenda prudentiâ eſt. Off. 45. a
Ineunte ætate. de Am. 100. a. & in Verrem. 148. a & in Attic. 201. b
Ex his exercitationibus ineunte ætate fuimus. De Clu. 178. a
Ab ineunte pueritiâ. Ep. 143. b
Ineunte adoleſcentiâ cui ineſt, &c. Off. 23. b

Ab in-

Ab ineunte adoleſcentiâ. in V.55.b. *A primâ adoleſcentiâ.* de Cla. 194 b. *Ab ineunte ætate.* Off.42.a

A primâ ætate pro Plan.270. *A primo tempore ætatis juri ſtudere tenemini.* de Leg.158.a

Tamen adoleſcentulus, quantum illius ætatis mea patiebatur pudor, multa ſæpè ex eo quæſivi. de Or.190.a

Quinto anno exeunte) (Quinto anno ineunte. de Div. 91.b *A parvis.* de Leg.171.a

Iſocrates ſe tantum, quantum ætate procedebat, relaxabat à nimiâ neceſſitate numerorum. Or.2:4.a

An hoc vidit puer: ſi ætate proceſſerit, non videbit? in Academic. 104.a

Livius uſque ad adoleſcentiam meam proceſſit ætate. De Sen. 87. a

Iſocrates cùm ætate proceſſerit, aut in hoc orationum genere cui nunc ſtudet, tantum quantum pueris reliquis præſtet. Orat. 200. b

Vt primùm ex pueris exceſſit Archias pro Ar.186.a

Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis. de Or.138.b

Is ad centeſimum annum vitam perduxit de Sen.89.b

Neceſſaria vitæ præſidia debentur iis maximè, quos antedixi. 1. off.pag.24.

Licet magnificè, graviter, animoséq; vivere. 1. Officiorum pagina 38.

Rectam viſa ſecuti ſumus viam. 1.off p.47.

Quem potiſſimum curſum vitæ ſequi volunt. ibidem.

Implicatur aliquo certo vitæ genere, curſuq; vivendi. 1. Offic. pagina 47.

Id tempus à naturâ ad deligendum, quamquisq; viam vivendi ſit ingreſſurus, datum eſt. ibidem.

Sic vivendum eſt in vitâ. off.l.1.p.58.

Poſſunt ſine ullo periculo juſtitiæ vivere. Offic.l.2 p.29.

In agro vitam agere. off.l.2.p.79.

Qui vitam honeſtam ingredi cogitant. Officiorum lib.3.pagina 102.

Otiosè vivere cum parentibus, cum uxore, cum filio. Off.l.3 pag. 137.

Vlciſcendi.

Vlciſcendi. Vltionis. Vindictæ.

Rach/ Rachgirig/ Rechen.

NISI *hanc injuriam neque ultus pulchrè fuero.* Menæch.3.2.verſ.7.

Faxo haud inultum prandium comederis. Menæch. 3. 2. verſu 55.

Nunquam hodiè inultus deſignaveris mihi. Moſt.5.1.64.

Inultum id nunquam auferet. Andr.5.5.v.4.

Injurium eſt ulciſci adverſarios, ut quâ viâ captent, eâdem ipſos capi. Hecyr.1.1.v.15.

Morte vindicare. Brut.p.620.

Eam rem vindicandam putavit. pro Quint.p.9.

Ejus cruciatu atque ſupplicio paſcere oculos animumque exſaturare. in Verr.p.514.

Alij ulciſci dolorem aliquem ſuum volunt. Seſt.p.27.

Acrius & gravius ad ulciſcendas injurias incumbunt. Phil. 6. p. 429.

Vocandi. Evocandi. Accerſendi. Inclamandi. Convocandi. Avocandi. *Vide etiam* Clamoris.

Ruffen / Anſchreyen / Anruffen/ Beſchreyen/ Beruffen/ Erfodern.

ADverſus *vim & injuriam clamabat.* Amph. 1. 1. verſ. 220. Inclamaſſe etiam PORRO QVIRITES locis παραλλήλοις Auctorum oſtendit doctiſſimus *Briſſonius.* Formul.l.8.p.718. Edit. VVechel.

Te vo-

Te voco. Vſitata formula vocantium. Aul.2.3.v.1. Sic Curcul. *Heus Curculio te voco.* ibidem. *Heus tu leno, te voco.*

Nam ad matrem accerſita eſt. Ciſt.1.1.v.107.

Repentè expetit, ad ſeſe à me ut irem. Mil.5.2.11.

Quod ſi ego huc ſervos cito. Mil. 5,2.9.

Tuam qui hinc amicam accerſebat. Pſeud.2.4 v.20.

Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me excivit ſubitò foras? Trin 5. 2.verſ.52.

Evocate mihi intus Cylindrum coquum actutum forâs. Men. 1. 3. verſ.35.

Quis currit pollinctorem arceſſere? Aſin.5.2.v.61.

Soſia, adesdum, paucis te volo. Andr. 1.1.2.

Cum accerſeret cupitam Antiphilam. Heaut. Arg.v.6.

Cur non accerſi jubes filiam? Heaut.5.5.3.

Quis nominat me? Phor.5.9.

In clamando eſt benè robuſtus, atque exercitatus. in Verrem.pag. 126.

Senatum frequenter, celeriter, ut vidiſtis, coëgi. In I.Catil.pagina 196.

Ego literis eum Capuâ accerſivi cum illo exercitu Seſt.7.

Vox plena gravitatis, plena authoritatis, plena ſalutis. Ep. Attic.l. 1.pag. 22.

Vt ſi literis conſularibus ex Senatusconſulto cuncta ex Italiâ omnes convocarentur. pro Seſt. p.63.

Homines diſſipatos congregare. Qu.Tuſc.l.1.p.319.

Me illius fuga, negligentiaq; deformitas avertit ab amore. Ep. Att. l.9.p.284.

Nulla conditio pecuniæ ab ſummâ integritate continentiaq; deduxerit. Ep. Qu.Fr. l.1.p.571.

Vt in utramque partem diſcendo & audiendo eliciant. Acad.l.2. pag. 7.

Eſt etiam vox omnium magis odio firmata, quàm præſidio. Epiſt Att.l.2.p 70.

Ait eos inani ſonare voce. de fin.l.2.p.178.

Voces inanes fundere. Qu.Tuſc.l.3.p.394.

Clariſſimâ voce quid profiteri. Qu.Tuſc.l.5.p.467.

Voce freti ſunt. 1.off.p 46.

Vola-

Volatûs. Alarum.

Fliegen/ Fliegel außrupffen.

ALas intervellere. Amph. 1. 1. 170.
Dædalijs ſe ferre remigijs. Amph. Scen. DI voſtram. verſu 51.

Voluntatis. *Vide* Arbitrij.
Voluptatis. *Vide* Gaudij.

Vovendi. Votorum. Apprecandi. Gratulandi. Gratificandi. Sacrificiorum.

Wünſchen / Gelübd thun/ Glück wünſchen.

QVÆ *ad Legionem vota vovi, ſi domo rediſſem ſalvus, ea ego exſolvam omnia.* Amph. 3. 2. v. 66.
DI te ament! Amph. 2. 2. v. 6.
Iamdudum tuis votis fores potitus, Amph. *Scen.* Feram velis. verſu 21.
Dij tibi omnes omnia optata adferant! Capt. 22. v. 105.
Quæ res bene vertat mihi, meoq; filio! Capt. 2. 3. v. 1.
Quodcunq; opus tibi contingere velim. Ciſt. 2. 1. 20.
DI tibi dent, quæ velis! Epid. 1. 1. v. 4. Eſt formula bene precantis: quæ & alibi extat apud Plautum. Pœn. 5. 2. v. 95. Trin. 5. 2. verſ. 28. Interdum ſic effertur. *DI dent tibi multa bona.* Pœn. 1. 1. v. 80. Aſin. 1. 1. v. Stich. 3. 2. v. Rud. 1. 1. v. 6. Vide *Briſſonij* lib. 1. Formularum. Formula deprecandi ſic concipiebatur: *DI melius faciant!* vel ſic: *DI melius!* vel: *DI meliora!*
Volupe eſt, quod agas, ſi id procedit ex ſententiâ. Mil. 4. 11.
Fortunati omnes ſitis. Pœn. 3. 3. 10.

Cùm

Cùm iſthac res tibi pulchrè ex ſententiâ evenit, gaudeo. Rudent, 5. 3. 9.

Cui boni atque ſecundi aliquid obtigerat, ei ominis causâ gratulabundi dicere ſolebant. *Feliciter;* aut *Feliciter, quod agis:* cùm ſignificarunt ſe perpetuò eadem felicitate uti: Iuven. Sat. 2. verſ. 119. *Signatum tabulæ dictum Feliciter.* Contra: cui malè & adverſus animi ſententiam erat, eum alloquentes dicebant, *Vellem quæ velles.* Amph. Prol. verſ. 39. Moſt. 3. 2. v. 54. *Velim quæ velis, Tranio;* cùm ſcilicet indicarent dolere ſibi, quod illi male eſſet, ac ſi dicerent: *Vellem tibi ita eſſet, ut tu quoq; velles mihi; ægreq; eſt, quod tibi quicquam præter voluntatem tuam evenerit.* Hor. l. 1. Satyr. 5. v. 15. Apul. Mileſ. 11. *Quàm vellem præſtare tibi, ô Luci, quod cupis.* Cicero l. 3. ad Att. Ep. 42. *Faciã quod volunt: FELICITER VELIM, inquam.* Suet. Claud. c. 7. Domitian. cap. 13. Sic itidem, cùm quid diſſuaderent, utebantur hac formula. *NOLLEM quæ VELLES.* Sen. Ep. 67. *Aſpice M. Catonem ſacro illi pectori puriſſimas manus admoventem, & vulnera demiſſa laxantem. Vtrum illi tandem dicturus es? NOLLEM quæ VELLES, & moleſtè FERO, an FELICITER quod agis.* Vide Mur. Var. l. 9. c. 8. Et Lipſ. l. 3. Antiq. Lect. Nec non Grut. ad Senec. Ep. 67.

Dij tibi dent quæcunq; optes! Aſin. 1. 1. v. 32.

Opta id, quod ut contingat, vis Aſin. 3. 3. v. 129.

Exoptas, ut quod vis maximè tibi evenire. ibid.

Facile exoptata obtingent. ibid.

Deos volo bene vertere rem iſtam vobis. Curc. 5. 2. v. 58.

Vera cantas: vana vellem. Moſt. 4. 7. v. 64.

Tantum tibi DI immortales dant. Pſeud. 4. 1. v. 25.

Tantum tibi DI immortales duint, quantum tibi optes. Pſeud. 4. 1. v. 25. Elegans formula proverbialis. Pœn. 5. 2. v. 95. *DI dent tibi multa bona.* Pœn 1. 1. v. 80.

Eveniant volo tibi, quæ optas Perſ. 2. 4. v. 23.

Quæ res bene vortat mihi, & tibi, & ventri! Perſ. 3. 1. v. 1.

Bene vos! bene nos! bene te! bene me! bene noſtram etiam Stephanium. Stich. 5. 4. verſ. 16. Formula eſt bene vovendi. Vide Turn. l. 16. c. 11. & Briſſon Formulas.

Dij Deæq; vobis multa bona dent! Pœn. 3. 3. v. 57.

Præmium à me optato, id optatum feres. Eun. 5.9.27.

DI tibi, Demea, omnes ſemper omnia optata ferant. Adelphis 5.9. verſ.21.

Spero hanc rem eſſe eventuram nobis ex animi ſententiâ. Hecyr. 5.4.31.

Quæ cupiunt ſuffragia populi. Ad Her.l.2.30.

Suis operibus ſuffragium ferre Sest.30.

Qui ſuffragium ſe iniſſe confiteatur. Sest 54.

Quæſtor factus eſt cunctis ſuffragijs. Ver.78.

Si rem ex ſententia geſſeris. Ep.ad fam.l.1.15.

In omnibus tuis rebus, meis optatis reſpondeas. Epiſt. ad. fam.lib. 2. 43.

Feliciter, & ex ſententiâ meâ Rempublicam geſſi. Epiſt.ad fam.l. 2. 43.

Quid cauſæ eſt, cur mihi non ſit in optatis complecti hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis? Ep.ad fam.lib. 2. 49.

Ex ſententiâ aliquid conficere. Epiſtol. ad fam. libro 12. 358.

Cùm de illo ægroto, vota faciebant. Epiſtol. ad Attic.libro 8. 264.

Vt reliqua ex ſententiâ ſuccedant. Ep. Brut.5 45.

Si contigerit noſtris conſilijs exitus, quem optamus. Epiſtol. Brut. 548.

Si ex ſententiâ ſucceſſerit. Ep. Qu. fr.l 2. 617.

Tu autem Deciorum devotionibus placatos Deos eſſe cenſes. De Nat.Deor.l.3.p.78.

Tibi patrimonium Dij fortunent. Ep.2.2.

Quod actum eſt, Dij approbent. Ep.2.14.

Dicebas te velle, quæ egiſſem, bene & feliciter evenire. Epiſtol. 4. 14.

Provinciam tibi tributam eſſe, à Cæſare cognovi, tandem rem tibi volo benè & feliciter evenire. Ep.12.19.

Eum honorem tibi Deos fortunare volo. Ep 15. 8. & 12.

Emiſſe te prædium vehementer gaudeo, feliciterq; tibi rem iſtam evenire cupio. Ep.16.21.

Quod mihi de noſtro ſtatu gratularis. Ep. 1.7.

Sera gratulatio reprehendi non ſolet. Ep.1.6.

Primum tibi, ut debeo gratulor. Ep.1.8.

Gaudere ſe dicebant mihi. Ep.1.9.

Vt poſſimus ſalvum te veniſſe gaudere. Epiſt.1.11.

Gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amiſsis. Epiſtol. 7. 34.

Gratulor tibi affinitatem viri optimi, &c. Ep.8.14.

Gratulationem tuo nomine ad omnia Deorum templa fecimus. Ep.11.8.

Cùm ego ei gratulatus eſſem, idq; me gaudere dixiſſem. Epiſtol. 15. 2.

Omnium ordinum conſenſus, gratiarum actio, congratulatio me commovet. Ep.ad Attic.p.24.

Ea res haud ſcio an mihi plus profuerit, quàm ſi mihi eſſent omnes congratulati. pro Planc.p.426.

Vrbis. Agri. *Vide etiam* Civitatis.

Statt/ Land.

Athenienſium juſſu vrbe atq; agro eſt exterminatus. de nat. Deorum.l.1.27.

Diligentius urbem religione, quàm ipſis mœnibus cingitis. De nat. Deorum.l.3.154.

Qui ut augerent pietatem in Deos, eaſdem illos, quas nos, urbes incolere voluerunt. de leg.l.2.330.

Si ad decem millia annorum gentem aliquam urbem noſtram profuturam putem. Qu.Tuſc.l.1.333.

Qui illâ urbe pulſi, carere ingratâ civitate, quàm manére in improbâ maluerunt. de leg.3.359.

Florere potentiſſimis, & maximis urbibus. Quæſt. Tuſcul. lib. 4. 414.

Quâ pulchritudine orbem, quibus autem opibus praditæ ſervitute oppreſſam tenuis civitatem. Quæſt. Tuſcul. libro 7. 423.

Vrgendi.

Treiben/Zwingen/Anhalten.

C*Alcaria alicui adhibere*. Brut.578.
Reſpirare eum liberè non ſinis. pro Quint. 15.
Nihilo remiſſius, atq; etiam multò vehementiùs inſtat quotidiè. In Verr.448.

Vſuræ. *Vide* Fœnoris.

Vsûs. Experientiæ. Vtilitatis. Commodi, Fructûs.

Nutzen/ Frucht.

M*ihi uſui veniet hoc, ſcio.* Phorm. 1.2.v.23.
Ego quæ in rem tuam ſint, ea velim facias. Phorm. 2.4.v.9.
Non herclè ex re iſtius me inſtigaſti, Demipho. Phorm. 5.8.76.
Nulli bono fuit. pro S.Roſc.41.
Communi quodam in uſu atq; in hominum more & ſermone verſatur. De Orat. l.1.272.
In hac civitate ipsâ, profectò nulla unquàm vehementiùs, quàm eloquentiæ ſtudia viguerunt. de Orat.l.1.272.
Vſum autem per nos percipere voluiſti. de Orat.l.2.346.
Quæ ad rem referant. Perſa.4. 4.44.
Nullum fructum laboris expecto. Ep.ad fam.l.7.184.
Peto à te, ut ita eum tractes, ut intelligat meam commendationẽ ſibi magno adjumento fuiſſe. Ep.ad fam.l.13.416.
Gratiſſimum mihi feceris, ſi intellexero, hanc commendationem magnum apud te pondus habuiſſe. Epiſtol. ad fam. lib. 13. 418.
Magnopere à te peto, cures, ut intelligat meam commendationem magno apud te, & ornamento, adjumentoque fuiſſe. Ibidem.

Ioſus

Vſus adhibendus eſt. Acad.l.2.p.11.
Ita æquum eſt, quod in rem utriq; eſſe arbitremur, conſulere, & admonere. Aul.2.1.v.10.
Tuâ è refeceris. Capt.2.2.v.46.
Quod in rem conducat tuam. Capt.2.3.v.26.
In rem utriq; maxime. Capt.2.3.v.38.
Vt illam, quod tuam in rem conducat, conſulam. Stich. 3.1. verſu 4.
Satin' ego oculis utilitatem obtineo ſincerè an parùm? Epid. 5. 1. verſ. 28.
Si magis uſus venerit. Bacch.2.3.120.
Nequior jam factus eſt uſus ædium. Moſt.1.2.31.
Eccum video, qui mihi eſt uſui, & plurimum prodeſt. Menæch.2.3. verſ.1.
